BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Curtius Rufus, Quintus, / Freinsheim, Johann, / Seibt, Ignaz.

Q. Curtii Rufi de rebus gestis Alexandri Magni, libri octo qui supersunt
ad optimas editiones collati cum supplementis J. Freinsheimii ; mit
deutschen Inhaltsanzeigen, erläuternden Anmerkungen und den vorzüglicheren
Varianten zum Gebrauche der Schulen

Prag 1826

A.lat.b. 937 hc
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10245272-1

A. lat. b.
937 hc
Curtius

<36626452120014

<36626452120014

Bayer. Staatsbibliothek

# Q. CURTII RUFI

DE

REBUS GESTIS

# ALEXANDRI MAGNI,

LIBRI OCTO,

QUI SUPERSUNT, AD OPTIMAS EDITIONES COLLATI

CUM

SUPPLEMENTIS I. FREINSHEMII.

Mit

deutschen Inhaltsanzeigen, erläuternden Anmerkungen und den vorzüglicheren Varianten

zum

Gebrauche der Schulen

von

**Ignaz Seibt.**

**Prag.**

Bei C. W. Enders.

1826.

Gesch. 434
Haase

Bayerische
Staatsbibliothek
München

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

# Vorwort.

Q. Curtius Rufus, an dessen Lectür Studierende vornehmlich Behagen finden, bedarf meiner Ansicht nach in philologischer Rücksicht einer umfassenden Erläuterung; denn es finden sich darin viele Wörter, die in sehr ausgedehnter Bedeutung genommen, und als solche in den vorhandenen Wörterbüchern vergebens gesucht werden. Die bisherigen Erläuterer hefteten ihr Augenmerk größtentheils auf Sacherklärungen, historische und geographische Berichtigungen, hinsichtlich derer Schmieders trefflicher Commentar sehr empfehlenswerth ist. Dergleichen kritische Bearbeitungen sind mehr für Gelehrte, als für Schüler geeignet, zumal in den Unterklassen, wo dieser Schriftsteller gelesen wird. Meinekes Wort- und Sachregister enthält zwar manches Gute, ist aber zu wenig umfassend, und beseitiget nicht alles Schwierige. In meinem Plane lag es, diesen beliebten Historiker so zu bearbeiten, daß ihn der Zögling ohne fremde Beihülfe leicht lesen und verstehen kann. Zu diesem Ende gab ich die Bedeutungen theils einzelner Wörter, theils ganzer Sätze in deutscher, seltener in lateinischer Sprache an, und Letzteres nur dann, wenn der Ausdruck schon mehr bekannt war. Manche schwierigere Stellen, die sich nicht in allgemeinen Sätzen ausdrücken ließen, übersetzte ich ins Deutsche. Historische, geographische und andere Bemerkungen streute ich da Orts ein, wo es Noth that, jedoch ohne weitläufig zu werden, damit das Werk nicht zu stark an der Bogenzahl, und hierdurch dessen Anschaffung erschwert werde. Die wesentlicheren Varianten fügte ich aus dem Grunde bei, weil die Uebersetzer bald dieser, bald jener Lesart folgen, und der Zögling Gelegenheit findet, seinen Scharfsinn zu üben. Diese Commentirung dürfte jede Uebersetzung als Hülfsmittel entbehrlich machen.

Der Verfasser.

# Nachricht

von

# Quintus Curtius Rufus.

Q. Curtius Rufus, von dessen Leben nichts Verläßiges bekannt ist, ist vielleicht ebenderselbe, dessen Tacitus Ann. II. 20, ꝛc. erwähnt. Er war von geringer Herkunft, und der Sohn eines Fechters; aber durch seine Talente und Kenntnisse empfahl er sich dergestalt dem Tiberius, daß er die Prätur, und unter Claudius das Consulat und die Erlaubniß zu einem Triumphe, und endlich das Proconsulat von Afrika erhielt. Hier starb er in einem hohen Alter im 69. Jahre nach Christi Geburt. Wir würden zuverläßigere Nachrichten von seinem Leben haben, wenn nicht die zwei ersten Bücher jener Geschichte verloren gegangen wären. Er ist der Verfasser der 10 Bücher von den Thaten Alexanders des Großen, aber nicht von den ihm beigelegten Briefen! Die fehlenden zwei ersten Bücher sind von einem bayerschen Mönche, Christo Bruno, von Johann Freinshem, und von Christoph Cellarius ergänzt worden. Freinshem hat diese beiden fehlenden Bücher mit solcher Deutlichkeit, Gelehrsamkeit und Vollständigkeit ergänzt, daß der gelehrte Michael Tellier sagte: „Fast hätte man diesen Verlust wünschen sollen; so glücklich und schön habe sie Freinshem wieder ersetzt." Eben dieser Freinshem hat auch andere B. 5, Cap. 13, im Anfange des sechsten Buches, und B. 10, Cap. 1 und 4 anzutreffende Lücken ergänzt. Ich wählte daher die Freinshemischen Ergänzungen, weil sie die Vollständigsten sind. Curtius Styl ist zwar zuweilen zu geschmückt; allein seine Erzählung ist ungemein unterhaltend, angenehm, jedoch oft romanhaft. Vorzüglich anziehend ist die Mannigfaltigkeit in seinen lebhaften Schilderungen, wodurch er sich vor allen andern Prosaikern auszeichnet. Er bewährt sich als ein scharfsinniger Menschen- und Herzenskenner; er weiß Bewunderung, Schrecken, Muth, Wohlwollen, Mitleid und Schmerz auf eine meisterhafte Art zu erregen; ergreift hiedurch unwiderstehlich das zarte jugendliche Gemüth, und hinterläßt durch die Darstellung rührender Scenen den wohlthätigsten Eindruck in demselben. Schon in dieser Hinsicht verdient er vorzugsweise von Studierenden gelesen zu werden.

Prag, im April 1826.

Der Commentator.

I. FREINSHEMII
SUPPLEMENTORUM
IN

# Q. CURTIUM

## LIBER I.

### I.

Alexandri, qui ademtum Persis imperium in Graeciam intulit, vitam atque res gestas plurimi Graecorum memoraverunt: ex quibus plerosque operum suorum spectatores, quosdam etiam socios atque ministros habuit; nonnullos, ut erat avidus mansurae post mortem gloriae, ad hoc ipsum evocavit, ut res suas traderent posteritati. [1]) Ceterum praeter ipsam rerum magnitudinem, innata genti fabularum cupido effecit, ut eorum complures monstris, quam vero similiora proderent: fide autem dignissimi videntur Ptolemaeus, qui postea regnavit, et Aristobulus. [2]) Etenim exstincto jam Alexandro sua edentibus metus et assentationis causae decesserant, quibus fere narrandarum rerum veritas corrumpi solet: nam Ptolemaeum etiam regii nominis dignitatem mendaci historia polluere voluisse, quis crederet? [3]) Uterque

---

Inhalt. Alexanders Herkunft. Vorbedeutungen vor und bei seiner Geburt.

[1]) Alexandri geht als betont voraus; ordne: Plurimi Graecorum vitam atque res gestas Alexandri, qui etc.; ademtum: ereptum; operum: factorum; spectator, Augenzeuge; quosdam — habuit, einige nahmen sogar Theil daran, und dienten unter ihm; ut — gloriae, bei seiner Begierde nach einem bleibenden (unsterblichen) Ruhme; evocavit: provocavit; res suas, sc. gestas.

[2]) Innata — cupido, der angeborne Hang bei diesem Volke zum Fabelhaften; ut — proderent, daß die Meisten unter ihnen mehr das Abentheuerliche, als das Wahrscheinliche erzählten; fide dignum, glaubwürdig; qui postea regnavit, der nachmalige König, nämlich von Aegypten.

[3]) Etenim — solet, denn da A. schon gestorben war, fielen bei diesen seinen Geschichtschreibern die Ursachen wegen furchtsamer Zurückhaltung und Schmeichelei, wodurch die Wahrheit gewöhnlich entstellt wird, weg; quis crederet? Der Lateiner schickt oft des Nachdruckes wegen andere Wörter und Sätze dem Frageworte voraus.

autem cum multis ad res Alexandri pertinentibus negotiis non interfuerint modo, verum etiam praefuerint, verissima prae aliis tradere potuisse liquet.[4]) Quoties igitur consentiunt, ceteris antehabuimus: ubi in diversum abeunt, ex copia rerum ea potissimum secrevimus, quae diligenter inter se composita proxime ad rerum gestarum fidem videbantur accedere.[5]) Quod etiam post aetatem Alexandri alios Graecorum secutos video, quibus aliqua veri cura fuit; et nuper ex Sicilia Diodorum.[6]) Nam qui ex Romanis animum ad historiam applicuerunt, ii patriis rebus contenti, externa neglectui habuere: quia victoris populi gesta componentibus, neque majestas rerum deerat, et plus utilitatis allatura videbantur in eadem republica degentibus.[7]) Quorum studium ut laude dignissimum arbitror, sic extra reprehensionem fore confido, si nostris etiam hominibus ostendam eum regem, qui unus omnium mortalium, intra brevissimum aevi spatium, plurimum terrarum occupavit: quo appareat, non forte neque temere res humanas ferri; sed plerumque fortunam pro moribus; neque diuturnam esse felicitatem, quae virtute destituatur.[8]) Igitur Alexandrum omnibus ingenii fortunaeque dotibus abunde auctum ornatumque fuisse comperio, quibus fatalem tantae potentiae virum oportebat instrui.[9]) Genus ab Hercule repetebant Ma-

---

4) Uterque — praefuerint: Hier wäre besser der Sing., weil nur von Zweien die Rede ist; verissima, die strengste, reinste Wahrheit.

5) In diversum abire, von einander abweichen; compositus, verglichen.

6) Diodorus Siculus lebte unter J. Cäsar und Augustus; er schrieb eine Geschichte in 40 Büchern. Die ersten fünf Bücher, welche wir noch ganz besitzen, enthalten die Begebenheiten und Alterthümer der Aegypter, Assyrier, Perser, Lydier, Griechen u. s. w. vor dem trojanischen Kriege, und die Einnahme von Troja. Die fünf folgenden sind bis auf einige Bruchstücke verloren gegangen. Die zehn folgenden sind wohl noch ganz vorhanden, und gehen von Xerxes Feldzuge bis auf Alexanders Tod. Die letzten zwanzig Bücher, welche bis auf Cäsars Krieg mit den Galliern gingen, sind ganz verloren.

7) Externa neglectui habere, die Begebenheiten des Auslandes nicht achten, sich darum nicht bekümmern; victor p., ein siegreiches Volk; majestas rerum, glorreiche Geschichte.

8) Non forte — ferri, daß kein blindes Ungefähr die menschlichen Angelegenheiten beherrsche; sed — pro moribus, sondern daß das Schicksal (Glück und Unglück) meistens eine Folge unsers Betragens sey; quae virtute destituatur, ohne Tugend.

9) Dos, Gabe, Vorzug; auctum: praeditum, donatum; quibus — instrui, womit ein Mann, den das Schicksal zu einer so großen Macht bestimmt hatte, versehen seyn mußte.

cedonum reges: Olympias, Alexandri mater, initia suae gentis ad Achillem referebat. [10]) Puero neque incitamenta exemplaque gloriae, neque virtutis magister aut exercitatio deerant. Quippe Philippus pater continuis bellis contemtam ante Macedonum gentem extulit, et coacta in ordinem Graecia, cunctis formidabilem fecit. [11]) Denique non solum operum post se gestorum fundamenta posuit, verum etiam cum decederet, Persico bello intentus, delectus habuerat, commeatus, pecuniam, exercitum paraverat; et Parmenionis opera jam Asiam aperuerat. [12]) Sed in eo rerum momento subductus est, ut et maxima gerendi belli subsidia filio, et plenam gesti gloriam relinqueret: quadam fortunae industria, quam unus hic perpetuo obsequentem sibi habuit. [13]) Cujus admiratione non postea modo, sed statim ab initio dubitatum est, rectiusne foret, non per Aeacidas aut Herculem, sed ab ipso protinus Jove, tanto homini divinae stirpis originem asserere. [14]) Ipse quidem, cum Hammonem Libycum adiret, ejus filium se appellari voluit, ut postea trademus. Ceterum *draconem in cubili matris ejus visum, quem Jupiter induerit, eoque genitum fuisse Alexandrum,* multi crediderunt: *insomniis etiam, vatumque responsis fidem generis factam: et cum Philippus Delphos sciscitatum misisset, oraculo monitum,* ut Hammonem imprimis revereretur. [15]) Nec desunt, qui *fabulosum id quidem, non tamen adulterium matris falso jactatum* asserant. *Quippe pulsum Aegypti regno Nectanebum, non, ut vulgo arbitrantur, in Aethiopas concessisse; sed*

---

[10]) Repetere und referre, herleiten.

[11]) Efferre, erheben, berühmt machen; in ordinem cogere, zur Ordnung zwingen, unterjochen.

[12]) Fundamenta alicujus ponere, den Grund zu etwas legen; decederet, sc. de vita; Parmenio, der berühmteste unter Philipps Feldherrn; Asiam aperire, sich den Weg nach A. eröffnen, bahnen.

[13]) In eo rerum momento, i. e. ea moliens, während dieser Entwürfe; subductus: enecatus; ut, i. e. ita, ut, jedoch unter solchen Umständen, daß; quaedam fortunae industria, durch eine besondere Fügung des Glückes; quam etc., welches ihn allein stets begünstigte.

[14]) Cujus admiratione, allein hinsichtlich s. Begünstigung; dubitatum esse, zweifelhaft, ungewiß seyn, Bedenken tragen; per Aeacidas. Aeaciden hießen die Nachkommen des Aeacus, eines Sohnes des Jupiter und der Aegina, den sein Vater nebst dem Minos und Rhadamanth zum Höllenrichter, und zwar nach Plato über die Europäer bestimmt hatte. Sein Sohn war Peleus, u. sein berühmter Enkel Achill.

[15]) Ceterum — induerit, übrigens glaubten viele, daß man den Jupiter im Schlafgemache in Gestalt eines Drachen gesehen; fidem generis facere, die Abkunft glaublich machen, beglaubigen.

*cum adversus vim Persicam in Philippo maxime praesidium speraret, in Macedoniam vectum, magicis praestigiis illusisse Olympiadi, torumque hospitis temeravisse. Suspectam quidem exinde Philippo, neque aliam tam intimam divortii, quod inter eos secutum est, causam, pro comperto postea fuisse.*[16]) *Etiam quo die Philippus Cleopatram domum deduxerat, Attalum, sponsae avunculum, Alexandro natalium dedecus exprobrare ausum, ipso quoque rege ex sese genitum negante: denique de Olympiadis adulterio non in nostro solum orbe, sed apud devictas quoque nationes, pertinacem rumorem obtinuisse.*[17]) *Verum velandae ignominiae repetitum ex antiquis fabulis de dracone commentum: idem enim olim de Aristomene Messenios, de Aristodama Sicyonios jactavisse.*[18]) Sane apud majores nostros de Scipione, qui Carthaginem prior afflixit, eadem ferme fama fuit; similisque divinitatis opinionem Romani modo principis ortus habuit: nam de conditore Urbis Romulo quid attinet dicere, cum nulla gens tam vilis reperiatur, quae sui generis auctorem non faciat Deum, aut Deo editum? Ceterum Nectanebi fuga temporibus hisce non congruit: sexennis enim jam erat Alexander, cum ille ab Ocho victus, avitis opibus excideret.[19]) Nec ideo minus vanum est, quod de Jove fertur. Ipsa quidem Olympias, demto post mariti necem metu, asseverationem filii Jove se genitum credi volentis irrisisse dicitur, missaque epistola petivisse, *ne se, nihil tale commeritam, odiis Junonis objectare pergeret.* Antea enim ipsa maxime fabulam confirmasse creditur, proficiscentemque in Asiam Alexandrum monuisse, *ut memor originis digna tanto genitore capesseret.*[20]) Verum tamen ostentis Deûm variisque praesagiis inter conceptum editumque partum significatum fuisse, quantus homo nasceretur, consensu traditur. Obsignatam Olympiadis alvum annulo, cujus sculptura leonem praeferret, per

---

[16]) Jactare, vorwerfen; vis, Macht; praestigiis illudere, durch Zaubermittel verführen; temerare, beflecken, entehren; suspectam, sc. Olympiadem; exinde: ex hoc tempore; intimus, eigentlich wahr; pro comperto est, es ist ausgemacht.

[17]) Natalis, e, — natales, die Geburt, dedecus n., unächte G.; in — orbe, i. e. in nostra solum terra; pertinax rumor obtinuit, das Gerücht hat sich fortwährend erhalten.

[18]) Repetere, wiederholen, hervorsuchen.

[19]) Afflixit: superavit; similisque — habuit, und eben so soll Roms jetziger Beherrscher von den Göttern abstammen; editum: natum; avitis opibus excideret, i. e. paterno regno expelleretur.

[20]) Petivisse, sc. a filio; fabulam confirmare, die Sage bestätigen; digna — capesseret, i. e. res — dignas gereret.

quietem Philippus vidit. Cujus rei memoriam servavit Alexandria, quam in Aegypto conditam, aliquamdiu Leontopolim appellavere. Nam de Alexandri magnanimitate et robore somnium illud interpretatus erat Aristander, peritissimus vatum, qui postea comes ei haesit, sacrisque ejus praefuit. [21]) Qua autem nocte Olympias peperit, maximi per Asiam nominis templum Ephesiae Dianae ignis hausit. [22]) Intulerat eum cujusdam hominis perditi furor; qui comprehensus tortusque, non alia mente id commisisse fassus est, quam ut magno aliquo facinore memoriam sui diuturnam efficeret. Ergo tam foedi exempli cladem non istius tantum aedis damno aestimavere Magi, qui tum Ephesi degebant; verum pro majoris ruinae praesagio habentes, totam urbem moestis implevere clamoribus: *exortam alicubi facem, cujus incendio, similem ob causam, totus olim Oriens conflagraturus esset.* [23]) Forte per idem tempus Potidaeam Atheniensium coloniam Philippus subegerat, cum et Olympia quadrigis se vicisse cognovit, et a Parmenione, quem in Illyrios miserat, majoris momenti nuntius venit, *fusis ingenti proelio barbaris, Macedonas prospere pugnavisse.* Exsultanti tam laeto ubique votorum exitu etiam de Olympiadis partu renuntiatum est: nec dubitavere vates, *invictum fore, qui inter tot victoriarum palmas nasceretur.* [24]) Ferunt, tot simul prosperarum rerum cumulo attonitum regem, et invidiam Deûm veritum, oravisse Nemesin, *ut hoc fortunae obsequium modica aliqua calamitate ulcisci contenta foret.* Proditum etiam est memoriae, *in oppido Pella duas aquilas in culmine domus, ubi puerum enixa erat regina, tota die persedisse. Gemini per Europam Asiamque imperii augurium id fuisse*, post eventum facile interpretati sunt. [25]) *Terram quoque tum mo-*

---

[21]) Consensu traditur, man erzählt einstimmig; cujus — praeferret, worauf ein Löwe eingegraben war; per quietem, im Traume; comitem alicui haerere, et sacris alicujus praeesse, Jemands beständiger Gefährte und Oberpriester seyn.

[22]) Templum m. nominis, i. e. templum clarissimum; templum ignis hausit, der T. ging in Rauch, in Flammen auf.

[23]) Hominis perditi furor, ein unsinnlicher Bösewicht, — er hieß Herostratus. Um seine Absicht zu vereiteln, ließen die Epheser das lächerliche Verbot ergehen, seinen Namen nie zu nennen. Praesagium, Vorbedeutung; conflagrare, in Flammen gerathen, — nämlich, daß die Fackel des Krieges lodern werde.

[24]) Olympia, eine Gegend in der Landschaft Elis, wo die berühmten Spiele gehalten wurden; majoris momenti nuntius, eine wichtigere Nachricht.

[25]) Cumulo: multitudine; attonitus, wie vom Donner getrof-

*visse, magnamque tonitruorum fulminumque vim erupisse coelo,* auctores habeo. Natus est autem, ut accuratiores tradunt, incipiente Olympiade sexta supra centesimam, praetore Athenis Elpine, A. D. XII Kalend. Sextil. quem tum mensem Macedones *Loum* vocabant: quo tempore populus Romanus quadringentesimum fere annum agens, vicinorum bellis exercebatur, et subjugando terrarum orbi quotidianis incrementis praeludebat. [26])

II. At Philippus, auctus filio, de quo propter oblata tot omina spem amplissimam conceperat, in educationem curamque ejus omnes cogitationes convertit. Quippe vir prudens et amans patriae, nihil molitionibus suis profectum facile sentiebat, si rebus undique motis, hominem imperitum aut segnem Macedoniae post se relinqueret: suam quoque gloriam haud durabilem futuram, si maximarum rerum instrumenta, quae tanta industria parabat, successoris inertia corrupisset. [1]) Leguntur inter epistolas ejus, venustatis et prudentiae plenas, litterae, quas tum ad Aristotelem, qui cum Platone exercebatur, Athenas misit, in hunc fere modum scriptae. *Philippus Aristoteli salutem dicit. Certiorem te facio, filium mihi genitum esse. Nec perinde Diis gratiam habeo, quod omnino natus est, quam quod te florente nasci illum contigit; a quo educatum institutumque neque nobis indignum spero evasurum, neque successioni tantarum rerum imparem. Satius enim existimo carere liberis, quam opprobria majorum suorum tollentem, in poenam genuisse.* [2])

---

sen, außer sich, voll Erstaunen seyn; Nemesis, die Göttinn der Strafgerechtigkeit; fortunae obsequium, außerordentliche Gunstbezeigung des Glückes; Pella, die Hauptstadt in Macedonien; culmen, Giebel; enixa erat: pepererat.

[26]) Terra movet, es ist ein Erdbeben; magnam — coelo, und am Himmel ein starkes Donnern und Blitzen sich gezeigt habe; vicinorum bellis exerceri, mit den Nachbaren im Kriege begriffen seyn; subjugando, besser subigendo; praeludere, ein Vorspiel geben, hindeuten.

Inh. Alexanders Erziehung, jugendliche Uebungen und körperliche Beschaffenheit.

[1]) Auctus filio, mit einem S. beglückt; spem concipere, H. fassen, hegen; cura, Pflege; nihil — profectum, daß alle seine Unternehmungen fruchtlos seyn würden; maximarum rerum instrumenta, getroffene Anstalten zu sehr großen Unternehmungen.

[2]) Qui cum Platone exercebatur, i. e. magistro Platone in philosophiam incumbebat; te florente: te vivente, sc. cum gloria; successio tantarum rerum, die Thronfolge in einem so großen Reiche; quam — genuisse, als zu unserer eigenen Strafe

Neque fefellit eum opinio: quippe puer, Aristotele doctore diu usus, ad res in ea aetate gerendas insigne praesidium sibi comparavit. Sed haec postea acciderunt. Interim constituti sunt infanti nutritores atque paedagogi, Leonidas, Olympiadis propinquus, et Lysimachus Acarnan. Philippus nationis ejusdem adjectus, qui valetudinem pueri regeret: Hellanicae (Dropidis erat filia, ex illustrioribus Macedonum feminis) corporis et morum recta temperie probatae nutricis munus demandatum est. 3) Hac cura paucos intra annos effectum est, ut jam tum polliceri videretur eum regem, quem postmodum exhibuit. Nam et in puerilibus membris indomitus eminebat vigor; et eximiae indolis argumenta aetatem longe praevenerant. Excellens nativa et genuina venustate corporis, cultum aspernabatur, *anxiam formae curam feminis convenire* dictitans, *quae nulla alia dote* aeque commendarentur: *si virtutis potiri contigisset, satis se speciosum fore.* 4) Fuit autem, cum adolevisset, justa membrorum proportione conspicuus, artubus robustis, probeque compactis: vi tamen, quam specie, validior, quippe corporis ejus habitus intra proceritatem stetit. Cutem habuit candidam, nisi quod in malis, itemque pectore, grato rubore suffundebatur: capillum flavum, leniter intortum: nasum aquilinum: oculos varios, nam laevus glaucus fuisse traditur, altero nigerrimo. Inerat autem ipsis occulta quaedam vis, ut sine veneratione atque horrore quodam intuentium non adspiceretur. 5) Pernicitate pedum admirabili fuit; quam ut magnae in expeditionibus utilitatis, etiam rex non omisit exercere, saepeque cum velocissimis suorum cursu certare visus est: patientia laboris supra fidem eximia; qua saepe una, difficillimis temporibus, sibi exercitibusque suis salutem peperit. Exercitationibus crebris, et calidissima corporis temperie, adeo, quidquid vitiosi humoris sub cute colligi solet, expugnavit, ut suavem ex ore membrisque exhalaret odorem, eoque etiam tunicas,

---

einen solchen erzeugt zu haben, der ein Schandfleck für seine Vorfahren ist.

3) In ea aetate, in einem solchen Alter, in so jungen Jahren; corporis et morum recta temperies, eine gesunde und wohlgesittete Person; munus demandare, den Dienst anvertrauen, übertragen.

4) Vigor, Leben; argumenta, Beweise; praevenerant: superaverant; cultus, Putz, gekünstelter Schmuck; dos, Eigenschaft, Vorzug; virtutis potiri, der Tugend theilhaftig werden, besser wäre virtute.

5) Fuit justa membrorum proportione, seine Glieder hatten das gehörige Ebenmaß; probe compactus, untersetzt; capillus flavus et leniter intortus, blondes und etwas lockiges Haar; oculi varii, 2c. von ungleicher Farbe.

quibus uteretur, impleret: ob easdem causas, ut quidam putant, ad vinum iramque proclivior. [6]) Visuntur adhuc imagines ejus statuaeque, summorum artificum opera: ne enim vulgarium sculptorum pictorumve temeritate oris sui honor obsolesceret, studiose cavit; *poenam comminatus*, *si quis injussu suo conaretur*. Ergo abundante tum artificum copia, volentem unus Apelles pinxit, sculpsit Pyrgoteles, Lysippus et Polycletus aere duxerunt. *Citatiorem gressum Leonidae vitium fuisse*, ferunt; *ex ipsius consuetudine id haesisse Alexandro: quod postea, cum enixe vellet, corrigere non potuerit*. [7]) Equidem educationi plurimum tribui debere, non infiteor; ceterum hoc quidem naturae potius adolescentis, quam assuetudini, deputo: etenim in homine velocissimae mentis necessum erat, ut ardorem animi, corporis etiam motus sequeretur. Quem adeo non in vitio posuere successores ipsius, ut etiam studiose aemularentur; simul depressiore in laevum collo, obtutum ejus vibrantem, et elatiorem vocem imitati, cum animum non exprimerent: quippe plurimorum ex illis longa vita vix quidquam habuit dignum, quod cum hujus pueritia compararetur.[8]) Neque enim quidquam aut loquebatur, aut agebat humile; sed dictis factisque par fortunae suae, vel etiam supra erat. Nam cum esset laudis avidissimus, non undecunque eam affectabat, sed optimis quibusque comparari gaudebat; ingloriam ex vilibus palmam intelligens, tantoque illustriorem victoriam, quanto quos vicisset pluris haberentur. Ergo dicentibus, *quoniam cursu plurimum valeret, debere profiteri nomen suum inter eos, qui Olympicis ludis certaturi essent, cognominis sibi regis exemplo, magnam ea re per Graeciam sibi famam comparaturum*: *Facerem*, inquit, *si reges haberem adversarios*. [9]) Quoties aut praeclara aliqua pugna Philippus vicerat, aut oppidum opulentum in potestatem redegerat, laetantibus aliis, ipse haud obscure indolescebat; exceptaque vox est querentis inter

---

[6]) Cursu certare, um die Wette laufen; sibi salutem petere, sich retten; calida corporis temperies, hitziges Temperament.

[7]) Temeritas, Ungeschicklichkeit; honor, Schönheit, Annehmlichkeit des Gesichtes; obsolescere, verloren gehen, entstellt werden; aere ducere, aus Erz gießen.

[8]) Velocissima mens, ein so schneller o. feuriger Geist; ardor animi, feuriges Temperament; sequi, sich darnach richten; simul — exprimerent, sie äfften zugleich sein Kopfneigen auf die linke Seite, seinen blitzenden Blick und ziemlich laute Stimme nach, ohne dabei seinen Geist zu zeigen.

[9]) Quibusque, sc. viris; quanto, sc. ii; nomen suum profiteri, seinen Namen aufzeichnen lassen; adversarius, Gegner.

aequales, *nihil reliqui facturum patrem sibi ipsisque, cum adolevissent.* Quippe deperiturum gloriae verebatur, quidquid accessisset opibus; nec tam harum possessione, quam istius cupidine movebatur. [10]) Somni natura parcissimus, etiam arte vigilantiam adjuvabat. Si quid occurrisset, quod seria meditatione dignum videretur, comprehensa pila argentea, brachium extra lectum porrigebat, ut in subjectam pelvim illapsa, excitato sonitu, torporem in somnum deficientis discuteret. [11]) Deos ab ineunte aetate magnifice coluit. Sacro quodam ita liberaliter thura flammis intulit, ut Leonidas, vir severus et parcus, profusionem istam non ferens, exclamaret, *sic adolebis, cum regiones subegeris, ubi haec nascuntur.* Cujus vocis memor, cum postea thuriferam Arabiam pacaret, multa odorum talenta misit Leonidae, cum mandatis, *ne posthac in Deorum honoribus adstrictior esse vellet, quos intelligeret, dona hilariter oblata tam larga manu rependere.* [12]) Animi sublimis et magna conaturi documenta mature dedit. Persis ea tempestate Artaxerxes, cognomento Ochus, praeerat. Eum Artabazus et Menapis Satrapae, Memnonque Rhodius, egregius dux, bello lacessiverant; sed potentia regis oppressi, deserta Asia ad Philippum profugerant. His tum Alexander septenni minor mire delectabatur, crebroque de rebus Persicis interrogabat: nihil quidem puerile et sordidum, sed *quibus maxime firmamentis opes regiae niterentur? quis armorum usus, quae audacia viris, quanta equis pernicitas esset? quot dierum itinere Macedonia distaret Susis? quae regi morum via, quaeque exercitatio corporis, atque opinio virtutis foret?* [13]) Postea, cum deprecante fratre Memnonis Mentore, cujus sororem in matrimonio Arta-

---

[10]) Haud obscure, augenscheinlich, sichtbar; exceptaque — aequales, und man hörte ihn unter seinen Gespielen von gleichem Alter klagen; gloriae, für seinen Ruhm; quidquid etc., was er an Macht gewänne; istius, sc. gloriae; moveri, Eindruck machen.

[11]) Subjectus, unten stehend; torporem in somnum deficientis, den Schlummer, da er in Schlaf zu fallen im Begriffe war; discutere, vertreiben.

[12]) Sacro quodam, bei einem Opfer; liberaliter, reichlich; sic adolebis, solche Rauchopfer bringe dann; thurifer, Weihrauch bringend, hervorbringend; multa odorum talenta, eine große Menge von diesen Wohlgerüchen; in deorum honoribus adstrictiorem esse, bei den Opfern der Götter nicht zu karg seyn.

[13]) Animi — conaturi, von seinem hohen, und in der Folge große Dinge unternehmenden Geiste; potentia opprimi, durch die Uebermacht überwältiget werden, der Uebermacht unterliegen; nihil puerile et sordidum interrogare, keine kindische und nichtssagende (läppische) Fragen

bazus habebat, cum exulibus in gratiam rediisset Ochus, eosque a Philippo repeteret; Alexander legatos eximiae in tantilla aetate indolis admiratione ita perculit, ut unus eorum in haec verba prorumperet: *Hic quidem puer magnus est rex, noster vero dives.* Haec autem cum merito quidem naturae suae debere videretur, haud minus institutioni debuit. Nam pater, satis gnarus, quantum Epaminondae commercium sibi profuisset, quantoque plura eloquentia, quam vi, confecisset, summa cura incubuerat, ut a tenera statim aetate liberalium artium studiis probe imbueretur. [14]) Igitur Aristotelem, magni nominis Philosophum, ingentibus praemiis evocatum perpulit, ut etiam prima literarum elementa puero traderet. Nec abnuit vir doctissimus, cum intelligeret, quantum esset a principio recte instrui, multis imperaturum; frustraque contemni pro parvis, sine quibus ad majora profectus non esset. [15]) Variis deinde magistris, ut alius alia arte excellebat, usus, non modo mentem egregiis implevit disciplinis; verum etiam corpus omnis generis exercitationibus, ad usum bellorum, et patientiam laboris edomuit: ne tum quidem vacuus, cum otiari videretur; quippe pila, vel saltatione virili non tam laxabat animum, quam seriis obsequiis membra praeparabat. [16])

III. Postquam deinde aetas et ingenium paulisper adolevit, jamque severioribus studiis idoneus visus est, revocatum, qui tum apud Mitylenaeos agebat, Aristotelem continuo secum habuit, donec post mortem patris rerum potitus, in Asiam transjiceret. Quo temporis spatio, quidquid a tanto praeceptore tradi potuit, perdidicit. [1]) Cognoscendae rerum naturae tanto avidius incubuit, quanto pertinaciore spe imperium universi orbis praeceperat. Cujus indagationem postea quoque adjuvit, plane regio animo, et sumtu. Aristote-

---

stellen; firmamentum, Grundpfeiler; morum via, Bahn der Handlungsweise; opinio virtutis, Ansicht von Verdienst.

[14]) In tantilla aetate, in einem so zarten Alter; aliquem admiratione percellere, besser afficere, Sem. in Verwunderung setzen; commercium: usus, consuetudo.

[15]) Quantum esset, wie viel es zu bedeuten habe; instrui, sc. eum; frustraque — pro parvis, und daß es Thorheit sey, Dinge als Kleinigkeiten zu verachten.

[16]) Implere: augere, bereichern; edomare, angewöhnen; vacuus: otiosus; animum laxare, ausruhen, sich erholen; obsequiis, besser negotiis, occupationibus.

Inh. Alexanders Neigung zu den Wissenschaften. Großes Ansehen des Aristoteles.

[1]) Adolescere, zunehmen; agebat: degebat.

li, quo naturas animalium certius atque perspectius commentari posset, tota Asia Graeciaque parere jussit, quotquot venatu, aucupio, piscatuve vitam tolerabant, aut aliquam in ejusmodi negotiis peritiam assecuti fuerant. Constat, in ejus operis impensas octingenta talenta philosophum accepisse. Adeo autem cognitionem illam dilexit, ut in eam sumtum faceret, curamque impenderet, cujus fructum visurus non erat. [2]) Post centum annos capti sunt cervi cum torquibus aureis, quos addiderat, ut vel posteri cognoscerent, quanta fides habenda foret iis, quae de istorum animalium longaevitate ferebantur. Sublimioribus quoque disciplinis, quas *acroamaticas* appellant, eruditum fuisse, ipsius testatur epistola, qua queritur, Aristotelem *dignitatem earum evulgatis praeceptis profanasse.* Et ille excusavit, rescribens, ita libros illos esse editos, ut haberi possint pro ineditis: nec enim quemquam sententiam ipsorum magnopere percepturum esse, nisi quae iis continerentur, jam antea didicisset. [3]) Idem, cum Rhetorica ab eo exigeret, sollicite vetuit, ne aliorum etiam in manus pervenire pateretur. Neque enim minus honestis artibus, quam potentia, ceteros praestare cupiebat: indignabaturque, communicari laudem illam cum humillimis. Medicinae quoque studio imbutum ab Aristotele, filio medici, ex gente Asclepiadarum, fidem ipsius epistolae faciunt. Eam autem philosophiae partem, quae sibi aliisque probe imperare docet, ita coluit, ut magnanimitate, prudentia, temperantia, fortitudine, quam armis et opibus instructior, tantam imperii Persici molem subruere aggressus censeatur. [4]) Ipse quidem praedicavit, *non minus se debere Aristoteli, quam Philippo: hujus enim munus fuisse, quod viveret; illius, quod honeste viveret.* Ingenium tamen ardens ambitione, nimia honoris gloriaeque praedicatione, quam inter genera bonorum referendam esse Aristoteles sciverat, ela-

---

[2]) Rerum naturam cognoscere, Naturkunde; incumbere rei, sich auf etwas legen, Mühe verwenden, kommt nur bei spätern Scribenten vor; quanto etc., je stärker schon im voraus seine Hoffnung war, die Weltherrschaft zu erlangen; cujus, sc. naturae; animus, Gesinnung; commentari, über etwas schreiben; aliqua re vitam tolerare, von etwas leben.

[3]) Sublimiores disciplinae, die höhern Wissenschaften; dignitatem earum evulgatis praeceptis profanare, die Würde derselben durch Bekanntmachung ihrer Lehren entweihen; magnopere non percipere, nicht recht verstehen; nisi didicisset — nämlich durch den mündlichen Unterricht.

[4]) Pateretur, sc. Alexander; honestae artes, die schönen Wissenschaften; sibi probe imperare, sich recht beherrschen.

tum fuisse, ut non modo imperii prorogandi gratia bella ex bellis sereret, verum etiam Deus haberi vellet, quidam non immerito credidere. Ceterum, non solum imperante Alexandro, eximio honore maximisque muneribus affectus est Aristoteles; sed et vivo adhuc Philippo ingens institutionis suae pretium tulerat, impetrato, ut in ipsius gratiam patria instauraretur. [5]) Olynthios Philippus acerrimos hostes expertus fuerat: nam vicini Macedoniae, et potentia hactenus haud impares, aegerrime tulerant, sub rege bellicoso vafroque regni opes crescere, accolis perniciem aut servitium allaturas. Ergo quo infensioribus animis certatum est, eo asperior victoria fuit. Urbem captam direptamque solo aequavit Philippus: cives veniere. In reliqua etiam ditionis eorum oppida saevitum est. Inter quae Stagiram, unde Aristoteles genus ducebat, par calamitas obruerat. Eam tum regis permissu atque opibus ex integro condidit; restitutaeque leges tulit, quibus postmodum usa est. Ita quam stantem florentemque tot fortium virorum manus ab excidio prohibere non potuerant, eam incensam atque dirutam unius civis excitavit ingenium. [6]) Quanti autem Aristotelem fecerit Philippus, hinc etiam aestimari potest, quod saepe filium monuit, ut sub tam idoneo magistro sapientiae gnavam operam daret, ne mox multa committeret, qualium causa ipse pudore et poenitentia angeretur. Igitur postea quoque maximis rebus intentus Alexander, non omisit magistrum venerari; crebroque per literas compellavit hominem, nec disciplinarum modo arcana, sed et morum remedia petiit. Atque ille rescripsit, quibus ipsius atque subditorum fe-

---

[4]) Honeste vivere, tugendhaft leben; ingenium etc. Einige haben jedoch mit Recht geglaubt, daß sein feuriges Temperament durch Ehrgeiz und durch eine allzugroße Anpreisung des Ruhmes von Seite des Aristoteles, welcher wußte, daß man beides unter die Gattungen der Güter (der guten Eigenschaften, Vorzüge) rechnen müsse, so erhitzt worden sey, daß u. s. w.; imperii prorogandi gratia: imperii proferendi, v. amplificandi gratia; bellum ex bello serere, einen K. nach dem andern anfangen; ingens pretium ferre, eine außerordentliche Belohnung erhalten; impetrato, und brachte es dahin (durch Bitten), daß ihm zu Liebe seine Vaterstadt wieder aufgebaut wurde.

[5]) Vafer, klug, verschmitzt; animus infensus, feindseliger Sinn, o. bloß erbittert; asper, drückend, beschwerlich, traurig; in — oppida, gegen ihre übrigen unterjochten Städte; eorum: Olynthiorum; Stagira, eine Stadt in Macedonien, der Geburtsort des Aristoteles; obruere, verscharren, bedecken, b) zu Grunde richten, treffen — calamitas, Unglück; ex integro, ganz neu; condidit. sc. Aristoteles; excitare, aus dem Schutte wieder herstellen, aufbauen.

licitati consultum opinabatur, *meminisset*, *tantam ipsi concessam esse potentiam, ut prodesset hominibus, non ut eos laederet: irae quoque*, in quam maxime praecipitem noverat, *modum poneret; neque enim irascendum inferioribus: parem autem ipsi esse neminem.* [7]) Ad postremum tamen animo jam elatior spernere eum coepit: praesertim cum ob Callisthenis exitum infestum sibi, et praeter sapientiae praecepta, etiam vindictae causa, ambitionem humanum fastigium despicientis, disputationibus exagitare crederet. Certe paullo ante mortem, Cassandro objecta patri suo crimina purgante, exclamasse fertur, *Aristotelicae versutiae machinationibus instructum venisse, ut justas aliorum querelas fallacibus argutiis eluderet:* deinde *utrique, si vera quae deferrentur comperisset, malum* minatum esse, tam vehementi vultu, ut diu post ejus interitum, cum forte Cassander, tum rerum in Graecia potens, imaginem Alexandri Delphis positam intueretur, revocatus in periculi sui memoriam, toto corpore cohorruerit. [8]) Quae res Aristoteli etiam magnae infamiae occasio fuit: quippe venenum, quo Alexander periisse creditus est, non alterius ingenio equinae ungulae inditum, et Babylonem deportatum, rumor suspicatus est. Adamavit et musicam, eique seriam initio operam dedit: donec contumeliosa interrogatione patris, *ecquid puderet tam scite canere?* velut artem suae majestati indecoram, negligentius tractare coepit. Quo quidem tempore magistro chordam quandam ex artis praescripto pulsare jubenti, *quid autem referat, inquit, si hanc pulsavero!* in aliam intendens digitum. At ille, *nihil referre futuri regis, futuri autem citharoedi referre,* respondit. [9]) Delectatus deinceps est ma-

---

[7]) Aestimari: colligi, intelligi, conjici; aliquem per literas compellare, Jem. schreiben; morum remedia: praecepta morum, Regeln, Lehren zu seinem Verhalten, seinem Lebenswandel; praecipitem: proclivem.

[8]) Callisthenes, ein Schwestersohn des Aristoteles, wurde mit dem Alexander erzogen, begleitete diesen nach Asien, um seine Geschichte zu schreiben. Er fiel in Ungnade, weil er kein Freund der Schmeicheleien war. Sein ferneres Schicksal ist nicht recht bekannt; wahrscheinlich wurde er so lange in Ketten herumgeschleppt, bis er eines natürlichen Todes starb; objicere, vorwerfen, vorhalten; purgare, entschuldigen; versutia, Verschlagenheit, Arglist; fallacibus argutiis, durch trügerische Spitzfindigkeiten; utrique: Callistheni et Cassandro; malum, Uebel, strenge Ahndung; vehemens vultus, furchtbare, schreckliche Miene; rerum potens, Herr, Beherrscher; revocatus in periculi sui memoriam: recordatus pristini sui periculi.

[9]) Ingenium, erfinderischer Geist; seriam operam alicui rei

sculo cantu, cum molles fractasque modulationes ut perniciem morum aversaretur. Quo nomine maxime amplexus est Timotheum, artis ejus professione celebrem. Ille enim, accommodata ad ingenium illius scientia, modo, quem *Phrygium* appellant, ita aliquando eum rapuit, ut tanquam divino instinctu exardesceret animo, et, velut propinquo jam hoste, ad arma capienda prosiliret. Eloquentiae etiam sub Anaximene Lampsaceno studuit: quae res postmodum incolumitatem urbi attulit, cum Persarum opibus studentem Alexander diruere constituisset. Conspicatus enim Anaximenem extra moenia prodeuntem, nec dubitans, quin pro patria deprecatum venisset, *Graecorum Deos* testatus est, *non facturum se, quod petisset*. Quo audito callidus ille rogavit, *ut Lampsacum dirueret*. Ille, et jurisjurandi religione adstrictus, et magis etiam praeceptoris olim sui sagacitate delenitus, gratiam delictorum Lampsacenis fecit. [10]) Comoedos, ut instituto suo parum congruentia tractantes, corrumpendisque moribus natos, contemsit. Neglexit et pugiles, quamquam maximi tum in Graecia fierent: forte quod otiosos et saginae addictos, valida membra spectaculorum potius ludibriis, quam patriae necessitatibus commodare, non probabat. Reliquas artes, etiam quas ipse non attigerat, impense fovit. Unde ex toto fere orbe passim ad ipsum confluebant, quicunque insigni aliqua peritia praecellere sibi videbantur: eique vel ingenii sui monumenta dedicabant, vel exhibito artis suae specimine, a munificentissimo regum, et cujus animo fortuna responderet, immensas plerumque divitias consequebantur. Etiam quos procul positos praeclara eruditio aut virtus commendabat, iis ingentia munera ultro largiri consueverat. Igitur tantus ea tempestate doctorum atque sollertium hominum proventus fuit, ut vix ulla aetas bonis artibus copiosior exstiterit. Solent enim ingenia moresque com-

---

dare, sich mit Ernst auf etwas legen; scite: bene, praeclare; tractare, betreiben, sich abgeben; chordam pulsare, eine Saite greifen, berühren.

[10]) Molles fractaeque modulationes, sanfte und zarte Melodien; quo nomine, deshalb, daher; amplexus est: maximi aestimavit; illius, sc. Alexandri; modo — appellant, durch den sogenannten weichlichen, phrygischen Gesang; rapere, hinreißen; divino instinctu exardesceret animo, begeistert in voller Hitze; incolumitatem adferre, Rettung verschaffen, zur R. dienen; alicui studere, Jem. Partei ergreifen, es mit J. halten, auf J. Seite seyn; jurisjurandi religione adstrictum esse, an Eid gebunden seyn; sagacitate deleniri, durch die Schlauheit besänftiget werden; gratiam — facere: condonare, ignoscere.

poni ad principum mentem; omnisque fere temporum inclinatio regnantium infamia, vel decus est. [11])

IV. Ex veterum monumentis nihil antehabuit Homero, quem unum omnem sapientiam, qua imperia constant, optime complexum esse autumabat: adeoque eum cordi habuit, ut Graeco cognomento *amator Homeri* diceretur. Libros ejus semper secum ferre solitus, etiam cum quiesceret, una cum pugione sub cervicali reponebat; *militiae suae viaticum, et institutionem bellicae virtutis* appellans. *Achillem* praedicabat *felicem, quod tantum virtutis suae praeconem invenisset.* Reperto inter Damascenam praedam materiae curaeque exquisitissimae scrinio, et disquirentibus amicis, *cuinam usui convenientissime destinaretur?* ipse, *Homero,* inquit, *dedicabimus, ut pretiosissimum humani ingenii monumentum elegantissimo etiam opere servetur.* [1]) Inde obtinuit, ut emendatissima poëtae editio, quam magna cura comparaverat Alexander, *e narthecio* vocaretur: quippe scrinium illud, cum adhuc Persarum esset, unguentis et odoribus asservandis serviverat. Quidam prospere gestae rei nuntius, cum citato cursu ad eum ferretur, dextramque porrigeret, vultu maximae laetitiae notas praeferente, *Quid mihi nuntiaturus es tanto gaudio dignum,* inquit, *nisi forsan Homerus revixit!* [2]) Sed tum eo jam felicitatis pervenerat, ut propemodum exsatiatae gloriae nihil deesse putaret, praeter idoneum buccinatorem. Crebra autem lectione totum fere edidicit, ut nemo neque promtius eo familiariusque uteretur, neque exactius de eo judicaret. Ex omnibus autem ejus carminibus maxime probabat versum, quo boni simul im-

---

[11]) Comoedus, Schauspieler; institutum, Absicht, Plan; addictum esse, bestimmt seyn; necessitas, Bedürfniß; commodare, herleihen, hergeben; non attingere: ignorare, ignarum esse, non discere; monumenta: opera; procul positi, Entfernte; sollers, geschickt; bonis: liberalibus; ad mentem componi, sich nach dem Geiste, nach dem Geschmacke richten; temporum inclinatio, Veränderung der Z.; regnantium, sc. tum.

Inh. Wie hoch A. den Homer geschätzet, und wie sehr er im Gegentheile das sinnliche Vergnügen verachtet habe. Seine bewiesene Geschicklichkeit bei der Bändigung des Bucephalus.

[1]) Antehabuit: praetulit; adeo eum cordi habuit: adeo eum in deliciis habuit, v. tam carum eum habuit; virtus bellica: ars belli, Kriegswissenschaft; praeco, Lobredner, Lobpreiser; scrinium materiae curaeque exquisitissimae, ein sehr kostbares und künstlich gearbeitetes Kästchen; servare, aufbewahren.

[2]) Inde obtinuit, daher kommt es; praeferre: indicare, significare.

peratoris, robustique militis laudes Agamemnoni tribuuntur; eumque praecipuum virtutis incitamentum, et veluti morum suorum magistrum habuit. His itaque disciplinis imbutus, summae fortunae vim atque dignitatem egregie tutatus est: superbia et licentia, qua quidam sola principes agunt, abstinuit. [3]) Cultu curaque corporis haud multum supra privati modum eminens, virtute potius, quam vestium ornatu, anteire suos imperatorium censebat: hilaris, humanus, affabilis, ut tamen contemtum excluderet: vino deditus, sed citra ebrietatem. Nam si otium nactus esset, sermonibus magis, quam compotatione, tempus extrahebat. Voluptates ita contemsit, ut matri curam injiceret, ne plane ad generandum inhabilis esset. Illud inprimis religiose tenuit, ne cujus thorum violaret. Quibus vitae morumque institutis diu inhaesit, magnumque et memorabilem regem egit: donec impetu quodam, et velut torrente fortunae convulsus et mutatus, pristinam animi moderationem paullatim exueret. [4]) Animi robur cum insigni dexteritate, magna patris et aliorum admiratione, ostendit in equo Bucephalo: nam id nomen bubuli capitis figura insignitus acceperat. Plurimum tum equestri laude pollebat Thessalia, nobiliumque equorum greges multis locis alebantur. Eminebat tamen inter omnes viribus et specie Bucephalus, quem Philonicus, ex Pharsalia oriundus, maximo in illis regionibus principe dignum existimans, ad Philippum adduxerat, sedecim talentis venalem. Cum autem velocitatem equi obsequiumque experturi in campum descendissent, nemo amicorum satellitumque regis tractare eum potuit: quin insurgebat in omnes, et conscendere conatos ferocia exterrebat. Jamque pro indomito, et ob feritatem inutili, relinquebatur; cum suspirans Alexander, *Qualem isti equum perdunt, per mollitiem*

---

3) Buccinator, ein großsprecherischer Lobredner; totum: Homerum; laudes tribuere, Lob beilegen; morum suorum magister, Sittenlehrer, b) Lehrer zu seinem Verhalten, Benehmen; disciplinae, Kenntnisse, Grundsätze; tutari, behaupten; licentia, Ungebundenheit, willkührliche Macht.

4) Cultu etc., hinsichtlich s. Kleidung und der Pflege für den Körper zeichnete er sich nicht sehr vor einem Privatmanne aus; virtus, gute, erhabene Eigenschaften; suos, sc. cives; contemtum excludere, sich der Verachtung, Herabsetzung, Gleichgültigkeit nicht aussetzen, seiner Würde nichts vergeben; otium nactus sum, ich habe Muße; voluptas, sc. corporis; tenuit: servavit; institutis: regulis, praeceptis; egit, i. e. se praestitit; donec — convulsus, bis er durch die Gewalt und den Strom des Glückes gleichsam hingerissen; exueret: deponeret.

*animi, et tractandi imperitiam!* [5]) Quo saepius repetito, a patre increpitus, *quod ob negotium, quod emendare non posset, majores peritioresque conviciis incesseret; Ego vero,* inquit, *emendabo, pater, si permiseris.* Atque illo subjiciente, *frustratus autem quam poenam pendes? Equi,* inquit, *pretium luam;* exortoque omnium risu, convenit, *ut victor equum patre emente haberet, victus amitteret pecuniam.* Tum Alexander, comprehensis equi habenis, eum ita statuit, ut in adversos solis radios conversus, umbram suam conspicere non posset: ea enim antea exterritum acrius ferocisse observaverat: cumque nihilominus aestuaret, jubam demulcens, dimissaque sensim chlamyde, in saevientem adhuc insilit. [6]) Ille parendi insolens cervicem et calces jactare, multaque pervicacia contra frenum niti; denique proripere se conari, et ingenti violentia cursum moliri. Spatiosa et equitabilis planities suberat: ergo ferocientem exsultantemque effusis in collum habenis, adactisque calcaneis cum ingenti clamore in cursum permittit. Ingens deinde campi spatium evectus, jam lassatum et consistere volentem impellere non antea destitit, quam exhaustum cursu, et labore domitum, mansuetiorem jam mitioremque reduxisset. Descendentem manantibus gaudio lacrimis complexus est pater, osculoque capiti impresso, *majus imperium sibi circumspicere* jussit, *nec enim Macedoniae regnum tantam indolem capere.* Post haec Bucephalus, cum in ceteros ferociam suam retineret, uni Alexandro mira submissione paruit, multorumque mox laborum atque discriminum socius, in proelio adversus Porum periit. Dignum id argumentum visum est, quo illustrarent opera sua nobilissimi artifices. Duas ex marmore statuas equum domantis ostentant, Praxitelis et Phidiae certamen. Alexandri eas imagines esse, quamvis ambigi possit, auctores haud obscuri crediderunt. [7])

---

[5]) Magna patris, zur großen u. s. w.; equestri laude pollere, wegen der Reiterei sehr berühmt seyn; alere, unterhalten; eminebat: excellebat; obsequium, Folgsamkeit, Leitungsfähigkeit; insurgere, steigen, sich bäumen; per mollitiem animi, aus Weichlichkeit.

[6]) Ob negotium: ob rem; emendare, besser machen; conviciis incessere, beschimpfen; equi pretium luere, das Pferd bezahlen; victor, als Gewinner, wenn er gewänne; ut conversus, daß es mit dem Kopfe gegen die Sonnenstrahlen gewendet; aliquo ferocire, wegen etwas unbändig seyn; aestuare, forttoben, unruhig seyn.

[7]) Cervicem et calces jactare, mit dem Kopfe schütteln und ausschlagen; contra frenum niti, sich gegen das Gebiß sträuben; proripere, ausreißen; cursum moliri, fortlaufen; habena in collum effundere, die Zügel schießen lassen; calcaneum, Ferse, hier st. cal-

V. His atque talibus ingenii animique experimentis eam apud Philippum existimationem nactus est, ut, cum ipse Byzantinos obsidione urgeret, idoneum jam crediderit filium, cui libera cum potestate Macedoniae curam committeret, annos omnino sedecim habentem. Quo comperto, Medarorum quidam, Thracia natio, Macedoniae subjecta, opportunum defectioni, quam dudum agitabant, tempus advenisse rati, consilia nudavere. Sed adolescens, ostentandae virtutis occasione laetus, cum ducibus a patre relictis propere in eos movit: victisque et ejectis rebellibus, urbem eorum varii generis convenis habitandam dedit. Illi Alexandropolim ex nomine auctoris sui appellavere. [1]) Philippus, eventu rei gaudens, ceterum sollicitus, ne suo arbitrio permissus adolescentis animus, majora viribus cum exitio capesseret, evocavit eum, ut se magistro ardorem prudentia temperare disceret: et in subigendis Chersonesi oppidis strenua promtaque opera ejus usus est. Ceterum cum ad Byzantium, validam urbem, haereret obsidio, civibus egregie pro libertate pugnantibus; *iisque Graeci barbarique, quibus incrementa Philippi suspecta erant, certatim auxilio venturi* nuntiarentur: desperata victoria, id unum agitabat, quanam ratione quam minimo copiarum atque famae damno ab obsidione discederet. [2]) Imperabat eo tempore Getis, Scythico populo, Atheas: qui armis Istrianorum pressus, auxilium a Philippo petiverat, spe adoptionis facta, si fessis Getarum rebus succurreret. Idem, cum hostium imperator decessisset,

---

caria addere; in cursum permittere, rennen lassen; ingens campi spatium evehi, eine sehr große Strecke von der Ebene zurücklegen; osculum capiti imprimere: caput osculari; indolem: ingenium; discriminum: periculorum; quo: ut eo; equum domantis, wie er das Pferd zureitet.

Inh. Sein Vater Philipp macht ihn während seiner Abwesenheit zum Reichsverweser von Macedonien. Was er während dieser Zeit gethan. Philipps Kriege. Alexander besiegt die Illyrier. Philipp wird zum Oberfeldherrn Griechenlands ernannt. Diese Nachricht schreckt Griechenland. Demosthenes Rath.

[1]) Existimationem nancisci, sich Ehre einlegen; libera cum potestate, ohne Einschränkung; aliquid agitare, womit umgehen, Willens seyn; consilia nudare, ihre Plane, Absichten merken lassen, entwickeln; movit, sc. se, aufbrechen; varii generis, von verschiedenem Schlage.

[2]) Ne etc., damit nicht der muthige, sich selbst überlassene Jüngling zu seinem Verderben Dinge unternehme, die seine Kräfte überstiegen; Byzantium, Byzanz, jetzt Konstantinopel; obsidio haeret, die Belagerung zieht sich in die Länge; incrementa, wachsende Macht.

belli metu liberatus, Macedonas vacuos remiserat, negans, *vel ipsorum auxilio, vel adoptione Philippi eguisse; cui adversus hostes satis propriarum virium, et in successionem regni filius esset.* [3]) Eam barbari contumeliam ulturum ferens Philippus, omisso Byzantio in Scythiam convertit agmen. Ubi conserto proelio, cum numero superiores Scythae essent, nec virtutis poeniteret, arte Philippi Macedonibus victoria cessit. Cujus omne pretium pecorum equorumque maximi greges, et infirmioris aetatis sexusque captivi fuere: ceterae praedae nihil exceptum est. Quippe opibus minime studebant Getae, sed quotidiano victo contenti, paupertatem inter vitae commoda numerabant. [4]) Ceterum cum ex Scythia regrediens, longo impedimentorum agmine, per Triballos iter faceret, illi opportunis locis occupatis transitum negabant, nisi praedae partem accepturi. Erant in exercitu Philippi mercenarii Graecorum milites, qui et ipsi, cum in discriminis partem venissent, commodorum exsortes haberi moleste ferebant. Inde orta seditione ad manus ventum est, tam acri certamine, ut multis utrinque cadentibus etiam rex sauciaretur, transfosso femore, eodemque vulnere interfecto equo: tanta vis adacti teli, tantaque virtus inferentis ictum fuit. Ibi tum ante omnes prosiluit Alexander, jacentemque clypeo protegens, irruentium in eum alios occidit, alios avertit in fugam. [5]) Ita filii pietate servatus est, abscedentibus qui oppressuri fuerant, eo promtius, quod interfectum crediderant; sic ipsi vulneris atrocitati vitam debuisse visus, mortis opinione mortem effugit. Praeda inter consternationem amissa est. Ceterum ex vulnere claudicare coactus, cum initio eam corporis deformationem aegro animo ferret, memorabili ad posteritatem adolescentis voce monitus est, *non irasci vulneri, cujus opera ad singulos gressus suae virtutis admoneretur.* Satis jam gloriae potentiaeque Phi-

---

[3]) Imperare, herrschen; premi, gedrängt, in die Enge getrieben werden; spem alicujus facere, H. zu etwas machen; idem, sc. Atheas; decessisset: mortuus esset; vacuos, sc. pecunia, commeatu.

[4]) Ferens, sc. auxilium ei; proelium conserere, sich in ein Treffen einlassen, ein T. liefern; ars, Kriegslist; infirmioris — captivi, gefangene Kinder und Weiber; ceterae etc., sonst wurde nichts erbeutet.

[5]) Longo impedimentorum agmine, mit dieser Menge den Marsch erschwerenden Beute; illi: hi; cum — venissent, da sie an den Kriegsgefahren Theil genommen hatten; commodorum: fructuum victoriae; telum adigere, einen Pfeil hintreiben, d. h. abschießen; virtus, Stärke; avertit: conjecit.

lippo quaesitum erat, satis etiam periculorum atque vulnerum pertulerat, si quietem pati posset animus ambitione vecors. [6]) Tributarios Illyriorum Macedonas, omnium non vicinorum modo, sed etiam longe dissitorum dominos effecerat: Triballos subegerat: Thraciam habebat in potestate: multis Graecorum populis imperabat; alios metu, aut largitionibus tenebat obnoxios. Thessalos Daochus, Cineas, Thrasydaeus, cum Eudico et Simo Larissaeis; Arcades Cercidas, Hieronymus, Eucalpidas; Argivos Myrtis, Teledamus Mnaseas; Eleos Euxitheus, Cleotimus, Aristaechmus, regio jugo subdiderant: Messenios Philiadae liberi, Neon et Thrasylochus; Sicyonios Aristratus et Demaratus; Megarenses Ptoeodorus, Helixus, Perilaus; Euboeenses Hipparchus, Clitarchus et Sosistratus, suae quippe civitatis principes, conciliabant: Olynthum Euthycrates et Lasthenes prodiderant. [7]) Una Spartanorum civitas veteris disciplinae egregie tenax, et proditionis immunis fuit. Sed cum imperio totius Graeciae immineret, Atheniensium maxime opes morari destinata cernebat. Nec deerant in civitate, qui res ad ipsum traherent: sed populus, qui omnia poterat, impellente Demosthene contra Macedonum opes nitebatur; crebrisque, ut inter potentes vicinos, contentionibus, ingenium Philippi callidum, audax, et ob dominationem fidei famaeque negligens cognoverat. [8]) Maxime urebat regem recens dolor, quod ad Byzantium, Atheniensium opera, spe sua excidisset: qui non modo centum et viginti navium classem obsessis auxilio miserant, sed et Chiis Rhodiisque eadem audendi auctores fuerant. Igitur dum percuratur vulnus in Triballis acceptum, omnia occulte praeparabat, quo Athenienses improvisus opprimeret. Exercitum retinenti obtentui erant Illyriorum nationes, quae ingenio feroces, et servitutis insuetae, impositum nuper jugum excutere tentabant. In eos Alexander mis-

---

6) Pietas, kindliche Liebe; atrocitas vulneris, gefährliche Wunde; cujus opera: quo; Philippo, st. a Philippo; animus ambitione vecors, unsinniger Ehrgeiz.

7) Tributarios Illyr. Mac., die den Illyriern vorher zinsbaren Macedonier; longe dissiti, weit entlegene; largitio, Bestechung; subdere, unterwerfen, unterthänig machen.

8) Veteris disciplinae egregie tenacem esse, bei der alten Verfassung ganz beharrlich bleiben; sed etc., da er aber die Herrschaft über ganz Griechenland zu erlangen suchte; destinata: proposita, sc. Philippi; qui — traherent, i. e. qui ipsi studerent, qui res ex voluntate ipsius tractarent; opes, anwachsende Macht; vicinos, sc. fieri solet; negligentem esse, nicht achten, sich darüber hinaussetzen.

sus, barbaris fusis fugatisque, eam de fortuna atque virtute sua spem et reliquis fecit, et ipse concepit, ut jam sine patre rebus gerundis se parem existimaret. Haec per biennium gesta. 9) Philippus autem, praeparatis omnibus, quae olim destinaverat exsequi maturum ratus, exoptatissima occasione oblata, ante initium veris cum exercitu in Graeciam venit, convocatis etiam ex Peloponneso copiis sociorum. Quippe Amphictyonum decreto creatus erat imperator Graecorum, ut insolentiam Locrorum, qui Amphissam incolunt, castigaret; namque Cyrrhaeum agrum Apollini dicatum, Amphictyonum auctoritate contemta, colere perseverabant, ducemque ab his creatum, interemtis quibusdam, vulneraverant. Erat tum Philippo foedus cum Atheniensibus; sed parum in eo praesidii futurum arbitrabantur, si regi violandae fidei merces affulsisset. 10) Igitur legatos ad ipsum mittunt, petituros, *ut pactis staret*; *aut certe ante ver adultum nihil hostile moliretur: deliberaturum interea populum Atheniensem, qua ratione controversiae,* quae inciderant, *componi possent.* Thebas quoque legationem decernunt, quae exposito *communi periculo*, hortaretur, *ut simul cum ipsis tutelam Graeciae susciperent.* Sed Philippus per hospites et amicos, quorum Timolaus, Theogitonque et Anemoetas plurimum apud cives suos poterant, Thebanos in amicitia Macedonum continuit. Ratusque, si cum solis Atheniensibus futura res esset, facile se superiorem fore, victis ad Amphissam Locris eorumque sociis; in Phocidem raptim ducto agmine, Elateam, finibus Thebanorum simul Atheniensiumque imminentem, occupat, impositoque praesidio, velut in belli sedem, operibus munit. 11) Ejus rei nuntius noctu Athenas perlatus tanta trepidatione urbem implevit, ut cum primo diluculo populus in concionem venisset, invitante ex more praecone, *qui salutare patriae consilium haberet, uti diceret,* nemo surrexerit: donec Demosthenes, congruentia tempori disserens, persuasit, *ut e vestigio classis et exercitus*

---

9) Spe excidere, besser de spe decidere, die H. verlieren, aufgeben müssen; alicui auctorem esse, Jem. rathen, reizen; exercitum e c. const.: Illyriorum nationes, quae—tentabant, exercitum — erant, dienten zum Vorwande, das Heer beisammen zu lassen.

10) Insolentiam castigare, den Uebermuth züchtigen; auctoritas, Befehl, Anordnung; in eo, sc. Philippo; merces affulget, es läßt sich ein Vortheil blicken.

11) Ante ver adultum, vor der Mitte des Frühlings; exposito communi periculo, nachdem sie die gemeinschaftliche Gefahr geschildert hatte; tutelam: defensionem; res mihi tecum est, ich habe es mit dir zu thun; imminere, nahe liegen, angränzen.

*educerentur; et legati tum ad ceteros Graecos, tum inprimis ad Thebanos, mitterentur.* In hanc sententiam decreto facto, Chares et Lysicles copiarum imperatores constituti; Demosthenes legationis ad Thebanos princeps ire jussus est. [12]) Non fefellerat ea res Macedonis sollertiam, satisque prospiciebat, quanta belli moles oritura esset, si inter istos populos foedus convenisset. Quippe Atheniensium civitas tunc etiam opibus et auctoritate satis pollebat; nec Thebanorum aut potentia contemnenda erat, aut opinio: necdum exoleverat memoria Leuctricae pugnae, qua principatum Graeciae Lacedaemoniis extorserant. Igitur ut et sociorum confirmaret animos, et diversae factionis machinationes praeverteret, Amyntam et Clearchum Macedonas eo misit, addito, cujus eloquentiae plurimum fidebat, Pythone Byzantio: quem in concilio Boeotorum ita locutum accepimus. [13])

VI. *Si Philippo in Macedonia desidente, Elateam Atheniensis exercitus haberet, neque vobis ullum cum rege foederis aut amicitiae jus esset: tamen dubitare non debeo, quin illius societatem essetis optaturi. Quis enim illum, tanta potentia, tantisque rebus gestis, civitati fama quam viribus validiori non praeponeret? Nunc autem, cum illo, qui victricibus copiis velut vestibulum urbis vestrae obtinet, socio atque amico utamini; ab Atheniensibus multis veteribus atque novis injuriis affecti sitis: horum amicitiam, neglecto rege, vobis suadere, profecto contumelia est, Thebani.* [1]) *Sed superbissimi mortalium sibi solis ingenium consiliumque superesse autumant; reliquos, et inprimis Boeotos, (vobis enim prae ceteris insultant) ineptos et rudes esse, nec quae utilia honestaque factu sint, dignoscere. Itaque, quo nihil est dementius, id se vobis persuasuros putant, ut ex ipsorum potius arbitrio, quam utilitate vestra, hostes atque amicos habeatis; verbis confisi, in quibus omnis ipsorum vis est. Sed verba nemo sanus ante facta habuit, praesertim in bello; ubi res manu geritur, linguae promtitudo su-*

---

[12]) Congruentia tempori disserere, einen den Umständen angemessenen Vortrag halten.

[13]) Quanta belli moles: quam grave bellum; opinio, Ruf; exolescere, verschwinden; diversae factionis machinationes praevertere, den Ränken der Gegenpartei zuvorkommen.

Inh. Rede des vom Philipp an die Böotier abgeschickten Pythons.

[1]) Desideo, ruhig seyn und bleiben; habere, besetzt halten; societas, Verbindung; fama — validiori, welcher mehr dem Rufe nach, als durch seine Streitkräfte mächtig; victrix, siegreich; vestibulum, Eingang; veteribus atque novis injuriis aliquem afficere, in alten und neuen Zeiten Jem. unaufhörlich beleidigen.

*pervacanea est. Ut sibi disserti videantur: virtus et fortuna Philippi, tantis suis sociorumque viribus subnixa, plus poterit. Nec enim facile dixerim, stolidior an impudentior sit eorum postulatio.* ²) Intentatum Atticae fulmen excipite, Thebani: socio atque amico regi bellum cum exitio vestro facite, ut nos in tuto simus: vestros agros, vestra corpora objicite, ne injuriarum suarum vindictam ab Atheniensibus Philippus exigat. *Haeccine sunt postulata hominum, qui aut ipsi sano judicio utantur, aut alios uti credant? Qui modo nullam premendi vos occasionem praetermiserunt; qui vos contumeliis, injuriis, armis, quantum potuerunt, persecuti, vestras clades atque pericula felicitatem suam rati sunt: ii nunc a vobis petere audent, ut cum ipsis malitis, quam cum Philippo vincere.* ³) *At iste hospes et alumnus vester, educatus in contubernio Epaminondae, clarissimi imperatoris sanctissimique viri, cum ipsius moribus a tenera aetate caritatem urbis vestrae imbibit: vestras et Apollinis injurias Phocensi bello ultus est, cum Athenienses odio vestri sacrilegis auxilia mitterent: iterum communi Amphictyonum decreto exoratus, ejusdem numinis contumeliam in Locros vindicavit: huc quoque profectus est, ut vestris commodis consuleret, non abscessurus, donec vos metu aemulae inimicaeque civitatis solverit. Id sive communibus consiliis viribusque lubet exsequi; non vetat, quominus in praedae verius quam belli societatem veniatis: sive quiescitis, transitum concedite; ipse communium injuriarum idoneus ultor erit.* ⁴) *Neque minus ad vos redibit emolumentum victoriae: greges, armenta, mancipia, quae ex hostibus capientur, maxima ex parte penes vos, ut vicinos, erunt:*

---

²) Consilium, Klugheit; ex arbitrio, nach Gutbefinden; verbis: eloquentia; ante facta habuit, factis praetulit, praeposuit; ubi etc., wo es auf die Faust ankommt; ut, gesetzt daß, angenommen, daß, o. mögen; sibi videri, sich einbilden; subnixa: adjuta, confisa; nec — dixerim, denn ich möchte nicht gern entscheiden, ob ihre Forderung mehr Unvernunft oder Unverschämtheit verräth.

³) Fulmen, Atticae intentatum excipere, den Blitz, der A. bedroht, abhalten; objicere, preisgeben; injuriarum suarum vindictam ab aliquo exigere, sich seiner erlittenen Unbilden halber an Jem. rächen.

⁴) Cum ipsius moribus, — der schlaue Philipp hatte keine Tugend mit dem Epaminondas gemein, als dessen Tapferkeit; imbibere, einsaugen; aliquid in aliquem vindicare, etwas an Jem. ahnden; aemulus, eifersüchtig; consilium, Rath, Berathschlagung; lubet, sc. vobis: cupitis, vultis; in alicujus societatem venire, an etwas Theil nehmen; quiescere, ruhig bleiben, sich ruhig verhalten.

*inde Phocensis belli damna sarcietis. Id magis ex usu vestro sit, an vestros agros uri, vestra oppida expugnari, incendi, diripi, vestras denique res agi ferrique, quod Athenienses optant, expendite. Nam iracunda res est suspectus immerito candor, quoque pronior benevolentia fuerit, acrioribus stimulis in vindictam agitur. Ceterum haec ita refero, non quo vobis ingratitudinem exprobrem, de qua nihil vereor; nec ut formidinem incutiam, qua nihil opus futurum existimo: sed ut Philippi in vos beneficia, et vicissim in illum vestra, cogitantes, admoneamini, ea demum firma atque perpetua esse foedera, quae servari utriusque intersit.* [5]) *Quod si majora sunt illius merita, vobis curae erit, ut mutuo in illum animo sitis: ille maximum laborum praemium putat, subvenisse Graeciae, pro cujus salute atque dignitate perpetua cum barbaris bella gerit. Atque utinam illum Atheniensium furor ingenio suo uti passus esset: jam in Asia audiretis arma ipsius esse, quae nunc coërcendis improborum motibus, invitus per Graeciam circumferre cogitur. Poterat quidem amicis Atheniensibus uti, nisi huic Demostheni, atque aliis quibusdam, qui imperitam multitudinem, ut expositum ventis mare, orationum suarum aura, quo volunt, impellunt, vectigalem se facere indignum, usuque et exemplo foedum existimasset. Quippe si apud illos honestati pretium esset, gratuito boni forent. Quibus honesta vendere mos est, si eadem flagitii merces detur, utilia a noxiis, recta ab inhonestis non distinguunt: lucro, non affectu virtutis aut patriae, neque Deorum hominumve reverentia ducuntur.* [6]) *Nolite honesti aliquid aut egregii exspectare ab his hominibus: vestris utilitatibus non moventur,*

---

[5]) Emolumentum ad te redibit, die Vortheile werden dir zufließen; penes vos esse, euer Eigenthum seyn, euch bleiben; vestras denique res (sc. greges etc.) agere, ferreque, eure Habe nehmen und fortführen; nam etc., denn die ohne Verschulden verdächtige Ehrlichkeit wird leicht zum Zorne aufgereizt, und je bereitwilliger die Zuneigung war, desto heftiger wird sie zur Rache angetrieben; referre, anführen, vortragen.

[6]) Mutuo animo in aliquem esse, gleiche Gesinnungen gegen Jem. hegen; labor, Anstrengung; nisi, etc. const.: nisi indignum, usuque et exemplo foedum existimasset, se huic Demostheni atque aliis quibusdam vectigalem facere, qui etc.; vectigalis, zinsbar; orationem suarum aura, durch ihre windige Reden; usu et exemplo foedum, ein schändliches Verfahren und Beispiel; honestas, Ehre; si — detur, sobald eine Schandthat gleichen Lohn erhält; lucro, non affectu virtutis duci, von der Gewinnsucht, nicht von der Liebe zur Tugend geleitet werden.

*qui patriae tam male consulunt. Implicare vos volunt iisdem calamitatibus, ex quibus modo Macedonum virtute atque fide liberati estis; tantoque majoribus, quanto formidabilior hostis futurus esset Philippus, quam Philomelus, aut Onomarchus fuere. Nam in precario imperio etiam boni ducis conatus haud minus cives quam hostes praepediunt: regum jussis nemo intercedit, nemo refragatur: unius arbitrio cuncti reguntur. In quo quantum in rebus bellicis momentum sit, non ignoratis. Nec jam in uno corpore Macedonibus id praesidium est. Philippum etsi fatum auferret, Alexander regenerat, qui jam in adolescenti hac aetate, ea animi ingeniique documenta edidit, ut prope constet, summis imperatoribus parem esse futurum.*[7]) *Contra apud Athenienses pacis bellique arbitrium, quia penes omnes est, velut in medio positum audacissimus quisque ad se trahit: impetu magis, quam consilio, cuncta aguntur: homines maligni suadent, imperiti decernunt: bellum sumitur animosius, quam geritur: foedera haud minori facilitate, quam junxere, violant. Nam et cum Philippo foedus ipsis est: quod quam sancte servent, re ipsa declarant. Nec enim pro se fidem violasse satis habent, nisi per ipsos latius serpat ista contagio.* [8]) *Vestra autem constantia, Thebani, qua non minus, quam rebus fortiter feliciterque gestis, magni clarique habemini, non sinit ambigere, quin multis experimentis cognitam regis amicitiam, semper infestae aemulaeque civitati praelaturi sitis. Neque vero averruncator malorum Hercules siverit, ut quem indigenam civemque Deum praecipua religione colitis, ejus sanguinem impio injustoque bello persequamini. Nam ceteros quidem socios, quam amicitiae regiae non poeniteat, ex ipsis vos malo cognoscere.* Haec Python. Auditi dein sociorum legati, prolixe commendato regis animo, petiverunt, *ut ipsum potius*

---

[7]) Philomelus und Onomachus, zwei Brüder und Feldherrn der Phokier im heiligen Kriege; in precario imperio, bei einem erbettelten Oberbefehle; praepedire: impedire; interdicere et refragari, widersprechen und sich widersetzen; in quo etc., wie wichtig dieses u. s. w.; in uno corpore esse, auf einer Person beruhen; Alexander regenerat, so lebt er (Philipp) im Alex. wieder auf; constat, es ist außer Zweifel, gewiß.

[8]) Contra — ad se trahit, bei den Athenern hingegen, da die Wahl über Krieg und Frieden vom ganzen Volke abhängt, reißt immer der Kühnste die Entscheidung darüber als eine preisgegebene Sache an sich; impetus, Ungestüm; agere, betreiben, abthun, abhandeln; sumere: inchoare, suscipere; haud minore facilitate, eben so leicht; latius serpere, sich weiter verbreiten.

*Graeciae vindicem, quam perturbatores ejus Athenienses, sequerentur.* [9])

VII. At Demosthenes, facta dicendi potestate, *Non ignorabam*, inquit, *istos Philippi mercenarios neque laudibus in ipsum, neque in nos conviciis, esse temperaturos. Nam qui pudorem consumserunt, quid loquantur aut faciant parum pensi habent, dum cupitis potiantur. Sed illi quidem, si bene vos novi, Thebani, spe sua egregie falsi, dignum virtute vestra Graecorumque moribus responsum ad Macedonem referent: vos autem ad ea, quae nunc agenda sunt, animum diligenter advertite. Nam vestrorum quoque negotiorum summam nunc agi, ipsis rerum argumentis ostendemus, non verborum praestigiis, quibus isti vereri se dicunt, ne capiamini. Sed quando sic pro vobis sunt solliciti, ponant metum: nihil faciemus, quo eloquentiores videamur. Malam quandoque causam adjuvit facundia: ubi nudam veritatem spectari dicentis interest, verba nemo prudens appendit.* [1]) *Nec de Philippo laboramus: sit sane per nos, qualem isti fingunt: sit etiam pulcher, eloquens, atque adeo in conviviis etiam hilaris. Nam et hinc eum commendavere quidam: adeo inanem verae gloriae fatebantur. Ceterum legatos ejus miror ea civitati nostrae coram vobis objecisse, quae si crimina sunt, non magis Atheniensibus, quam Thebanis, defendenda esse, in confesso est. Popularis enim status incommoda exagitant: quae licet non ignoremus utrique, tamen regio dominatui merito praeferimus. Atqui illi sic locuti sunt, tanquam in circulis et conviviis Macedonum adulatione gratiam quaererent; non apud liberam civitatem officio legatorum fungerentur.* [2]) *Scimus*

---

[9]) Averruncator, Abwender, — ein barbarisches Wort, st. qui avertit; praecipua religione colere, vorzüglich verehren; ejus sanguinem: progeniem; animus, Gesinnung, Denkungsart; vindex, Befreier.

Inh. Rede des athenienisischen Gesandten Demosthenes an dieselben.

[1]) Laudes, Lobeserhebungen; pudorem consumere, alle Scham verlieren; parum pensi habere, es gleichviel achten, sich wenig darum bekümmern; potiantur: ut potiantur, quod volunt, daß sie ihre Absicht erreichen; spe egregie falsum esse, sich in der Hoffnung besonders getäuscht sehen; mores, Charakter; negotiorum vestrorum summa agitur, es handelt sich um das Wesentlichste (Wohl) eurer Angelegenheiten; ipsis rerum argumentis, durch Gründe, die aus der Sache selbst hergenommen sind; capere, hintergehen, umstricken; causa, Sache; pendere, abwägen.

[2]) Hinc, hierdurch, von dieser Seite; in confesso est: manifestum, certum est; popularis status incommoda exagitare,

*quidem regum regiorumque mancipiorum adversus gentes urbesque liberas pertinacia odia; et simpliciter fecerunt isti, qui detegunt: sed eo magis annitendum nobis est, Thebani, ut jura legesque nostras tueamur. Et optandum inprimis esset, ut, qui rempublicam attigerunt, iis unum idemque pulcherrimum certamen foret, quinam rectius civitati suae consulerent, aut consulta exsequerentur: nemo communia commoda posthaberet privatis; nemo acciperet munera; nemo istorum exemplo patriam Philippo proderet.* [3]) *Verum, Thebani, nulli unquam non civitati modo, sed etiam homini, integra perfectaque felicitas obtigit: beatissimus habetur, cujus fortuna minimum ex adverso trahit. Malos autem nobis cives esse, neminem fugit: ne vos quidem caruistis, aut caretis, Thebani: nam sine eo esset, non jam Elateae Philippus libertati nostrae plagas tenderet, sed de regno Macedoniae nobiscum decertaret. Habemus tamen et bonos; eosque plures malis, et potiores. Argumentum poscis? liberi sumus: non servimus Philippo, sicut tu, Python, Byzantios tuos servire voluisti; tu autem, Daoche, et tu, Thrasidaee, Thessalos regi vendidistis. Thessaliam enim servitute Philippi premi videtis, Thebani, et nisi fallor, juxta nobiscum ingemiscitis: Byzantium, quantum in Pythone fuit, idem manebat exitium, quod Olynthus perpessa est: nos liberavimus.* [4]) *Quippe Graecam civitatem, cum maxime sociam atque foederatam, ille religiosus atque venerabilis assertor Graeciae nec opinantem opprimere aggressus fuerat. Haec est nimirum praeclara ipsius prudentia. Calliditatem pro ingenio habet: perjurium artem putat: perfidia tanquam virtute utitur. Aut dicat denique, quo alio pacto formidabilem illam potentiam nactus est, si Graecos fraudibus, insidiis, proditione non cepit; si barbaros etiam non auro magis, quam ferro, vicit; si denique cuiquam mortalium aut fidem dare gravatus est, aut datam fallere non sustinuit. Istis tamen ille Graeciae vindex, nos perturbatores sumus!* [5]) *Sed quid istos pudeat, qui sua crimina nobis objectare malunt, quam non admo-*

---

die Ungemächlichkeiten einer Volksregierung beißend tadeln (durchhecheln); quaererent: sibi conciliarent.

[3]) Odia, sc. esse; simpliciter, einfältig; detegunt, sc. regum odia; tueri, zu behaupten suchen; rempublicam attingere, an der Verwaltung des Staates Antheil nehmen; rectius: melius; consulta, das Beschlossene.

[4]) Integer, ununterbrochen; plagas libertati tendere, Netze der F. legen; quantum etc., wäre es dem Python nachgegangen.

[5]) Foederatam, sc. Graecorum; religiosus assertor, gewiss-

*nere vos eorum, quorum ipsi manifesti sunt? Si quis captorum munerum aut proditionis reus esset, illum tuendo, propugnando, legibus et poenis eripiendo, vestrum negotium ageretis: nunc alios accusando, in vos sententiam dicitis. Quod si ignari, quorsum ea res pertineret, id admisistis, prudentiam in vobis requiro; si scientes prudentesque, verecundiam. Pro mea, quique in eadem mecum causa sunt, innocentia suffecerit, quod nos a Philippo nihil accepisse ipsi fatemini. Nec enim, si quid petivissemus, vacuos abire passus esset liberalissimus rex, ut a vobis quidem praedicatur. An qui vos corrupisse operae pretium putavit, nobis, etiam petentibus, non largiretur? At Thebanos modo monuistis, ne consilium eorum sequerentur, qui patriae male consuluerunt. Ego vero desino adversari illis, Thebani, si ita sentiunt: in ipsorum opinionem transeo, vosque, quanto maximo potest opere, hortor, oro, obsecro, perque vestram et communem Graeciae salutem obtestor, ut hoc ipsorum decretum amplectamini. Id si feceritis, neque pecorum atque armentorum gratia vos ipsos venire patiemini; neque ut ergastulis ager vester frequentetur, inter cetera Philippi mancipia Paeonibus et Triballis servietis.* [6]) *Nam isti greges et mancipia intueri vos jubent, egregia servitutis praemia: uxores, liberos, parentes, libertatem, famam, fidem denique et fas Graecorum vilia habere. Haec enim profecto perdidistis, Thebani, nisi fraudi violentiaeque Philippi una nobiscum resistitis. Quod si alienis laboribus tutos vos fore persuasum habetis, vereor ne magnopere decipiamini. Etenim (quod abominor) Philippo victore, cui dubium est, quin neque vos, neque quisquam Graecorum libertatem tueri possitis, (nam in fide Philippi multum reponere, eorum est, qui perire velint;) at si nos Victoria respexerit, quid ab hominibus, quos in extremo salutis atque dignitatis discrimine deserueritis, exspectandum vobis putetis, considerate. Nam quaecunque vobis sententia sederit, Atheniensibus certe*

---

ſenhafter Erretter, Befreier; non sustinere: non dubitare, kein Bedenken tragen.

[6]) Manifestum esse, offenbar ſchuldig ſeyn; munera capere: accipere; propugnare, vertheidigen; vestrum n. agere, eure Sache führen, vertheidigen, betreiben; in vos sententiam dicere, euch ſelbſt das Urtheil ſprechen; pertinere, zielen; requiro: desidero; prudenter, mit Einſicht; pro mea etc., hinſichtlich meiner Unſchuld, und der Unſchuld aller Jener, welche ſich mit mir in einem gleichen Falle befinden, dürfte es hinreichend ſeyn, wie ihr ſelbſt geſtehet, daß u. ſ. w.; in opinionem transire, der Meinung beitreten; quantum — opere, auf's Dringendſte.

*omnia experiri, neque libertatem prius, quam vitam, amittere decretum est.* 7) *Quamquam etiam viribus non diffidimus: quibus si vestras sociatis, conjuncti utique superiores erimus hosti, cui singuli pares esse possumus. Non ignoramus potentiam ejus Athenienses, quam olim nascentem augescentemque praevidimus; et, si ceteris Graecorum eadem mens fuisset, praecaveramus. Diu enim bellum cum eo gessimus, non de Amphipoli, aut Haloneso, ut plerisque credebatur; sed pro salute et libertate Graeciae: donec destituti ab omnibus, a nonnullis etiam oppugnati, pacem necessariam magis quam honestam fecimus. Sed nunc, opinor, praeses arcis nostrae Minerva, et Apollo Pythius, patrium nobis numen, ceterique Graecorum Dii aperuerunt oculos, et in vindictam avitae libertatis populorum suorum animos excitant. Certe Herculem non sine indignatione verba legatorum audivisse arbitror, Philippo stirpem ab illo Deo repetentium. Ille enim agnoscat Deus, omnium religionum contemtorem; Graecus, Macedonem; tyrannum, osor, punitor, exstirpator tyrannidis! Nullo enim alio argumento clariora sunt Herculis opera.* 8) *At ille Graeciam dominatu premit; quibusdam etiam civitatibus domesticos tyrannos imposuit, Philistidem Oreo, Hipparchum Eretriae, Chalcidi Taurosthenem. Ergo jam Euboei, Achaei, Corinthii, Megarenses, Leucadii, Corcyraei nobis favent: alii fortunam spectant, quae hactenus unicum Macedonicae potentiae vinculum fuit, quo leviter abrupto, ultro dilabetur. Quippe Thessali, unde Philippo robur equitatus est, neminem unquam diu fovere: Illyrii ceterique Macedoniam accolentes barbari, quorum et natura ferox est animus, et indignatione recentis servitii irritatus, si principia belli Philippo sequius evenerint, reliqua pro nobis conficient.* 9) *Vos modo nobiscum acriter in hanc curam incumbite, se-*

---

7) Vilia habere, sc. jubent; violentia, Gewaltthätigkeit; cui dubium est: quis dubitat; in alicujus fide multum reponere, auf Jem. Wort viel bauen; respexerit: nobis faverit; sententia mihi sedet, ich bin fest entschlossen, der festen Meinung.

8) Quibus si: et si his; mens, Gesinnung; plerisque: a plerisque; aperuerunt, sc. nobis; in vindictam avitae libertatis, zur Rettung der angestammten (uralten) Freiheit; repetere, herleiten; ille enim — agnoscat, denn sollte jener Gott — erkennen; Graecus, Macedonem, er, als ein Grieche, einen Macedonier.

9) Ergo, daher; quo — dilabetur, welche (Macht), sobald dieses sich nur ein wenig auflöst, von selbst zu Grunde gehen wird; principia belli sequius evenerint, wenn der Anfang des Krieges sich etwas schlecht zeigen sollte.

*positis interim contentionibus, quas inter vicinas urbes saepe levis occasio concitat. Odia privata, post rem bene gestam, communis laetitia in benevolentiam vertet; aut cum porro insanire vacabit, cum dedecore forte damnoque utrorumque, sed tamen citra exitium, resumentur. Neque dolos Philippi timueritis: modo promissis ejus aures occludite, manus continete a muneribus. Si nihil ante libertatem habueritis, calliditas et largitiones frustra erunt. Potentiam ut discordiae Graecorum extulerunt, ita consensus obruet. Quin et ipse, ut est temerarius, excipi potest: quod si accidat, nihil a ceteris est periculi. Nam ipse gloriam atque dominationem; qui sub eo sunt, quietem expetunt. Nisi forte Alexandrum veremini: quoniam isti quidem ita vos contemnunt, ut idoneos putent, quibus etiam pueri nomen formidinem possit incutere.* [10])

VIII. Crederes, alios repente factos Thebanos: qui modo regios legatos attente, atque etiam cum assensu audiverant, adeo in contrarium mutati sunt, ut Philippum hostem judicarent, ni quamprimum suis sociorumque finibus decederet: Macedoniae factionis homines urbe pellerent, et Atheniensium copias eo reciperent. At Philippus, inopinata Thebanorum defectione turbatus magis, quam territus, insistere destinatis non omisit. Duobus levibus proeliis commissis, cum Athenienses successus non poeniteret, tandem utrique ad Chaeroneam, Boeotiae oppidum, totis viribus consedere. [1]) Graecos decora majorum, et cura libertatis accendebant: Philippus egregiis copiis, totque bellorum victoribus, fidebat. In se quoque non parum momenti collocabat, quod imperatoriis artibus ipse praecelleret; Graecorum celebratissimi du-

---

[10]) In hanc curam acriter incumbere, für unsere Absicht eifrige Sorge tragen; levis occasio, unbedeutender Anlaß; vacare, Zeit, Muße haben; uterque, beide Theile; resumere, erneuern, wiederholen; promissis aures occludere, taub gegen Versprechungen seyn; ante libertatem habere: libertati praeferre; potentiam, sc. ejus; extulerunt, sc. eam, emporbringen; obruere, zu Boden drücken, vernichten; temerarius, ein Waghals; excipi, im Treffen bleiben; qui sub eo sunt: qui sub eo militant; expetunt: exoptant; idoneos, sc. vos; quibus: ut vobis.

Inh. Theben verbindet sich mit Athen, und kündigt dem Philipp Krieg an; dieser demüthiget Griechenland, begnadiget die Athener, und verfährt auf's Strengste gegen Theben.

[1]) Eo: in eam; destinatis insistere, auf seinem Vorhaben bestehen; proelium leve, ein unbedeutendes Gefecht; cum etc., obgleich die Athener darin nicht unglücklich waren; totis viribus considere, sich mit der ganzen Macht lagern.

ces jam decesserant. Theagenes Thebanis praeerat, modico militiae usu, neque satis firmus adversus pecuniam: Atheniensium quoque imperatorum virtutem atque peritiam ipse animo usuque rerum longe anteibat. Sed duorum potentium populorum in unum conversae vires, quorum auctoritatem Corinthii quoque aliique sequebantur, injecerant curam, minima unius diei parte, de capite fortunisque omnibus dimicaturo. Ne Thebanorum quidem principes a pacis consiliis abhorrebant; sed Atheniensium ardor evicit, ut omnes Graeciae spes opesque unius proelii fortunae permitterentur. [2]) Alexander etiam immodicus animi testabatur patrem, ne tantam gloriae occasionem e manibus elabi sineret: eoque tandem impulso, primus in hostem impetum fecit. Pugnatum est acriter ambigua diu victoria, donec adolescens, quem cum delectis alteri cornuum praefecerat pater, summa animi viriumque contentione connixus, sacra Thebanorum cohorte, quae ex optimis constabat, loco mota, victoriae viam aperuit. Nam et Athenienses, sociorum calamitate fracti, aestuque et vulneribus fatigati, non amplius sustinuere Macedonum impetum: quippe Philippus aemulatione, et pudore, si filio adolescente deterior videretur, gravis intolerandusque incubuerat. Ita de libertate Graeciae ista pugna decretum est. Ceciderunt ex Atheniensibus amplius mille, supra duo millia capti fuere: sociorum quoque multi aut pugnando mortem occubuerunt, aut vivi venerunt in potestatem victoris. [3]) Missus post haec Athenas Alexander *veniam delictorum pacemque Atheniensibus Philippum dare* pronuntiavit; *captivos etiam gratis reddere; nec vetare, quin occisi tumularentur:* quippe rex, intentus in Persicum bellum, Graecorum fidem atque studia clementia et moderatione provocabat. Imperio tamen maris et insularum Athenienses exuit: in Thebanos immitior, quorum subita defectione in

---

[2]) Decora: praeclara facta; non parum momenti, nicht wenig Gewicht; ars, Kenntniß, Talent; decesserant: mortui erant; modico militiae usu, von nicht großer Kriegserfahrung; in unum, sc. populum; injecerant, sc. ei; minima etc., da er innerhalb einiger Stunden wegen Erhaltung seines Lebens und seines ganzen Glükkes kämpfen wollte; abhorreo, abgeneigt seyn; fortuna, Ungefähr.

[3]) Alexander etc., A. suchte seinem Vater bei seinem gränzenlosen Muthe durch Beweise darzuthun, u. s. w.; pugnatum etc., der Sieg war in diesem hitzigen Kampfe lange zweifelhaft; adolescens: Alexander; loco movere, zum Weichen bringen; calamitate fracti, durch den Verlust entmuthiget; deteriorem: inferiorem esse, superari; incubuerat, sc. in hostem, drang mit unaufhaltbarer Hitze auf den Feind ein.

summum rerum omnium discrimen se adductum fuisse meminerat; nec judicabat, veteribus sociis post beneficia sua causam fuisse contra ipsum cum Atheniensibus sentiendi. Ergo cum urbem dedidissent, praesidio Macedonum imposito, interfectisque, quos maxime invisos suspectosque habuerat, aliis solum vertere jussis, reductis suae factionis exulibus magistratus et judicia tradidit. Reliquos deinde populos, qui adversus ipsum arma ceperant, eodem victoriae impetu perdomuit. Nec quisquam tota Graecia, praeter Spartanos et Arcades, dominationis ejus expers mansit: alios armis, alios impari societate imperiis suis obnoxios habebat. 4) Igitur conventu totius Graeciae Corinthum indicto, *de bello Persis inferendo* disseruit. *Obviam eundum esse barbaris, imperium orbis immani superbia sibi destinantibus: aut parendum semper, aut mature resistendum esse. Nec enim hoc agi, bellum an pacem habeant Graeci; sed utrum in hostiles agros id transferre malint, an domi accipere. Non veteres tantum injurias vindicandas esse; sed praesens dedecus amoliendum, ereptis ex Persarum servitute Graecis civitatibus, quae Asiam incolerent. Commodissime id fieri posse, dum compositis in Graecia rebus, universas vires in transmarinum bellum convertere liberum esset. Domesticae etiam quieti ea ratione prospectum iri, amotis occupatisque longinqua militia, qui otiosi discordiis et audacia res turbare consuevissent. Constituerent igitur, quo imperatore, quibusque copiis bellum istud administrandum videretur.* Non fallebat plerosque, quantum e republica peteretur: sed armis amissam libertatem intempestivum videbatur verbis repetere. Nihil ergo dubitatum est, quin faustis acclamationibus *Philippus imperator Graeciae ad liberandum orbem terrarum in Asiam proficisci* juberetur. 5) Descriptae deinde singulorum opes; et quantum quisque militum, frumentique et pecuniae mitteret, in tabulas relatum est. Ducenta peditum, quindecim equitum millia promissa

---

4) Studia, Zuneigung; provocare, i. e. sibi conciliare studere; exuit: ademit, privavit; contra aliquem sentire, Partei ergreifen, feindselig gegen Jem. handeln; solum vertere: urbe excedere, patria expelli, ejici; reliquos populos, sc. Graeciae; imperiis suis obnoxios habere: sibi subjicere.

5) Disseruit, sc. in eo conventu; hoc agitur, es handelt sich darum; amoliri, abwälzen, entfernen, beseitigen; compositis in Graecia rebus, da Alles in Griechenland beigelegt, beruhigt sey; dum liberum esset, da man jetzt ungebundene Hände habe, o. ungehindert sey; amotis etc., da Diejenigen durch den langwierigen Krieg entfernt und beschäftigt würden, welche u. s. w.; e republica: e, st. a.

fuisse reperio; cum in eo numero neque Macedones, neque parentes Macedonibus barbari censerentur. [6])

IX. Ceterum, ut sine mixtura calamitatis nulla in rebus humanis felicitas est, res foris prosperas domesticae turbae exceperunt. Animum conjugis, olim, ut diximus, alieniorem, Olympias morositate et arrogantia in dies magis magisque avertebat. Inde *repudiatam* nonnulli tradunt: ego in eodem matrimonio manenti Cleopatram superinductam comperio. Nec enim Alexander in tanto dedecore dulcissimae matris, cujus pudor ad ipsum quoque pertineret, (nam *ob stupri suspitionem expulsam* addunt) interfuisset novercae nuptiis: interfuit autem, et demum post contentionem, quae in eo convivio exarserat, matrem abduxit. Quippe cum avunculus sponsae Attalus, post longam compotationem spem male tegens, *orandos Macedonibus Deos diceret, ut ex nova nupta legitimum regni successorem Philippus tolleret:* Alexander, in iram alioqui praeceps, et tunc injuria irritatior, *nos ergo, sceleste, spurii tibi videmur?* inquit: simul calicem, quem forte dextra tenebat, in os illius impegit; ille quoque invicem conjecit poculum. [1]) Exorto tumultu, Philippus, qui in alio lecto accubuerat, ejus diei laetitiam turbari moleste ferens, ense stricto Alexandrum petit: occideretque filium, nisi claudicantem ex vulnere pridem accepto gressum ira vinumque praepedivissent. Prolapsus amicis subita re exterritis spatium dedit, ut precibus, et utrisque medios interponendo, Alexandrum eriperent. Nec minoris operae fuit illum exorare, ut salvus esse vellet. Multiplici injuria affectus sibi videbatur; et quamquam *patris regisque* nomina, *naturaeque et gentium decreta* ingererentur, non abstinuit, quin insultans Philippo juberet *intueri Macedonas egregium transmittendi in Asiam belli auctorem, qui ex*

---

[6]) Singulorum: populorum; in tabulas referre, einschreiben, verzeichnen.

Inh. Uneinigkeiten in Philipps Familie. Alexander, dem Philipp nach dem Leben strebt, muß sich mit seiner Mutter Olympias flüchten. Philipp wird ermordet. Der Verdacht hievon fällt auf die Olympias und den Alexander. Olympias Grausamkeiten.

[1]) Res foris etc., so folgten auf Philipps auswärtige glückliche Thaten (Siege) häusliche Unruhen; morositas, üble Laune; avertere, abwendig machen; repudiatam, sc. Olympiadem; ego etc., ich aber weiß es gewiß, daß Philipp neben ihr die Kleopatra zur Gemahlinn genommen hat; pudor, Schande; expellere, verstoßen; nupta: conjux; tolleret: acciperet; nos: ego; in os impingere, in's Gesicht werfen.

*lecto in lectum transiliens procidisset.* [2]) Inde sibi matrique juxta timens, in Epiro, cui frater Olympiadis praeerat, eam reliquit: ipse ad Illyriorum regem profectus est. Postea quoque, cum reconciliatore Demarato Corinthio in Macedoniam reversi essent, pervicacis ingenii mulier filium, suopte ingenio potentiae anxium, incitare non destitit, *ut, quos posset, humanitate aut pecunia in amicitiam illiceret, et adversus iracundiam patris etiam affinitate potentium hominum se muniret.* Sane olim monuerat Philippus, ut affabilitate sibi conciliaret hominum studia; largitiones autem non usque quaque probaverat; etiam per literas increpito instituto ejus, *quod benevolentiam auderet sperare ab hominibus, quos muneribus corrupisset. Falli, qui regium id putaret: ministri et diribitoris officium esse.* Verum cum ipse *pecuniae omnia penetrabilia* jactaret, eaque haud minus saepe, quam armis uteretur, non tam recta praecipiendi studio ita scripsisse visus est, quam metu, ne ab adolescente filio suis artibus oppugnaretur. Idem objurgavit Alexandrum, quod Pexodori filiam, quam Aridaeo destinaverat pater, ambivisset, *degenerem, et fortuna, in cujus spem educaretur, indignum* appellando, *qui Carem barbarum, barbaroque regi subjectum, socerum optaret.* [3]) Sed ipse, ut potentiam suam firmaret, nullam conditionem aspernatus erat, quin ex asperrima barbarie Illyrias Geticasque mulieres matrimonio jungeret: quamquam ex aliis etiam uxoribus pellicibusque complures liberos suscepisset. Quod cum Alexandro molestum accideret, urbane adolescentem corripuit, hortatus, *ut, multos imperii aemulos habiturus, operam daret, quo omnibus melior praestantiorque, non ob Philippum patrem, sed ex suo merito, rerum potiri videretur.* Cum autem ob has similesque causas crebra inciderent jurgia, nec

---

[2]) In alio lecto accumbere, an einer andern Tafel liegen; ex st. propter; spatium: tempus, occasionem; ut etc., zwischen Beide in's Mittel zu treten, und durch Bitten den Alexander zu retten; ut salvus esse vellet, i. e. ne iterum periculo se offerret; naturaeque et gentium decreta ingerere, sc. ei, an die Grundsätze der Natur und der Völker erinnern; auctor transmittendi in Asiam belli, der den Krieg nach Asien hinüberspielen wolle.

[3]) Praeesse: regem esse; reconciliatore, unter Vermittelung; mulier pervicacis ingenii, ein starrsinniges Weib; per literas institutum alicujus increpare, schriftlich Jem. Handlungsweise laut tadeln; falli, sc. eum; diribitor, Austheiler der Täfelchen zum Votiren, b) Stimmenmäkler; studio recta praecipiendi, aus Liebe (Neigung) gute Lehren zu geben; suis artibus oppugnari, durch s. eigene Kunstgriffe bekämpft werden; ambire, bewerben.

abrupta semel benevolentia fido affectu coalesceret, ad extrema prolapsi sunt; praecipua Olympiadis violentia, in qua contumaciam sexus ingenium vastum et vehemens virili scelere in vindictam armabat.[4]) Stimulaverat ea fratrem Alexandrum, ut Philippo bellum faceret. Id ne alieno tempore excipere cogeretur, callidus rex, quamquam viribus plus poterat, firmata per novam affinitatem gratia praevenire studuit, desponsa Epirotae Alexandri germana, Cleopatra. Ad istas nuptias celebrandas finitimarum gentium reguli, Graecarumque civitatum legati frequentes Aegas convenerant. Id oppidum elegerat Philippus, non sine quodam omine eorum, quae postea accidere, nam ibi Macedonum reges sepeliri mos erat. Ferunt etiam, Apollinem Delphicum de bello Persico consulenti maturum interitum cecinisse. Sed ambiguum, ut mos oraculis, responsum Philippus ad barbarorum exitium blanda interpretatione traxerat. Alia quoque praesagia, quae tum nemo animadverterat, eventus monstravit.[5]) Erat inter custodes regii corporis Pausanias quidam, quem in solatium acceptae ab Attalo injuriae, rex in eum dignitatis gradum provexerat. Quippe Pausaniam Attalus mero onustum nefariis convivarum ludibriis exposuerat. Hujus ultionem cum a rege peteret, honorem accepit. Etenim Philippus virum spectatae in bello fortitudinis, ad hoc nuper propinqua affinitate conjunctum, punire adeo non sustinuit, ut insuper copiarum parti praefectum cum Parmenione et Amynta in Asiam praemitteret, opera ejus usurus in expeditione Persica. Pausaniam autem rogatum, *ut ipsi temporibusque reipublicae dolorem suum condonaret*, comitate alloquii et honestiore stipendio placare conatus est. Sed adolescens majorem contumeliae, quam beneficii, rationem habuit, odiumque ab auctore injuriae in negligentem ejus vindicem convertit. Cum iis etiam, quos infensos Attali domui, nec Philippo concordes esse noverat, consilia commu-

---

[4]) Ipse: Philippus; conditio, Heirath', Parthie; matrimonio jungere, heirathen, sich verehelichen; urbane, auf eine feine Art; aemulus, Mitbuhler, Mitbewerber; ex ſt. ob; nec — prolapsi sunt, und da die einmal erkaltete Liebe sich mit keiner redlichen Gesinnung vereinigte, so verfielen sie auf das Aeußerste; ingenium vastum, wüster, auch ausgebreiteter, vielumfassender Geist; scelus, Bosheit; armare: irritare.

[5]) Excipere: gerere; desponsa, sc. est a Philippo; germana, sc. soror; cecinisse: praedixisse; ut mos oraculis, wie es bei den Orakeln gewöhnlich, gebräuchlich ist; blanda interpretatione trahere — ad, durch eine für ihn schmeichelhafte Auslegung auf — hindeuten.

nicasse non praeter rationem creditum est, postquam ab Olympiade parricidae in cruce pendenti coronam auream impositam nemo dubitavit, aliaque facinora perpetrata sunt, ex quibus totius sceleris ordo causaeque haud obscure perspicerentur. [6]) Dubia adhuc luce theatrum ingens hominum multitudo impleverat, spectatura ludos, qui superiorum dierum spectacula luxu et magnificentia longe superaturi dicebantur. Inter alia, quibus divitiis illudere solent opulenti reges, et fortunae suae magnitudinem non capientes, duodecim Deorum effigies eminebant, in quibus artificum industria cum materiae dignitate certaverat. Tertiadecima Philippi thensa accesserat, nulla in re ceteris vilior. Id mortalitatis fastidium matura ultio consecuta est: et successu rerum insolescentem, seque Diis immortalibus aequantem, priusquam indebito honore frueretur, fatum occupavit. Pausanias theatrum intrare volentem observaverat: utque praemissis amicis, qui eum deduxerant, relictisque a tergo satellitibus, (nam in tanta omnium benevolentia nihil iis opus esse volebat ostendere) solus ingrediebatur; percussor improvisus adsilit, gladioque barbarico, quem sub veste habuerat, latus nihil tale exspectantis haurit. Hic fuit exitus maximi aetatis suae regum. [7]) Macedoniae regnum magnum ex inopi reddiderat: circumjectam barbariem domuerat; Graeciae imposuerat jugum: tum etiam Persico imperio imminebat. Jam auxilia Graecorum coibant: jam in Asiam transjecerant praemissi ab eo duces; cum in ipso rerum gerendarum articulo, prolixum victoriae fructum sibi pollicentem vita destituit. Ita maxima quaeque in lubrico sunt; et audacissimas spes hominum quilibet ex improviso casus eludit. Olympias, comperta morte regis, Cleopatram Attali sorore genitam ad suspendium adegit: natum ex ea paucis ante patris necem diebus puerum in aenea pelvi torruit: in clientes etiam propinquosque ejus

---

[6]) In dignitatis gradum provehere, zu einem Grade von Würde erheben; mero onustum esse, vom Weine berauscht seyn; exponere, preisgeben; hujus, sc. Attali; vir spectatae fortitudinis, ein Mann von erprobter Tapferkeit; adeo non, nicht sehr, nicht strenge; sustinuit: potuit; ut: quum; praemitteret: praemisisset; Pausaniam etc., er hat daher den Pausanias, daß er ihm und den jetzigen Umständen den Schmerz aufopfere, und suchte u. s. w.; beneficium, Gnade; praeter rationem, nicht ohne Grund; haud obscure, deutlich, offenbar.

[7]) Dubia adhuc luce, noch vor Tagesanbruch; illudere, Muthwillen treiben; capere, fassen; dignitas, Werth; tertiadecima, sc. effigies; fastigium mortalitatis, stolze Erhebung über die Sterblichen; consequi, ereilen; haurit: transfodit, transfigit.

atrocibus suppliciis saeviit, et occasione vindictae per muliebrem impotentiam crudelissime usa est. [8])

X. Sed Alexander, per cujus absentiam mater ista perpetraverat, tanquam salutare sidus componendis tantis fluctibus tempestivus affulsit. Quippe erectis in spem libertatis Graecorum animis, quos Philippus oppresserat, et tumultuantibus in vicinia barbaris, ne Macedoniae quidem tranquillae res erant. Attalus, haud spernendi exercitus praetor, ambitioso imperio mirum sibi favorem apud militum vulgus conciliaverat: principibus Macedonum propinquitate innexus, etiam Philotae sororem sibi desponderat: neque post tantas utrinque offensas inviso infestoque fides haberi poterat. [1]) Amyntas, quem fratre Perdicca genitum, data in matrimonium Cyna Philippus generum legerat, ad paterni regni successionem per Alexandri caedem adspirabat. Populi magna pars, Olympiadis tyrannidem exosa, alii rerum novarum cupidine, varie in hunc aut illum inclinabant studiis: nec deerant, qui *Alexandro Aeropi filio restituendum dicerent fastigium, quod, excluso legitimo regni haerede, Amyntas prius, deinde Philippus, vi ac fraude invasissent.* Exercitus quoque, variis ex nationibus compositus, ut cuique animus aut spes erat, discordibus consiliis et sermonibus agitabatur. [2]) Contra Alexandro novum imperium, ac subito Philippi casu nihil adversus ingruentes motus provisum erat:

---

[8]) Inops, armselig, ohnmächtig; imminere, bedrohen; in ipso rerum gerendarum articulo, gerade in dem zur Ausführung seiner Entwürfe bestimmten Zeitpunkte; eludere, spotten, täuschen; aliquem ad suspendium adigere, Jem. zwingen, sich aufzuhängen; atrocissimis in aliquem suppliciis saevire, mit den schrecklichsten Martern gegen Jem. wüthen; impotentia, Zügellosigkeit.

Inh. Häufige Uneinigkeiten und Bewegungen bis zu Alexanders Thronbesteigung. Seine damalige Gesinnungen und Absichten. Seine Rede an das Volk. Er läßt die Mörder seines Vaters auf's Schärfste bestrafen.

[1]) Per cujus absentiam: quo absente; tanquam etc., erschien noch zur rechten Zeit gleichsam als ein heilbringendes Gestirn, um diesen Sturm zu stillen; quippe etc., denn die Hoffnung zur Freiheit wurde in den Gemüthern der Griechen wieder rege; praetor: dux; militum vulgus: milites gregarios; sibi desponderat: in matrimonio habuerat; infestoque, sc. Attalo.

[2]) Ad paterni etc., suchte durch Alexanders Ermordung zum väterlichen Throne zu gelangen; fastigium: summum imperium, regnum; ut cuique etc., je nachdem eine jede Partei ihre besonderen Gesinnungen und Absichten hatte; discordibus consiliis et sermonibus agitari, in Absichten und Aeußerungen nicht übereinstimmend seyn.

et quamquam indolis haud poeniteret, aetas spernebatur. Viginti annorum adolescentem tantae rerum moli humeros subjecturum, aut, si recepisset, parem futurum, non arbitrabantur. Etiam nervus gerendarum rerum pecunia defecerat; qua abundantes Persae in omnem fere Graeciam corruptores miserant: et, ne quid malis deesset, Macedoniae maritima Tusci piratae depraedabantur. Convocatis amicis, cum de praesenti rerum statu deliberatio instituta esset, non defuerunt, qui censerent, *omissa Graeciae cura, quanta posset lenitate deficientes barbaros in officio continendos esse: postquam intestini motus consedissent, longinqua facilius compositurum.* [3]) Verum adolescens insigni animi magnitudine, cauta consilia pro ignavis fastidiebat. *Perpetuo omnium contemtui obnoxium fore, si in principio regni impune se sperni pateretur. Ad omnem deinceps vitam pertinere, qualem de se opinionem in animis hominum incipiens imperator excitet. Philippi necem haud magis sibi, quam rebellibus, inexspectatam accidisse: trepidantes adhuc, et consilii incertos, nullo negotio opprimi posse: per Macedonum cunctationem erigi seditionis auctores; et qui nunc etiam nutarent animis, tumultuantibus accessuros. Ita contra paratos confirmatosque anceps discrimen subeundum: nunc celeritatis magis, quam virium, certamen esse.* [4]) *Quod si adversus singulos audacia non esset; quid deinde futurum, si metum confesso omnes uno impetu superfunderentur?* His deinde congruentia ad populum locutus, adjecit, *effecturum se, ut cives hostesque fateri cogerentur, erepto patre corpus nomenque regis mutatum esse, consilium animumque non desiderari. Eam rerum conversionem nonnullos occasionem tu-*

---

[3]) Alexandro: ab Alexandro; subito casu: subita nece; motus, Bewegung, Aufstand; non poeniteret, sc. Macedones, zufrieden seyn, nicht mißfallen; tantae rerum moli humeros subjicere, sich einer so großen Regierungslast unterziehen, o. eine so große R. über sich nehmen; nervus r. gerend., die Seele, Hauptsache zu allen Unternehmungen, Thatsachen; et nequid etc., und damit das Uebel vollkommen werde; maritima: loca; curam Graecis omittere, die Sorge in Bezug auf Griechenland fahren lassen; considere, sich legen, nachlassen; longinqua: externa, longe remota.

[4]) Insigni animi magnitudine, bei s. außerordentlichen großen Muthe; pertinere, sich erstrecken; nullo negotio: facile; erigere, aufrichten, ermuntern, ermuthigen; nutare, wanken; accedere, sich dazu schlagen; paratus et confirmatus, gerüstet und muthvoll; anceps discrimen subire, sich einer zweifachen Gefahr unterziehen; nunc etc., jetzt komme es beim Kampfe mehr auf Schnelligkeit, als auf Uebermacht an.

*multuandi putavisse; sed brevi poenas daturos: modo Macedones eosdem animos, eosdem lacertos sibi commodarent, quos tanta cum ipsorum gloria, tantoque victoriae fructu, patri suo per tot annos praestitissent. Id quo promtius alacriusque facerent, omnium praeter militiae vacationem ipsis concedere.* [5]) Consilium regis fortuna comprobavit. Non segnius, quam locutus fuerat, singula aggressum felicissimus omnium exitus secutus est. Et Amyntam quidem, patefactis, quas ille struxerat, insidiis, occupavit: Attalum per Hecataeum et Parmenionem sustulit. Ex iis, quos in Philippi necem consensisse rumor arguebat, unum Alexandrum Lyncestem exemit supplicio, quod imperium suscipienti adfuisset, primusque *regem* salutasset: ceteros occidit. Ea severitate suam salutem in vindicta Philippi muniri credebat; simul aboleri famam, qua ut conscius paternae caedis notabatur. Crebrae inter eos discordiae fidem suspicioni fecerant; et questum injurias Pausaniam ad facinus confirmasse ferebatur, prolato ex Tragoedia carmine, quo Medea *pariter pellici suae, quique eam in matrimonium Jasoni tradidisset, et cujus in manum convenisset, idem exitium* minabatur. [6]) Verum ipse, cum aliquando Darii epistolae responderet, invidiam in Persas transferre conatus est: *illorum auro percussores Philippo comparatos fuisse.* Quoque magis omnem culpae suspitionem extergeret, postremo vitae tempore magnificum Philippo templum exstruere cogitaverat: id inter alia, in commentariis ejus reperta, successores neglexere. [7])

XI. Cum autem ad perficienda, quae animo agitabat, maximum in eo momentum positum arbitraretur, ut Graeciae principatum, quem Philippus comparaverat, retineret;

---

[5]) Singulos, sc. hostes; esset, sc. nobis; metum confesso: si ei, qui metum confiteretur; superfundere, darüber gießen, b) überfallen, herfallen; his etc., in gleichem Tone sprach er hierauf zu dem Volke; consilium, Klugheit; rerum conversio, Staatsveränderungen; modo Macedones etc., i. e. modo Macedones iisdem animis, eadem virium contentione se adjuvarent; quos etc., wie sie es unter s. Vater durch so viele Jahre zu ihrem so großen Ruhme und Vortheile hinsichtlich des Sieges gethan hätten; omnium etc., so sehe er ihnen alle Dienste mit Ausnahme des Kriegsdienstes nach.

[6]) Comprobavit: favit; singula: conata; salus, Sicherheit; abolere, vergessen machen, vertilgen; suspicioni fidem facere, den Verdacht glaublich machen; confirmare, ermuthigen; pellex, Nebenbuhlerinn.

[7]) Extergeo u. extergo, reinigen; postremo vitae momento, in den letzten Tagen s. Lebens; negligere, unausgeführt lassen.

raptim exercitu ducto Thessaliam improvisus irrupit. Sustulerant animos Thessalorum quidam, et insessis ad Tempe angustiis iter ex Macedonia venienti occludebant. Quippe eas regiones Olympus atque Ossa celebrati montes dirimunt: per quorum convalles Peneus amnis labitur, mira amoenitate sollemnia gentis sacrificia meritus. Laetis utrinque nemoribus obumbratus incedit; multoque cum fremitu ruenti, ex vicinis arboribus aviculàrum garritus obstrepit. [1]) Angusta semita per quinque fere millia passuum protenditur, vix onusto jumento sufficiens iter praebens, quod adversus quemcunque numerum hominum vel decem armati sepiant. Sed ille, qua minime perviae rupes existimabantur, scalarum in modum exciso montis Ossae latere, circumitu penetravit; adeoque celeritate sua cunctos exterruit, ut *omnia ei vectigalia reditusque, simul universae gentis imperium, quibus id legibus Philippus habuisset*, nullo jam repugnante decernerentur. Phthiam, quae generis sui auctorem Achillem *protulisset, immunem esse jussit: cumque heroëm expeditionis adversus Persas socium atque commilitonem eligere se* dixit. Ex Thessalia Thermopylas petiit, publicum Graeciae concilium, *Pylaicum* appellant. [2]) Ibi cum frequens per eos dies conventus esset, in locum patris Amphictyonum decreto summus Graecorum imperator creatus; *Ambraciotis ratam esse libertatem* jussit, quam nuper expulso Macedonum praesidio receperant: *ultro redditurum fuisse* dictitans, *ni paucis diebus ipsum antevertissent.* Exinde Thebis admoto exercitu, fractaque Boeotorum et Atheniensium con-

---

Inh. Alexander erobert und unterwirft sich gänzlich Thessalien, wird Oberbefehlshaber der Griechen, deren Abgeordnete er nach Korinth bestellt, wo er den Weltweisen Diogenes besucht. Darauf besiegt er die Thracier. Vorbedeutungen seiner künftigen Größe.

[1]) Cum — arbitraretur, da er aber hinsichtlich der Ausführung s. Planes der Meinung war, daß u. s. w.; maximum in eo momentum positum est, es beruht vorzüglich darauf der Ausschlag, die Entscheidung; animos tollere, den Muth erheben, beleben, o. frischen Muth schöpfen; angustias v. angustiis insidere, die engen Pässe besetzt halten; mira etc., dem die Einwohner s. außerordentlichen Annehmlichkeit wegen feierliche Opfer bringen; laetus: amoenus; incedit: profluit; vicinus, nahe.

[2]) Angusta etc., fünf Tausend Schritte weit geht (erstreckt sich) ein schmaler Fußsteig, der kaum für ein bepacktes Maulthier breit genug ist; sepire, besetzen, vertheidigen; qua, sc. parte; in modum scalarum excidere, stufenweise aushauen lassen; circumitus v. circuitus, Umweg; quibus legibus, unter welchen Bedingungen; immunem, sc. vectigalibus, tributis, steuer- abgabenfrei.

tumacia, qui populi maxime suis consiliis obstiterant, *apud Corinthum Graecorum legatos occurrere sibi* jussit. Ibi confirmato Amphictyonum decreto, communi omnium sententia, in Philippi patris locum imperator Graeciae suffectus est, et in bellum Persicum auxilia decreta. [3]) Forte in eadem urbe Diogenes degebat, qui Cynico instituto spontaneam paupertatem amplexus, liberum et sui juris animum opibus curisque praetulerat. Apricabatur ille in Craneo, Corinthi suburbio, ubi cupressorum lucus est. Eo cum Alexander videndi ejus desiderio venisset, optionemque faceret, *quae vellet, ab ipso petendi; parumper discedere* jussit regem, *ne solem interciperet.* Inopinatum responsum, hominemque, in quem in tanta sua fortuna ne beneficii quidem jus haberet, admiratus Macedo dixisse fertur, *Diogenem esse voluisse, ni Alexander esset.* Scilicet magnitudo animi, qui ex alto despiceret omnia, quorum causa reliqui mortales semetipsos cupide perdunt, non plane fallebat mentem acerrimi juvenis; sed obcoecata cupiditatibus pervidere non poterat, quanto melius esset carere supervacuis opibus, quam habere necessarias. Ex Peloponneso Delphos invisit, Apollinem de eventu belli, quod moliebatur, consulturus. Sed virgo fatidica negabat *per eos dies adiri Deum fas esse:* donec ipse eo provectus, vi corripuit virginem, et ad templum traxit. Sed cum inter eundem illa, patrium morem pertinacia regis victum reputans, exclamasset, *invictus es, fili; accipere omen* dixit, *nec alio oraculo sibi opus esse.* [4]) His rebus celeriter confectis, in regnum regressus, summo studio in vindictam spretae Macedonum majestatis incubuit. Jamque praeparatis omnibus, vere novo ex Amphipoli movens adversus liberas Thraciae gentes, decimis castris ad montem Aemum pervenit. Magna Thracum manus jugum occupaverat, transitu prohibitura regem. Castra plaustris in modum valli circumdederant, propulsuri in hostem, si vis inferretur. Alexander, barbarorum astu cognito, edixit militibus, *ut plau-*

---

[3]) Ambraciotis — jussit, er bestätigte den A. ihre Freiheit; contumaciam frangere, den Troz, die Halsstärrigkeit bemüthigen; sibi occurrere: se adire, convenire; confirmare, bestätigen.

[4]) Institutum, Gewohnheit, Grundsaz; animus sui juris, ein unabhängiges Gemüth; optionem facere, die Wahl überlassen, freistellen; intercipere, benehmen; beneficii jus habere, die Macht haben, eine Gnade zu erweisen; ex alto, von der Höhe herab, von einem erhabenen Punkte, wegen einer erhabenen Ansicht; cupiditatibus obscoecata, durch Leidenschaften verblendet; fatidicus, weissagend; patrium — victum, daß durch des Königs Starrsinn der vaterländische Gebrauch überschritten worden sey.

*stris irruentibus, diducta phalange innoxia dilabi paterentur; aut, si deprehensi essent, humi strati, clypeis arcte commissis, testudine se protegerent.* Ita hostium dolus irritus fuit. Magna plaustrorum pars per intervalla ordinum devoluta est; quae armatis incidere, clypeis impacta, suoque impetu subsilientia nihil ponderis ad obterendum habuere: omnisque illa tempestas citra noxam detonuit. [5]) Quo metu liberati Macedones, alacri clamore edito, impressionem faciunt. Procurrentes barbaros praegressi a dextro cornu sagittarii frequentibus telis incessebant. Ita sine periculo phalanx in verticem enisa, ut primum aequo loco consistere potuit, haud ambigua victoria hostem nudum aut leviter armatum disjecit. Sed eadem res, quae barbaros in proelio prodiderat, in fuga adjuvit. Armis haud sane onerati per nota loca facile dilapsi sunt. Ita desideratis ex omni numero mille quingentis, ceteros fuga abstulit: mulierum puerorumque ingenti multitudine, praedaque pro locorum conditione satis ampla, victor potitus est. Sic aperto montis Aemi transitu, in interiora Thraciae penetratum est. Lucus est in iis gentibus, quem Libero Patri dicatum prisca religione colunt. Ibi cum Alexander, barbaro ritu sacrificans, vinum aris infunderet, tanta flammae vis erupit, ut superato aedis culmine, in coelum emicare videretur. *Eosdem gloriae fines regi ostendi*, omnes credidere. Alia subinde res nuntiata prioris prodigii fidem affirmavit. [6]) In Thracibus, qui *Odrysae* appellantur, Libethrus mons et civitas est, Orphei natalibus inclyta: *ejus sacram effigiem ex cupresso fabricatam multo sudore manasse*, qui viderant, ad regem retulere. De interpretatione sollicitis Aristander exemit metum, *ad res Alexandri pertinere* asseverans, *quibus decantandis alumni filiique Musarum multum desudaturi essent.* Triballi, valida

---

[5]) In vindictam — incumbere, wegen der verachteten macedonischen Hoheit Rache nehmen; vere novo: v. ineunte; decimis castris: decem diebus; propellere, hintreiben, hinunterrollen lassen; astus: dolus, ars; clypeis impacta etc., prellten beim Anstoßen an die Schilde durch ihr heftiges Fortrollen zurück, und verloren also ihre Kraft, den Soldaten zu zerquetschen.

[6]) Frequentibus telis incessere, eine Menge Pfeile werfen, mit einem Hagel von Pfeilen empfangen; in verticem eniti, den Gipfel des Berges erklimmen; nudum, sc. armis: inermem; prodere, schaden; abstulit, i. e. ceteri fuga salutem petierunt; pro locorum conditione, nach Beschaffenheit dieser Gegenden; erumpere, hervorbrechen, in die Höhe schlagen; aedis culmen superare, sich über den Giebel des Tempels erheben; in coelum emicare, bis in den Himmel emporsteigen; subinde: deinde; res, Vorfall.

natio, trans montem Aemum colunt. In eos cum descenderet Alexander, rex gentis Syrmus in Peucen Istri insulam confugerat, expeditione Macedonis multo ante comperta; seque et quidquid aetate vel sexu invalidum erat, objecto amnis munimento tuebatur. Quippe Alexandro paucae naves erant; et in aspera praeruptaque ripa difficilis exscensio ab hoste intento validoque haud aegre impediebatur. Ita Macedones re infecta discesserunt, contenti illata paucis ante diebus clade. Nam priusquam eo processissent, alium Triballorum exercitum adorti, vix quinquaginta suorum amissis, tria hominum millia occiderant. 7)

XII. Syrmo rege nequidquam oppugnato, in Getas convertit impetum, qui in ulteriore ripa quatuor equitum, decem peditum millia instruxerant. Id periculum non tam ex usu belli sumsit, quam cupidine famae, ut *maximum Europae flumen, defendentibus ferocissimis gentibus, transivisse* gloriari posset. Igitur equitibus, quotquot capere navigia poterant, impositis, pedestrium copiarum partem lintribus, quorum ibi magna erat copia, alios utribus transduxit. Improvisa Macedonum impressione (quippe transmittentes nox, et in ripa, quam petebant, densa frumenti seges texerat) territi Getae vix primum emissi equitatus impetum tulere. 1) Ut deinde cum phalange Nicanor successit, effuso cursu urbem quatuor ferme passuum millibus a flumine distantem petiverunt: mox, instante Alexandro, avectis conjugibus liberisque, quot eorum equis eripere potuerant, ceteros reliquere victori. Eos rex Meleagro et Philippo abducendos dedit: excisaque urbe, et in ripa fluminis Jovi Herculique et ipsi Istro, qui transeunti propitius fuisset, aris consecratis, eodem die reduxit exercitum, incruenta victoria potitus. Venerunt deinde finitimarum gentium Syrmique regis oratores cum donis, quae apud ipsos in pretio habentur. Germani quoque, qui usque a fontibus Istri terras ad sinum Adriaticum spectantes habitant, legatos miserant. Nam Ister in Germania oritur: ipsi patrio vocabulo *Danubium* appellant. 2)

---

7) Civitas: oppidum; sudore manare, vom Schweiße triefen; qui viderat, ein Augenzeuge; exscensio, Aussteigen, Anlanden; haud aegre: facile.

Inh. Sein Zug gegen die Geten. Den Gesandten der Barbaren begegnet er gütig, und wird des Krieges wider sie überhoben. Illyriens Große empören sich. Hier geräth er in Gefahr, der er aber durch eine Kriegslist entgehet.

1) Nequidquam oppugnare, vergeblich angreifen; instruere, aufstellen; impressio, Angriff; tulere: sustinuere.

2) Effuso cursu, im schnellsten Laufe; equis eripere, auf den

Magnitudinem corporum animorumque alacritatem admiratus Alexander interrogavit, *quidnam omnium maxime vererentur?* putans suam potentiam formidabilem ipsis esse, eamque se confessionem expressurum. Illi, *nihil se magnopere vereri*, responderunt, *nisi forte, ne coelum in ipsos rueret: ceterum virorum fortium amicitiam plurimi facere.* Perculsus improviso responso paullum reticuit; deinde hoc unum effatus, *Germanos arrogantes esse*, foedus, ut petiere, junxit; Syrmoque et reliquis pacem dedit: satis gloriae ea expeditione partum existimans, et in Persicum bellum animo conversus, unde cum leviori discrimine longe majus operae pretium exspectabatur. Taxasse id avunculum ejus Alexandrum constat, cum paullo post bello in Italia gerendo fatigaretur: nam *inaequalem utriusque sortem questus*, *sibi cum viris pugnam evenisse* dixit, *Macedoni cum mulieribus.* [3]) Celerum regulos Thracum, quique alii ad res novandas opibus aut animis idonei videbantur, specie honoris, tanquam commilitones adversus Persas adsciscerct, abduxit; capitaque ademit factionibus, sine principibus nihil ausuris. Per Agrianos et Paeonas Macedoniam repetenti Illyriorum motus nuntiatur. Bardylis, ex carbonario multarum in eo tractu nationum rex, etiam Macedoniae gravis incubuerat; donec magno proelio a Philippo victus, atque instaurato deinde bello fractis omnino viribus, in ditionem victoris concederet. Atque ille jam obierat, vita ad nonagesimum aetatis annum producta: ceterum filius ejus Clitus, *opportunum recuperandae libertatis tempus advenisse* dictitans, *dum asperrimarum gentium armis Alexander trans Istrum attineretur*, populares ad arma capienda impulit, inita societate cum Glaucia rege Illyriorum, qui Taulantii vocantur. Autariatae, alia natio, iter facientes Macedonas aggressuri fuerant: sed Langarus, Agrianorum rex, Alexandro fidus, petiit, *ut sibi curam eam permitteret: sese domi eorum tantum negotii ipsis comparaturum, ut animum a vexandis Macedonibus ad sua tuenda conversuri essent.* [4]) Collaudatum donisque ma-

---

Pferden fortbringen; orator, Sprecher, Gesandter — mit mündlichen Aufträgen; habentur: sunt; spectantes: pertinentes, sitas.

[3]) Alacritas, Lebhaftigkeit; exprimere, abnöthigen; perculsus, betroffen; arrogantes: superbi; unde etc., von welchem sich — erwarten ließ; id, sc. cum leviore discrimine bellum contra Persas geri posset; taxare, sticheln, spöttisch bemerken.

[4]) Res novare, Neuerungen, Unruhen anfangen, erregen; specie honoris, unter dem ehrenvollen Vorwande; adsciscerct, sc. sibi; caput, Oberhaupt, Anführer; Macedoniam: in Mac.; in eo tractu: in ea regione, iis locis; rex, sc. factus; incubuerat: acri-

gnifice cultum juvenem dimisit rex; etiam sororis Cynae nuptias pollicitus, quam ex Illyria muliere susceptam Amyntae in matrimonium dederat pater. Et Agrianus quidem promissam operam praestitit; sed morbo correptum, ne pacta mercede frueretur, brevi consecuta mors praevenit. Ita cohibitis Autariatis, sine certamine Pelium perventum est, Dessaretiae oppidum, Eordaico flumini imminens. Speciem pugnam expetentium praebebant hostes, et velut manus consertari extra praesidia sua ferociter procurrerant. Sed priusquam proelium committi posset, refugerunt; licet opportuna loca, silvisque et collibus impedita praecepissent. Foedum ibi spectaculum Macedonum oculis objectum est. [5]) Tres pueri, totidemque puellae cum tribus nigris arietibus confusa strage jacebant, quos barbari sacrilego sacro Diis suis immolaverant, quo pugnaturis audaciam inspirarent. Sed vindex numen scelestis mentibus pro virtute vecordiam injecit. Rex intra moenia compulsos ducto exteriore muro intercludere statuerat; cum postridie cum magnis Taulantiorum copiis Glaucias advenit. Ita spe capiendae urbis abjecta, quomodo tuto discederet, cogitabat. Interim Philota cum jumentis castrensibus, et praesidio equitum frumentatum misso, comperit, *suos in discrimine versari*; quippe Glaucias colles campo circumdatos occupaverat, in occasionem gerendae rei intentus. Igitur adversus oppidanorum eruptionem parte exercitus in castris relicta, cum ceteris copiis impigre profectus est; territisque Illyriis, suos recepit incolumes. [6]) Ceterum iter facturo maximum periculum imminebat. Hinc flumen, inde praerupti arduique colles viam coarctabant, re-

---

ter institerat; instaurato: renovato; in deditionem concedere, unter die Botmäßigkeit kommen; asper, wild; attineo, aufhalten; tantum negotii comparare, so viel zu schaffen machen; ut animum etc., daß sie, statt die Mac. zu beunruhigen, vielmehr auf ihre eigene Vertheidigung denken würden.

[5]) Cultum: affectum; sororis Cynae nuptias: se ei sororem Cyneam conjugem daturum; imminens: adjacens; speciem etc., der Feind schien ihm eine Schlacht anzubieten; praesidium, Verschanzung, Lager; opportuna loca praecipere v. occupare, eine vortheilhafte Stellung einnehmen.

[6]) Confusa strage jacere, niedergemetzelt da liegen; sacrilegium sacrum, gräuelvolles Opfer; vindex numen, die rächende Gottheit; vecordiam injicere, wahnsinnige Feigheit beibringen, einflößen; intercludere, einschließen; spem abjicere, die H. fahren lassen, aufgeben; jumenta castrensia, Lastthiere aus dem Lager; suos, sc. Philotae equites; in occasionem etc., und auf Gelegenheit, etwas auszuführen, lauern; impigre, schnell, eilfertig; incolumes, ohne Verlust.

licto itinere, quod multis locis vix quaternos armatos caperet: montium jugis Clitus atque Glaucias sagittariorum et funditorum cohortes, magnamque gravis armaturae manum, imposuerant. Alexander, ducentis equitibus ante utrumque phalangis cornu collocatis, imperat, *ut erigerent hastas; mox signo dato versus hostes, tanquam impetum facturi, infestas protenderent, modo in dextrum, modo in sinistrum latus invicem conversi.* [7]) Suspensis eo commento hostibus, phalangem raptim progressam nunc in plures acies diducit, nunc divisam colligit; ad extremum cuneo facto, in laeva Illyriorum praesidia strenue infert. Illi, celeritate et peritia Macedonum in stuporem versi, desertis, quos tenuerant, montibus, versus urbem refugerunt. Pauci restiterant in edito colle, qua jam transierat Macedonum agmen. Iis dejectis, Alexander duobus fere millibus Agrianorum sagittariorumque locum capit, phalangi, quam flumen transmittere jusserat, praesidio futurus. Ea re conspecta, universa hostium multitudo iter ad montes arripuit, eo consilio, ut transjecta gravi armatura, extremum agmen, in quo ipse rex transiturus erat, adorirentur. [8]) Ille nihil territus, venientes fortiter excipit: simul phalanx sublato clamore, quasi iterum transmisso amne subsidio suis itura, metum incussit hosti. Nam rex, quae evenerunt, futura ratus, praeceperat, ut in adversam ripam delati statim aciem instruerent, laevum cornu, quod a flumine hostibusque propius aberat, in speciem multitudinis quantum possent explicantes. Itaque cum universum exercitum incumbere sibi putarent Taulantii, paullisper retrocesserunt. Id spatium nactus Alexander, suos raptim ad flumen ducit: quo ubi ventum est, ipse inter primos transgreditur; et cum eos, qui agmen claudebant, reversus hostis urgeret, machinis dispositis, quae trans amnem missilia spargerent, eum submovit: simul, qui jam ingressi flumen erant, e mediis aquis tela conjecere. Ita nemine desiderato ceterum iter quietum habuit. [9]) Triduum intercesserat,

---

[7]) Iter facturo, während des Marsches; quod multis etc., daß an vielen Orten kaum vier Bewaffnete in einem Gliede gehen konnten; manus: multitudo; converti, sich schwenken.

[8]) Commento suspensum esse, wegen der listigen Erfindung in Ungewißheit o. Furcht schweben; in plures acies diducere, in m. Treffen theilen; divisam, sc. phalangem; colligere, sammeln, zusammenziehen; laeva praesidia, Truppen auf der linken Seite, dem linken Flügel; inferre, angreifen, eindringen; qua, sc. parte; transire: praeterire; praesidio esse, decken, schützen; iter arripere: celeriter proficisci; gravis armatura, die schwer Bewaffneten.

[9]) Excipere, empfangen; adversa ripa, das jenseitige U.; lae-

cum *hostes, tanquam fugato Macedone, metu vacuos, passim nullo ordine tendere, neque more militari vallum fossamve pro castris habere, neque vigilias et stationes obire,* nuntiatur. Igitur assumtis sagittariis Agrianisque, et ea Macedonum militum manu, quam Perdiccas et Coenos ducebant, noctu superato flumine, celeriter ad eos contendit, reliquo exercitu sequi jusso. Nec exspectato eo, ne occasionem mora consumeret, levis armaturae militem praemittit: mox ipse cum ceteris impetu facto semisomnos et inermes magna strage afficiunt, multos vivos capiunt, reliquos conjiciunt in fugam, et ad Taulantiorum usque montes persequuntur. Clitus in ea consternatione in oppidum Pelium se recepit: deinde sive munimentis urbis, sive suorum animis diffisus, incensa urbe, in Taulantios exsulatum abiit. [10])

XIII. Interea per universam Graeciam diffusus rumor, *Alexandrum in Triballis cecidisse,* omnes Macedonicis opibus adversos in spem rerum novandarum erexit. Ea quoque in rebus humanis haud postrema calamitas est, quod, utcunque levi auctori, quae facta optamus, tam enixe creduntur, quasi veritati vim afferre possit pertinax et impatiens rationis opinio. Repertus est, qui *se inspiciente circumventum regem,* et, quominus ambigeretur, *se in ea pugna vulneratum esse,* affirmaret: id pronis auribus acceptum vulgatumque, civitati Thebanorum extremae calamitatis initium exstitit. Quippe eo nuntio exciti quidam exulum, quos a Philippo ejectos diximus, ducibus Phoenice et Prothyte, praefectos Macedonum, qui Cadmeam obtinebant, cum nulla doli suspitione extra arcem progressi essent, obtruncant: civibus ad speciosum liberandae patriae titulum strenue concurrentibus, praesidium obsident; et duplici vallo fossaque, ne commeatus aut auxilia submitti possent, circumdant. [1])

---

vum cornu etc., um den linken Flügel, welcher dem Fluße u. Feinde am nächsten stand, nach Möglichkeit auszudehnen, um desto zahlreicher zu scheinen; spatium: occasionem; instaret: vexaret; missilia (sc. tela) spargere, Wurfspieße werfen, schleudern, abschießen; e mediis — conjecere, sc. in hostem, mitten aus dem Fluße Pfeile werfen; iter quietum habere, den Marsch ruhig fortsetzen.

[10]) Metu vacuus, ohne Furcht, sorglos; passim nullo ordine tendere, ohne Ordnung bald hier, bald dort sich lagern (campiren); vigilias, stationes obire, sc. castra, dabei seyn; manus, Mannschaft, Truppen; exspectato eo, sc. reliquo exercitu; consumeret: amitteret; animus, Gesinnung.

Inh. Griechenland empört sich auf das Gerücht von Alexanders Tode. Heimliche Unterhandlungen des Demosthenes wider den Alexander. Theben wird erobert und zerstört.

[1]) Adversos: adversarios; in rebus h.: i. e. in vita hu-

Legatis deinde supplicum habitu circum civitates Graeciae missis orabant, *ne deesse vellent indigne ereptam libertatem repetentibus.* Et Demosthenes quidem veteri in Macedonas odio Athenienses permovit, ut auxilia prompte decernerent. Missa tamen non sunt, quia subito Alexandri adventu perculsis exspectanda fortunae inclinatio videbatur. Demosthenes privatis copiis Thebanos adjuvit, magnumque armorum numerum gratis subministravit: quibus perarmati, qui Philippo adimente sua amiserant, Cadmeae praesidiariis acriter institerunt. Peloponnesiorum haud invalida manus ad Isthmum convenerat. Ad quos cum Antipater, quem interim, dum abesset, Macedoniae praefecerat rex, misisset petitum, *ne contra commune Graeciae decretum cum professis Alexandri hostibus consilia miscerent;* nihilominus Thebanorum oratores admiserunt. ²) Cumque vulgus militum misericordia permoveretur, dux eorum Astylus, Arcas genere, moras nectebat, non tam incepti difficultate territus, quam per avaritiam, ut a festinantibus et necessitate anxiis majus stipendium acciperet. Decem Talenta poscebantur: ea cum Thebani non conficerent, a Macedonicae factionis hominibus oblata sunt, ut quiesceret. Ita de Arcadum auxiliis Thebanorum spes in nihilum recidit. Alias tamen ex Peloponneso copias, ne adversus Thebas militarent, pecunia Demosthenes avertit. Namque trecenta talenta a Persis accepisse dicebatur, quis ad facessendum Alexandro negotium uteretur. His ita nuntiatis; Alexander praeter Eordaeam et Elymiotin, rupesque Stymphaeas et Paryaeas rapit exercitum; septimoque post die, quam a Pelio movisset, Pellenem Thessaliae oppidum pervenit. Post sextum deinde diem in Boeotiam venit; mox Onchestum, sex circiter passuum millibus a Thebis distantem processit. ³) Inter haec Thebani majore animo,

---

mana; posterus, gering; calamitas: malum; levis auctor, ein schlechter, unbedeutender o. gehaltloser Gewährsmann; se inspiciente: in suo conspectu; pronis auribus accipere, gern, mit Vergnügen hören; praefectus, Befehlshaber; nulla doli suspicione, ohne etwas Arges zu vermuthen; ad — titulum, auf das scheinbare Vorgeben, das Vaterland zu befreien; obsidere, eingeschlossen halten (blokiren).

²) Deesse: auxilium denegare; repetere, wieder erhalten; inclinatio, Wechsel, Ausschlag, Wandelbarkeit; sua, sc. arma; haud invalida: haud exigua, parva; hostis professus, ein erklärter Feind; consilia cum aliquo miscere, die Maaßregeln mit Jem. theilen, sich berathschlagen über —, sich mit Jem. einlassen.

³) Moram nectere: rem trahere, protrahere; stipendium, Sold; conficere, zusammenbringen; quiescere, sich ruhig verhalten, nichts unternehmen; in nihilum recidere, vereitelt werden; quis st.

quam consilio, administratis rebus, omnium ignari agebant, necdum intra Pylas esse credebant Macedonum copias: ipsum vero regem adventare, adeo fidem superabat, ut *potius alium Alexandrum Aeropi filium exercitui praeesse* contenderent. Rex, ad fanum Jolai positis castris, quod ante Proetidem portam est, poenitentiae eorum locum dare constituerat; cum illi, eruptione facta, in stationes Macedonum invecti, quosdam interficiunt, alios loco pellunt, donec ad ipsa jam castra suggressos emissa regis jussu levis armatura rejecit. Postero die ad portas, quibus in Atticam euntibus iter est, promoto exercitu, ut suis in arce conclusis praesto esset, adhuc cunctabatur, et, si poeniteret, erroris veniam ostentabat. Sed quibus pax placebat, potentia exsulum, eorumque per quos revocati fuerant, opprimebantur: qui, nulla spe salutis reliqua, si Macedones urbe potirentur, patriae ruinis obrui malebant, quam illius incolumitatem suo interitu emere, et ex Boeotarchis nonnullos in consilium traxerant. [4]) Quantaque hominum vecordia fuerit, vel hinc cognosci potest, quod Alexandro postulante, *ut defectionis auctores dederent, duobus capitibus omnem civitatis noxam expiaturi*, ipsi vicissim Philotam et Antipatrum, principes amicorum regis, deposcere sint ausi, et per praeconem pronuntiare, *si qui cum magno rege et Thebanis Graecorum libertatem adversus tyrannum asserere vellent, eos apud Thebas perfugium habituros.* Nec tamen Alexandri imperio oppugnata urbs est; sed, ut Ptolemaeus tradidit, (nam quidam aliter narrant) Perdiccas, qui in ea castrorum parte curabat, quae vallo hostium, quo Cadmeam incluserant, obversa erat, non exspectato signo impetum in eos fecit: superatoque munimento, manus cum hoste conserere coepit, et Amyntam, qui cum sua cohorte juxta ipsum tendebat, ut idem auderet, exemplo permovit. Mox Alexander, suis timens, cum tota copiarum mole adfuit, et *leviter armatis perrumpere, suisque auxilio ire* jussis, ipse cum reliquis

---

quibus; praeter, vorbei; exercitum rapere, in Eilmärschen mit dem Heere ziehen.

[4]) Consilium, Klugheit; res administrare, die Angelegenheiten betreiben; poenitentiae alicujus locum dare, Jem. Gelegenheit zur Reue geben, Zeit zur Reue lassen; in aliquem invehi, Jem. angreifen, anfallen; loco pellere, zum Weichen bringen; suggressos: progressos; exercitum promovere, mit dem H. vorrücken; praesto esse: auxilio esse; poeniteret, sc. Thebanos; nulla — reliqua, da ihnen keine Hoffnung zur Rettung übrig blieb; ruinis obrui, unter den Trümmern sich begraben lassen; incolumitatem emere, die Erhaltung erkaufen.

pro vallo substitit. Acri conserto proelio, Perdiccas, dum interius vallum molitur, graviter saucius pugna effertur; et Cretensium sagittariorum multi, cum Eurybota duce suo cadunt. [5]) Thebani perculsis instant, et ad Alexandrum refugientes insequuntur. Ibi cum rex instructa phalange dispersos et turbatos hostium ordines invaderet; statim versa pugnae fortuna, tanta Thebanorum trepidatio fuit, ut ne ad portas quidem, per quas in urbem se receperant, occludendas mente competerent: simul, qui Cadmeam tenebant, in subjectos arci vicos excurrerunt. Ita nobilissima Graeciae urbs intra eundem diem oppugnata et capta est. Nullum in ea crudelitatis exemplum praetermissum constat: viros feminasque promiscua strages hausit, nec ab impuberum caede temperatum est. Phocensium Plataeensiumque et Orchomeniorum et Thespiensium ea infamia fuit, quibus olim, dum Thebana res valebat, vicinae civitatis opulentia exitiosa fuerat: Macedones ultra fas belli non saevire. Tandem, *ut caedibus abstineretur*, proclamatum est, cum jam sex hominum millia periissent: ceteris captis, ad triginta millia liberorum capitum venierunt. *Ex omni praeda quadringenta et quadraginta talenta redacta fuisse,* Clitarchus tradidit: alii, *ex pretio captivorum id pecuniae effectum.* Centum talenta, quae Thebanis Thessali dedebant, Alexander sociis accepto tulit. [6]) Pauci, quos bellum dissuasisse constabat, servitutem effugerunt: item sacerdotes, et quorum hospitio rex paterve ejus usus esset. Ex reliquis Timoclea nobilis facinoris mercedem, cum praesenti libertate, famam apud posteros tulit. Inter Thracas, qui Alexandro militabant, quidam equitum ductor post vim mulieri illatam, *ubi pretiosissima quaeque occuluisset,* minitabundus interrogabat.

---

[5]) Auctor, Rädelsführer; noxam expiare, Unglück abwenden; asserere: tueri, defendere; imperio: jussu; qui — curabat: qui ei castrorum parti praeerat; munimentum superare, die Verschanzung übersteigen; tendebat: erat; cum tota copiarum mole, mit s. ganzen Truppenmasse, mit dem gesammten Heere; pro vallo (i. e. ante) subsistere, vor dem Walle stehen bleiben; interius vallum moliri, des innern Walls sich bemächtigen.

[6]) Perculsis, sc. timore; instructa, in Schlachtordnung aufgestellt; mente ad aliquid competere, an etwas denken; in subjectos arci vicos excurrere, in die unter der Feste liegenden Straßen hervorbrechen, einen Ausfall machen; promiscua strages hausit: sine discrimine interfecti sunt, sc. viri, feminaeque; opulentia, Vermögen, Macht; redigere, zusammenbringen, sich belaufen; efficere: cogere, colligere, lösen; accepto ferre, für empfangen annehmen, als bezahlt ansehen.

Illa non tam opum, quam pudoris, damno moesta, avaritiam barbari in occasionem vindictae convertit: ostensoque puteo, in quem mundum suum conjecisse simulabat, hominem cupide eo despicientem subductis pedibus impulit; conjectisque desuper saxis, cum ex angusto profundoque loco ascensum frustra moliretur, obruit. 7) Comprehensa a turmalibus occisi, ad Alexandrum trahitur, ut interfecti ducis poenas daret. Ibi interrogante rege, *quaenam esset, et ob quod delictum adduceretur?* intrepido vultu et voce, *Theagenis*, inquit, *soror sum, ejus, qui pro libertate Graeciae Thebanorum imperator occubuit. Injuriam meam ulta, castitatis meae praedonem interemi. Cui si meo supplicio parentari jubeas, scies, honestae mulieri post extortam pudicitiam spiritu nihil vilius esse: quem utcunque expellere festinaveris, sero moriar, pudori patriaeque superstes.* 8) Alexander, cognita causa, *Thracem jure caesum* pronuntiavit; *neque sibi placere ingenuis mulieribus vim fieri:* collaudatamque *feminam, cum omnibus, qui cognatione ipsam attingerent, liberam esse* jussit; *et quo quisque vellet discedendi* potestatem fecit. Pepercit et Pindari posteris, in honorem vatis, qui proavum regis Alexandrum carminibus suis inseruerat, ipsiusque domum cremari vetuit. Non enim praesentem tantum virtutem adamavit, verum etiam memoriam magnorum virorum reverentia, et progeniem illorum beneficiis prosecutus est. Nam et postea, cum postremo proelio Darium vicisset, Crotoniatis praedae partem misit, quod Xerxis bello, ceteris Graecorum coloniis de Graecia desperantibus, Phayllo duce triremem unam ad Salaminem misissent: et Plataeenses honore donisque affecit, quia majores eorum Graecis adversus Mardonium proeliantibus agrum suum dono dederant. 9)

XIV. Hanc Thebanorum cladem multa ostenta praecesserunt. Tribus ante mensibus, quam Alexander advenisset,

---

7) Timoclea etc., von den Uebrigen erhielt Timoclea zum Lohne wegen ihrer edlen That bei ihrem Leben die Freiheit, und nach dem Tode bei der Nachwelt einen unsterblichen Ruhm; mundus, Schmuck; pedes subducere, die Füße unten wegziehen, an den Beinen ergreifen; ascensum moliri, hinaufzusteigen sich bemühen.

8) Occubuit, sc. mortem; cui parentari, i. e. umbrae ejus parentari, daß seinem Schatten ein Opfer gebracht werde; post extortam pudicitiam, nach ihrer Schändung; spiritu: vita; expellere: adimere.

9) Cognatione aliquem attingere, mit Jem. verwandt seyn; vatis: poëtae; praesentem virtutem, das Verdienst unter seinen Augen; beneficium, Gnadenbezeigung.

in fano Cereris, quae *Thesmophoros* appellatur, conspecta est araneae tela nigra, cum circa tempus Leuctricae pugnae, qua res Thebana ad summum felicitatis evecta fuit, candida comparuisset. Ad haec sub adventum Macedonum sudantes in foro statuae, eque lacu apud Onchestum tristis mugitus, et prodigioso sanguine fluens Dirce, terrere obstinatos poterant, nisi destinatos sorti suae superbia perdidisset. Quippe majorum gloriam intuentes, a quorum moribus longe recesserant, et in disparibus artibus eandem sibi fortunam polliciti, patriae ruinam acceleraverunt, cum adversus triginta peditum, tria equitum millia, eumque veteranum et toties victorem exercitum, paullo plus decem armatorum millibus opponere non essent veriti. [1]) Ceterum Alexander, urbe capta, ad consilium sociorum retulit, *quomodo ea utendum videretur*. Erant inter eos Phocenses, multique ex Boeotis, quibus antiquissimae cum Thebanis discordiae gravibus saepe damnis constiterant: neque, dum Thebae starent, aut odiis suis satisfactum, aut securitati prospectum rebantur. Horum auctoritas valuit, ut muri atque aedificia diruerentur, ager arbitrio regis inter victores divideretur. Ita nobilissimam urbem, non hominum modo clarissimorum, verum etiam Deorum natales asserentem sibi, e media Graecia una dies eripuit, postquam octingentos fere annos post oraculum de corvis, eosdem incolas habuisset. [2]) Olim enim pulsis a gente Thracum atque Pelasgorum Boeotis edita sors fuerat, *post quartam demum aetatem patrias sedes recepturi, considerent interim, quo loco corvos albos conspicati forent.* Ita cum ad Arnen Thessaliae oppidum venissent, corvis conspectis, quos pueri gypso illeverant, ibi substiterunt. Diruta urbs est ad tibiae cantum, quo modo sexagesimum ante annum Athenas Lysander deleverat. Templis tamen aliisque sacris aedificiis abstineri jussit Alexander, etiam ne quod per incuriam damnum iis daretur, sollicitus. Praeter insitam in Deos venerationem recens religio permoverat, quia militum quosdam, Cabirorum fanum, quod ante urbem

---

Inh. Vorbedeutungen zur Zerstörung dieser Stadt. Um die Perser zu bekriegen, verwilliget Alexander den Athenern den Frieden.

[1]) Intueri, vor Augen haben; in disparibus artibus, bei ihren ungleichen Eigenschaften, — nämlich in Hinsicht der Manns- und Kriegszucht; eumque etc., und jenes so oft siegreiches, aus lauter Veteranen bestehendes Heer; opponere, entgegen stellen.

[2]) Referre ad consilium sociorum, vor den Rath der B. bringen, sich mit den B. darüber berathschlagen; consistere, seyn, Statt finden; auctoritas valuit, ihre Vorstellung, ihr Vorschlag ging durch; natales, sc. locos; asserere, zueignen; eripuit: delevit.

est, spoliare aggressos, subita tempestas fulminibus et flamma coelesti consumserat. Relictae sunt etiam effigies statuaeque, Diis, vel hominibus virtute praecellentibus, per loca publica positae. [3]) Proditumque est memoriae, fuisse, qui inter consternationem captae direptaeque urbis aurum in sinus aut amicula statuarum abdiderint, idque salvum repererint, cum vigesimo post anno Cassander, Antipatri filius, Thebas instauraret. Quod quidem non tam misericordia in profugos fecisse creditur, quam ut Alexandri, quem oderat, gloriam detrectaret. Quamquam autem veterem murorum ambitum urbi restituisset; neque mores antiquos, neque fortunam reddere potuit. Nunquam postea resurrexit, ut convalesceret; sed multis subinde calamitatibus vexata, vix tenuis oppidi speciem ad memoriam nostram retinuit. [4]) Poenituisse postea ferunt Alexandrum, quod excisis Thebis velut alterum Graeciae oculum eruisset: utique postquam Cliti caedem, et Macedonum ignaviam, expeditionem in penitiores Indos pertinaciter recusantium, *iram Liberi patris* interpretatus est, *ob afflictam patriam ejusmodi poenas repetentis.* Et reperti sunt, qui ipsam regis mortem, non sine vindicta Bacchi, ab ebrietate et vino profectam crederent. His ita perpetratis, Athenas misit, nuntiatum, *ut oratores, qui populum adversus Macedonas concitare non desinerent, traderentur; aut si illos amittere gravarentur, eadem contumaciae praemia exspectarent, quorum exemplum in Thebanorum calamitate conspicerent.* [5]) Ibi cum Phocion, cujus ob integritatem vitae maxima ad populum auctoritas erat, *non irritandum adolescentis victorisque animum* diceret, hortareturque eos, ad quos periculum maxime pertinebat, *ut Lei et Erechtei filias imitati, spiritum pro patriae salute profundere ne dubitarent;* Demosthenes, qui nominatim petebatur, surrexit, docuitque, *falli Athenienses, si paucorum deditione periculo defungi posse crederent: calli–*

---

[3]) Fuerat, sc. ab oraculo; edere, bekannt machen; aetas, Menschenalter; subsidere: considere; abstinere: parcere; damnum dare, Schaden zufügen, beschädigen; insitam, sc. ei; religio, Bedenklichkeit, bedenkliche Sache; virtus, Verdienst; per loca publica, an öffentlichen Plätzen.

[4]) Diripere, plündern; salvus, unversehrt, unangetastet; creditur, sc. Cassander; detrectare, verkleinern, herabwürdigen; reddere, sc. urbi; resurgere, wieder emporkommen, sich erheben; convalescere, Kräfte bekommen, mächtig werden; calamitatibus vexari, von Unfällen heimgesucht werden; species, Ansehen.

[5]) Poenam ab aliquo repetere, sich an Jem. rächen; proficisci, herrühren, eine Folge von etwas seyn.

*dos Macedonas eos exposcere, quorum vigilantiam atque virtutem maxime invisam suspectamque haberent: amotis publicae libertatis custodibus, in orbam indefensamque civitatem, tanquam lupos in oves canibus destitutas, impetum facturos esse.* Multa commiserat in Macedonas Demosthenes, ob quae haud injuria nullum apud eos veniae locum relictum arbitrabatur. Philippo occiso auctor exstiterat, ut Pausaniae sacellum exstrueretur, apud pulvinaria Deûm supplicationes haberentur, aliaque ob insignem laetitiam decerni solita curarentur. [6]) Alexandrum alias *puerum*, alias prodigiosae vecordiae vocabulo *Margiten* appellaverat: Persico auro corruptus, omnium fere bellorum, quae contra Alexandrum patremque ejus Philippum Graeci depugnaverunt, fax atque concitor fuerat. Attalum, quo graviorem adversarium non habuerat Alexander, Atheniensium societatem pollicitus, ad bellum regi palam inferendum exstimulaverat. Neque civitas Atheniensium mediocriter deliquerat, detractis Philippi statuis, earumque materia in foedos usus conversa, aliisque admissis, quae vulgus imperitum et mobile, nulla futuri cura, ex arbitrio suasuque paucorum animose perpetrat. Sed nihil ex iis, quae praefracte et contumaciter fecerant, aeque commovit regem, quam in Thebanos humanitas, quos inter patriae ruinam elapsos, contra ipsius edictum receperant, tantum ob eorum vicem doloris prae se ferentes, ut etiam mysteriorum sollemnia, quae in honorem Liberi Patris praecipua religione quotannis celebrant, ob publicam moestitiam intermitterent. [7]) Verum cupidine belli Persici, condonare Graecis injurias suas, quam exsequi, malebat. Igitur cum Demades, qui Philippo quoque gratus acceptusque fuerat, preces civitatis ad eum detulisset, Atheniensibus indulsit, *ut Demosthene, Lycurgoque, et aliis, quos depoposcerat, retentis, unum Charidenum in exsilium mitterent.* Ille ad Persas se contulit, magnoque ipsis usui fuit, donec ob libertatem linguae Darii jussu interfectus est. Alii quo-

---

[6]) Spiritum: vitam; deditio, Auslieferung; periculo defungi, die Gefahr überstehen; virtus, Herzhaftigkeit, Muth; orbam, sc. defensoribus; locum relinquere, Raum lassen, Statt finden; Deum, der alte poet. contrahirte Genitiv st. Deorum; supplicationes habere, Dankopfer halten.

[7]) Prodigiosae — Margiten, Margites, d. i. einen abentheuerlichen Dummkopf; fax, Fackel, b) Quelle, Ursache; pollicitus, sc. Demosthenes; mediocriter, nicht wenig; nulla futuri cura, ohne um die Zukunft besorgt zu seyn; humanitas, liebreiches Betragen; elabi, unvermerkt davon kommen, entschlüpfen; prae se ferre, an den Tag legen, blicken lassen.

que non postremi nominis viri, odio regis urbe deserta, ad hostes illius profecti, multum negotii Macedonibus exhibuerunt. Post eum rerum impetum cursumque nemo supererat in Graecia, qui aut viribus suis post Thebanos (quorum gravis armatura celebris olim fuerat), aut occupata Leucadia, munimentis confideret. [8]) Namque Leucadios, situ oppidi, et proviso in longam obsidionem commeatu, feroces, fame domuit; cum expugnatis, quae circa erant, castellis, homines Leucadiam abire passus, adaucta per singulos dies multitudine, omnem eorum penum exhausisset. Igitur ex Peloponneso quoque legationes venerunt, gratulatum, quod confectis ex animi sententia barbaricis bellis, etiam Graecorum quorundam insolentiam et temeritatem castigasset. Arcades, qui Thebanis auxilio futuri se commoverant, *duces, quorum instinctu ad eum furorem prolapsi essent, capitis se comdemnavisse* exponebant: Elei, *exsulibus suis reditum concessisse, non ob aliud, nisi quod Alexandro caros accepissent.* Et Aetoli excusaverunt, *quod in tantis Graeciae turbis, ipsorum quoque gens novorum consiliorum expers non fuisset.* [9]) Megarenses novi generis honore risum regi, quique circa eum erant, commoverant, referentes, *ob studium et beneficia Alexandri in Graecos, Megarensis populi scito civitatem illi decretam esse:* donec intellecto, *nemini ad eum diem, excepto Hercule, id honoris habitum,* laetus accepit. Ceteris respondit, *nihil sibi quiete et incolumitate Graeciae antiquius esse: modo in posterum novis rebus abstinerent, praeteritorum veniam facile concedere.* Verum Spartanis maxime diffisus, Philiadae liberos Messenen, unde pulsi fuerant, restituit: Pellenen Achaeorum Chaeroni tradidit: Sicyonem, aliaque Peloponnesi oppida per clientes suos habuit, qui consilia Lacedaemoniorum ex propinquo specularentur. Tot tantisque rebus perficiendis pauci menses suffecerunt: intra quos tam grave atque multiplex bellum leviore negotio confecit, quam alius paravisset. Ipse quidem eam victoriam celeritati se debere confessus, in-

---

[8]) Indulsit, sc. hac conditione; retinere, behalten; non postremi nominis, nicht unberühmt; exhibuerunt: facessiverunt; post — cursumque, nach diesem gewaltigen und schnellen Umschwunge der Dinge; munimentis confidere, auf die Festungen sich verlassen, trotzen.

[9]) Ferox, trotzig; se commovere, sich in Bewegung setzen; Elei, sc. nuntiabant se exulibus etc.; accepissent, sc. auribus; consiliorum non expertem esse, an den Unternehmungen Theil nehmen.

terroganti, *quonam maxime modo Graeciam subegisset? Nihil cunctando,* respondit. [10])

---

[10]) Novi generis honore, durch eine sonderbare Art von Ehre; civitatem decernere, das Bürgerrecht zuerkennen, ertheilen; ad eum, i. e. usque ad eum; sibi antiquius: sibi potius, sibi magis cordi; habere, in Besitz nehmen lassen; consilia speculari, auf die Unternehmungen, Maaßregeln Acht geben.

# I. FREINSHEMII SUPPLEMENTORUM IN Q. CURTIUM LIBER II.

## I.

Persarum ea tempestate Darius rex erat, paullo ante Philippi necem evectus in id fastigium a Bagoa spadone, qui Ocho rege, et deinde filio ejus Arse, cum tota eorum domo exstinctis, imperium, quod sibi vindicare non poterat, sui beneficii fecit, perennem sibi gratiam pollicitus apud eum, quem tanto munere devinxisset. Nec tamen indignus ea fortuna Darius apud populares habebatur: nam etiam a gente regia non alienus erat. Quippe Ostanes Ochi patruus Arsanen genuerat, Arsanes Codmannum. Sic enim vocabatur, dum privatus esset; sed in Cyri solium collocatus, more quodam Persarum, ejurato veteri nomine, Darius appellari voluit. Bello quoque spectatus, caeso ex provocatione hoste, cum adversus Cadusios bellum gereret Ochus, magnam virtutis opinionem pepererat. [1]) Hic a conditore regni Cyro decimus imperio Persarum praefuit. Nam Ochus Artaxerxem patrem, ille Darium exceperat. Huic Artaxerxes regnum reliquit, Xerxis filius. Xerxes Dario patri successit, qui Hystaspe genitus, post exstinctum in Cambyse Cyri sanguinem, illustri septem Persarum conspiratione, imperium Magis extorsit. Sub his regibus per ducentos et triginta ferme annos res Persarum mira felicitate floruit: acribus initiis, dum rudis ad voluptates natio pro libertate, gloriaque, et

---

Inh. Kurze Nachricht vom persischen Reiche bis auf Alexandern, den die Perser anfangs gering schätzen, bald aber fürchten.

[1]) In id fastigium: ad hanc dignitatem; cum tota eorum domo exstinguere, sammt ihrem königl. Hause ausrotten, vertilgen; sibi vindicare, für sich behalten; aliquid sui beneficii facere, eigentl. etwas von seiner Gnade abhängig machen, d. i. er wünschte, daß man ihm die Krone zu verdanken habe, o. durch ihn erlangt habe; devincire, verbindlich machen; gens, Geschlecht, Stamm; spectatus, bewährt, erprobt; ex provocatione, bei einer Ausforderung.

opibus animose dimicabat. Procedente tempore, postquam praemia virtutis adepti videbantur, ipsam posthabuere, non tam suis viribus tuti, quam fama potentiae a majoribus partae, usuque divitiarum, quibus haud paullo felicius contra Graecos, quam armis, decertavere. [2]) Ad postremum itaque, cum adversus Alexandri vim auro parum proficeretur, omnique externa ope abscedente, sibimet ipsis innitendum esset, animi deliciis et mollitie fracti effeminatique fortunae ruentis impetum non sustinuerunt. Quippe industriam egestas acuit; affluentiam rerum luxus et inertia sequitur. Igitur audito fine Philippi, cujus fortuna et apparatibus exterriti fuerant, metu soluti, Alexandri adolescentiam despiciebant; contentum fore arbitrati, si securo Pellae obambulare liceret. Verum cum de bellis ipsius victoriisque alia super alia nuntiarentur; contemtum hactenus juvenem impensius formidantes, summa cura, ut in bellum atrox atque diuturnum, auxilia comparabant. [3]) Et quoniam superiorum proeliorum experimentis imparem Asiaticum militem Europaeo didicerant, missis in Graeciam conquisitoribus, ad quinquaginta millia egregiae juventutis mercede conduxerunt. His copiis Memnon Rhodius praetor datus est, qui multis ante bellis fidem virtutemque suam Persis abunde probaverat. Is ad occupandam Cyzicum missus, citatis itineribus, per Phrygiam, qua Troadi committitur, ad Idam montem pervenit, ipso nomine naturam situs sui praeferentem: nam condensa arboribus loca *Idas* antiqui dixere. Exsurgit iste celsiore cacumine, quam ceteri ad Hellespontum montes. In medio specum habet religioso horrore famam in fabulis nactum, ut *ibi Dearum formas arbiter Trojanus spectasse* praedicetur, cum imperio patris expositus, in Ida monte adolevisset. [4]) Eadem Idaeorum Dactylorum patria esse fertur, qui primi, Magna Matre docente, ambiguum ferri usum, neque minus utile necessi-

---

[2]) Exceperat: susceperat; opes, Macht; posthabere, hintansetzen.

[3]) Sibi inniti, auf sich verlassen; animi deliciae, Liebeshändel; frangi, entnervt werden; impetus fortunae irruentis, das heftig einbrechende Verhängniß; industriam acuere, die Thätigkeit in Wirksamkeit setzen, ermuntern; fine: nece; apparatus, Rüstungen; impensius, zu sehr, zu stark; atrox, blutig.

[4]) Didicerant: cognoverant, repererant; conquisitor, Werber; egregiae juventutis: egregiorum juvenum; mercede conducere, in Sold nehmen; citatis itineribus, in Eilmärschen; committitur: adjacet; naturam situs sui praeferre, die natürliche Beschaffenheit anzeigen; religiosus horror, heiliger Schauer; forma, Schönheit.

tatis laborisque solatium, quam acerrimum furoris instrumentum, invexerint vitae. Illud etiam admiratione dignum proditur, quod circa canis exortum, ventis depressiora turbantibus, in summo Idaei jugi cacumine quietus aër est: quodque *multa adhuc nocte terris incubante, solem* ajunt *conspici, non globi figura, sed in amplissimam latitudinem sparsum, et velut diversis ignium agminibus utrumque montis latus amplexum, coire paullatim, et propinquante jam luce jugero paullo majus spatium implere, paulloque post in solitum orbem collectum destinatum iter percurrere.* [5]) Credo, per aërem nocturno gelu adstrictum, nullisque ventorum flatibus disjectum, solis orientis, adhuc inperfecta imagine late sparsa, fallax oculis miraculum apparere; donec eo paullatim vi caloris absumto dissipatoque, liber ad ipsum sideris orbem adspectus permittatur. Nam sereno liquidoque coelo radii transmittuntur: ubi coactus aër est, sistit exceptos, et tanquam in speculum incidentes cum incremento splendoris diffundit. Sub Idae radicibus Cyzicenus ager in Propontidem excurrit: ipsum oppidum in mediocri insula situm gemino ponte continenti annectitur. Sed id opus paullo post Alexander molitus est: sub Memnonis expeditionem navibus commeabatur. Qui cum Cyzicenos improviso impetu nequidquam terruisset, muros gnaviter tuentibus oppidanis; eorum regionem hostiliter populatus, magnam inde praedam coëgit. [6]) Nec a Macedonum ducibus cessabatur: Parmenio

---

[5]) Docente, unter Anleitung; ambiguus, doppelt; qui primi etc., welche zuerst — ein eben so nützliches Hülfsmittel für die Bedürfnisse und Arbeiten der Menschen, als für ihre Wuth ein sehr schreckliches Werkzeug im menschlichen Leben eingeführt haben; circa canis exortum, beim Aufgange des Hundsgestirns; ventis etc., wenn die Winde in den Thälern toben; quodque etc., und daß, wenn es noch völlig Nacht ist, man daselbst schon die Sonne erblicke, zwar nicht in der Gestalt einer Kugel, sondern sehr breit ausgedehnt, und daß sie gleichsam durch von einander getrennte Feuerklumpen die beiden Seiten des Berges umfaßt, sich allmählig vereinige, und schon bei Anbruch des Tages einen etwas größern Raum, als ein Morgen Landes einnimmt, bald darauf ihre gewöhnliche Runde wieder annehme, und die bestimmte Bahn durchlaufe.

[6]) Credo etc., ich glaube, daß dieses täuschende Schauspiel der aufgehenden Sonne für die Augen wunderbar erscheint, weil das noch unvollkommene Sonnenbild durch die verdichteten Dünste wegen der Kälte zur Nachtszeit, und wegen Mangel an Zertheilung derselben durch wehende Winde so weit sich verbreitet, bis diese nach und nach durch die Gewalt der Wärme verzehrt oder zerstreut werden, und endlich selbst der Kreis des Gestirns ohne Hinderniß sichtbar ist; transmittere, durchfahren, durchgehen; exceptos, sc. radios; excurrere, hervorlaufen,

Grynium Aeolidis oppidum expugnat, incolas servituti addicit: deinde Caicum amnem transgressus, Pitanen adoritur, urbem opulentam, et duplici portu accipiendis ab Europa copiis opportunam; sed propero adventu Memnonis statim soluta obsidio est. Calas deinde, qui cum modicis Macedonum atque mercenariorum copiis in Troade res gerebat, cum Persis proelio certavit: et impar hostium multitudini in Rhoeteum se recepit. [7])

II. Interea Alexander, constitutis in Graecia rebus, in Macedoniam reversus, *quae tantam belli molem aggressuro cavenda vel administranda essent*, cum amicis deliberabat. Antipater ac Parmenio aetate et dignitate praecipui obtestabantur, *Ne in uno corpore totius imperii salutem fortunae insidiis exponeret: quin prius operam daret liberis, et incolumitate patriae firmata, ita demum de incremento ejus cogitaret.* Quippe praeter Alexandrum nemo ex Philippi sanguine dignus imperio supererat, Cleopatrae sobole per Olympiadem intercepta: Aridaeus sordibus materni generis, et turbata mente Macedoniam dedecere putabatur. Verum ille quietis impatiens, nihil nisi bellum, et ex victoria gloriam assidua cogitatione volvebat. [1]) Igitur, *Vos quidem*, inquit, *ut probos et amantes patriae viros decet, de commodis adversisque illius haud sine causa solliciti estis. Arduum enim, quis neget? opus ordimur: quod semel temere coeptum, si eventus arguat, sera poenitentia nequaquam emendaverit. Nam antequam vela solvamus, navigare velimus, an quiescere, nostra consultatio est: cum ventis fluctibusque nos crediderimus, in ipsorum arbitrio omnis noster cursus erit. Itaque non moleste fero vestram opinionem a sententia mea dissidere; quin potius simplicitatem laudo, vosque precor, ut in iis etiam, de quibus porro referetur, eodem instituto utamini. Amici regum, si qui eo nomine digni*

---

sich erstrecken; gemino etc., und wird durch eine doppelte Brücke mit dem festen Lande verbunden; commeabatur, sc. in hoc oppidum.

[7]) Servituti addicere, zu Sklaven machen; res gerere, befehligen. Inh. Alexander zeigt, wie nothwendig es sey, die Perser zu bekriegen.

[1]) Constituere, in Ordnung bringen; tantam belli molem aggredi, einen so gefährlichen Krieg unternehmen; in uno corpore, i. e. in uno illo, sc. sitam salutem; operam liberis dare, auf Kinder (Erben) bedacht seyn; de incremento, auf die Vergrößerung; intercepta, i. e. de medio sublata; sordibus — mente, seiner schlechten Herkunft von Seite der Mutter und seines zerrütteten Geistes wegen; assidua cogitatione aliquid volvere, ununterbrochen auf etwas denken.

*sunt, non tam gratiam eorum, quam utilitatem atque decus, in consilio habent. Qui aliter fieri censet, quam ipse facturus erat, non instruit consultorem, sed decipit.* [2]) *Ceterum ut et vobis consilii mei ratio pateat, certum habeo, nihil minus convenire rebus meis, quam dilationem. Omni, quae circa Macedoniam colit, barbarie pacata, exstinctisque Graecorum motibus, fortissimum florentissimumque exercitum otio et desidia dilabi patimur; an potius in opulentissimas Asiae regiones inducimus, olim possessionem ejus spe complexum, et praemia laborum, quos diu sub patre meo, deinde nobis imperantibus tertium jam annum exhausit, ex Persarum spoliis expetentem? Novum adhuc imperium Darii est, et interfecto Bagoa, cujus beneficio regnat, crudelitatis et ingratitudinis suspicionem apud suos incurrit: quae res optimos eorum, qui parent, odio adversus imperantes implent, et ad obsequia segniores, aut etiam praefractos reddunt. Numquid sedebimus, dum auctoritas ejus confirmetur, et rebus domi per otium compositis, ultro bellum in Macedoniam transferat?* [3]) *Multa celeritatis praemia sunt, quae nobis cessantibus ad hostem pertinebunt. Magnum in ejusmodi negotiis momentum post se trahit prima animorum inclinatio: at illa semper occupanti parata est. Quippe nemo cunctanter appetit fortioris gratiam: porro fortior habetur, qui infert bellum, quam qui excipit. Quanto autem existimationis nostrae periculo fallemus spem eorum, qui adolescentibus nobis eum honorem deferendum judicaverunt, quem maximus imperator, pater meus, post tot virtutis experimenta paullo ante obitum obtinuit? Non enim ideo Graecorum concilium imperium nobis decrevit, ut in Macedonia desides, et ignavis voluptatibus*

---

[2]) Adversis, sc. rebus; arguat: ostendat; solvere, aufbinden, aufspannen; quiescere: domi manere; crediderimus: commiserimus; in — erit, i. e. ab ipsis omnis noster cursus (Fahrt) dependebit; dissidere, nicht übereinstimmen; simplicitas, Aufrichtigkeit, Offenherzigkeit; referre: deliberare; instituto: consuetudine; decus: honorem; in consilio habere, zu Rathe, in Betrachtung ziehen; consultorem instruere, den um Rath Fragenden belehren.

[3]) Consilii ratio, der Grund meines Planes; certum habeo: persuasus sum; res, Lage; dilabi, zu Grunde gehen, verderben lassen; exhaurire, überstehen; expetere, zu erreichen, zu erhalten suchen; cujus beneficio regnat, dem er den Thron zu verdanken hat; crudelitatis in suspicionem incurrere, wegen G. in Verdacht kommen; ad obsequia aliquem segniorem et praefractum reddere, Jem. unfolgsamer und widerspenstig machen; ejus, sc. Darii.

*addicti, injurias olim et nuper Graeco nomini illatas negligeremus: sed ut eorum, quae per summam superbiam improbe et petulanter in nos commiserunt, poenas penderent.*[4] *Quid dicam de iis Graecorum nationibus, quas late per Asiam diffusas impotentium barbarorum intoleranda servitus premit? Equidem quibus nuper precibus, quibusque argumentis causam eorum Delius Ephesius egerit, cum ipsi memineritis, non repetam. Id sane constat, eos omnes, ut primum signa nostra conspexerint, protinus ad nos esse transituros, et pro liberatoribus assertoribusque suis adversus graves iniquosque dominos quodlibet periculum impigre suscepturos. Quamquam quid nostri pariter hostiumque obliti auxilia circumspicimus adversus gentes, quas etiam paullo lentius vicisse a pudore quam gloria propius abfuerit? Patrum aevo in Asiam profectis Lacedaemoniorum paucis ingentes hostium exercitus frustra restiterunt: Phrygiam, Lydiam, Paphlagoniam, agi ferrique passi; aut quoties vetare voluerunt, ad hostium satietatem caesi sunt: donec a suis revocatus Agesilaus, ob exortos in Graecia tumultus, trepidantibus et consilii incertis animi ex tanto terrore recipiendi spatium concederet.*[5] *Paucis ante istum annis vix decem Graecorum millia, sine ducibus, sine commeatu, ex intimis Persici imperii partibus, per tot infestas nationes iter in patriam ferro aperuerunt, cum eos persequeretur universus regis exercitus, quo modo cum Cyro fratre de regno dimicaverat, victorque exstiterat: quem illi quidem ubicunque congressum fuderunt fugaveruntque. Nos igitur, quibus universa Graecia tot victoriis edomita paret, qui eorum fortissimos aut in acie cecidimus, aut habemus in castris, timebimus scilicet Asiam, quam eorum, quos*

---

[4]) Pertinere, zu Theil werden; magnum momentum post se trahere: magni momenti esse; occupare, zuvorkommen, angreifen; appetere, darnach streben; bellum excipere, den K. vertheidigungsweise führen; quanto existimationis nostrae periculo, mit welcher großen Gefahr für unsern guten Ruf; deferre, übertragen; ignavae voluptates, träge Wollüste; improbe et petulanter, auf eine unrechte und muthwillige Art; poenas pendere, Strafe leiden, büßen, gezüchtigt werden.

[5]) Diffusas: dispersas; causam agere, die Sache betreiben, vertheidigen, verfechten; assertor, Vertheidiger; suscepturos: subituros; quamquam etc., allein was vergaßen wir zugleich auf uns und unsere Feinde, und sahen uns nach Hülfe gegen Völker um, da eine langsamere Besiegung derselben mehr schimpflich als rühmlich seyn würde; ferri et agi, plündern; animum ex terrore recipere, sich vom Schreck erholen, sich ermuthigen; spatium: tempus.

*vicimus, pauci pudendis cladibus affecerunt?* Aliis deinde in eandem sententiam adjectis, adeo permovit animos, ut omnibus assentientibus etiam Parmenio, qui maxime bellum differri voluerat, maxime accelerandum censeret, ultroque jam Alexandrum hortaretur. [6]) Itaque omni cura ad maturandam profectionem conversa, ad Dium Macedoniae urbem Jovi Olympio sacrum fecit, institutum ab Archelao, qui post Perdiccam Alexandri filium regnavit. Musis quoque ludos scenicos fecit, per novem dies, pro numero Dearum. Post haec convivium summa magnificentia celebratum est, tabernaculo, quod centum lectos caperet, adornato. Ibi cum amicis, ducibusque, et civitatum legatis accubuit. Per exercitum quoque victimas dividi jussit, aliaque praeberi, quibus destinatus hilaritati dies festivis epulis, et faustis instantis belli ominibus, transigeretur. [7])

III. Vere novo, contractis undique copiis, in Asiam transjecit, exercitum robore, quam numero, validiorem ducens. Triginta peditum millia Parmenio ducebat: quorum Macedones tredecim expleverant; quinque erant mercede militantium; ceteram multitudinem socii foederatique miserant. Has copias Illyrii Thracesque et Triballi, ad quinque hominum millia sequebantur, additis mille Agrianorum sagittariis. Equitatum Macedonum mille octingentorum Philotas ducebat, et totidem ex Thessalia Calas: a reliqua Graecia sexcenti omnino equites venerunt, quibus Erigyium praeposuit: agmen ducebat Cassander cum nongentis Thracum atque Paeonum antecursoribus. [1]) Hunc exercitum, non ultra quam in triginta dies proviso commeatu, infinitis barbarorum copiis opponere non dubitavit; virtute suorum fretus, qui vincendo senes facti, robore animorum armorumque usu cuilibet multitudini hostium insuperabiles erant. An-

---

[6]) Quo, sc. exercitu; quem, sc. exercitum; fortissimos, sc. Graecos; scilicet, wohl — ironisch; quam etc., welchem einige Wenige von ihnen (den Griechen), die wir besiegt haben, eine schimpfliche Niederlage beibrachten; alia in eandem sententiam adjicere, andere Gründe für dasselbe Vorhaben beifügen.

[7]) Profectionem: iter; instituere, anordnen; lectus, Tischpolster; omen, Vorbedeutung.

Inh. Alexander zieht gegen die Perser, nachdem er den Antipater zum Reichsverweser bestimmt, und sich kein anderes Eigenthum vorbehalten hatte, als die Hoffnung, und gelangt binnen zwanzig Tagen an den Hellespont. Beschreibung der daran stoßenden Länder.

[1]) Robore — validiorem, ein mehr tapferes, als zahlreiches Heer; ceteram multitudinem, den Rest.

tipatro, quem cum duodecim millibus peditum, et mille quingentis equitibus Macedoniae Graeciaeque rebus praefecerat, injunctum, ut continuos in Europa delectus ageret, quibus adversus proeliorum fatique detrimenta exercitus subinde novaretur. Hoc unum sibi exceperat, cum cetera amicis largiretur. Quidquid enim salva majestate regni abesse poterat, priusquam naves conscenderet, inter suos distribuit. [2]) Perdiccas praedium, quod dabatur, non accepit, interrogato rege, *quid tandem sibi ipsi reliqui faceret?* atque illo subjiciente, *spes: Earumdem ergo*, inquit, *et nos participes erimus, qui tuis auspiciis militamus.* Pauci hunc secuti sunt: per ceteros non stetit, quin interrogatus, *ubi thesauri ipsius essent?* vere responderet, *apud amicos.* Sane de summa rerum alea jacta, non absurde collocasse videtur opes, quas habebat: quippe aut victor multo majores adepturus erat; aut si victus esset, istas quoque amissurus: atque interim alacrioribus ministris utebatur. Neque multum abscedebat praesentibus necessitatibus, cum agros et praedia, et reditus, quorum dies multo post venturi erant, donaret: pecunia in belli usum seposita, cujus quanto minor copia erat, diligentius administrabatur. Quippe Philippo interfecto, minus sexaginta talentis pecuniae signatae, paucaque ex auro et argento pocula in thesauris ejus reperta sunt, cum aeris alieni quingenta ferme talenta relinqueret. [3]) Quamquam enim iste rem Macedonicam insignibus incrementis auxisset, auri quoque metallis apud Crenidas (ipse Philippos appellavit), ita excultis, ut inde mille talenta annui proventus cogerentur; continuis bellis, neque minus largitionibus, aerarium exhauserat. Macedoniae etiam instaurandae ornandaeque magnos

---

[2]) Vincendo, unter Siegen; robore animorum armorumque usu, ihres starken Muthes und der Kriegserfahrenheit wegen; injunctum: mandatum; continuos delectus agere, beständig Werbungen halten; novare, ergänzen; quidquid etc., denn was er nur ohne Nachtheil der Würde des Reiches entbehren konnte.

[3]) Ipsi, sc. Alexandro; reliqui — facere, übrig lassen, behalten; illo, sc. Alexandro; subjiciente: respondente; tuis auspiciis: te duce; per ceteros etc., die übrigen lehnten seine Geschenke nicht ab, so, daß er auf die Frage u. s. w.; vere, der Wahrheit gemäß; sane etc., da Alles auf's Spiel gesetzt wurde, scheint er in der That seine Güter zweckmäßig angewendet zu haben; alacrioribus m. uti, thätigere Diener haben; neque multum etc., und es entging hierdurch nicht viel seinen gegenwärtigen Bedürfnissen, weil er nur Ländereien, Landgüter und solche Einkünfte verschenkte, die nach langer Zeit erst genossen werden konnten; diligentius p. administrare, mit dem Gelde sparsamer umgehen.

sumtus fecerat, cum pauperrimam accepisset. Ipsum inter initia regni tenuem fuisse, et cum ex quinquaginta drachmis auri poculum haberet, id cubitum euntem capiti subjecisse plerique meminerant. Hujus ergo filius bello lacessivit regem Persarum, cui somnum capienti quinque talentorum auri millia pro cervicali, tria argenti pro scabello, sub capite pedibusque lectuli, peculiaribus cubiculis servabantur: quamquam ad paternum aes alienum octingenta insuper talenta, quae ipse mutuo sumserat, adjecisset, ex quibus vix decima portio supererat. [4]) Solvisse autem dicitur Timotheo tibiis concinente, summaque militum alacritate, opes barbarorum, quos oppugnatum irent, certa fiducia sibi destinantium. Hoc modo per lacum, quem a vicini montis nomine *Cercinitén* vocant, ubi classem habebat, in Strymonem invectus, Amphipolin, et deinde ad ostia Strymonis processit: quo trajecto, praeter montem Pangaeum, viam ingressus est, quae Abderam et Maroneam ducit. Nam in litore iter facere instituerat, ut navibus suis, quae juxta ducebantur, praesidio esset, si Persae forte occurrissent; quippe isti tum etiam maris imperium obtinebant. Ipsi enim modica classis; at apud hostes Cypriae Phoeniciaeque naves, assuetique maritimis rebus classiarii, et exercitatissimi remiges erant. Nam Macedonia, nuper tentato maris imperio, nondum abundabat navibus; et a sociis maligni praebebantur. [5]) Etiam Athenienses, cum ab ipsis triremes peterentur, tantum XX miserunt, suggerentibus eorum oratoribus, *periculum esse, ne classe accepta, contra eos, qui misissent, uteretur.* Ex iis locis ad Hebrum fluvium contendit: quo haud difficulter transmisso, in Paeticam Thraciae regionem pervenit: inde superato amne, quem *Melanem* appellant, vigesimo postquam a domo profectus fuerat die, Seston attigit, in extremis continentis finibus Hellesponto imminentem, qua angustis fluctibus insinuatum mare Asiam ab Europa dirimit.

---

[4]) Rem M. insignibus incrementis augere, das macedonische Reich außerordentlich erweitern; Crenidas, sc. urbem; auri metalla excolere, die Goldbergwerke in einen ergiebigen Zustand setzen lassen; proventus, Ausbeute; instaurare, wieder in guten Stand setzen, wieder aufhelfen; tenuis, dürftig, arm; somnum capere: dormire; ad paternum — adjecisset: paternum — auxisset, sc. Alexander.

[5]) Solvere, sc. naves, absegeln; sibi destinare, für sich bestimmen; Amphipolis, eine Stadt in Macedonien; occurrissent, sc. navibus; classis, sc. erat; maris imperium tentare, versuchen, eine Seemacht zu werden; maligni praebebantur, i. e. parum adjuvabantur.

Quippe Macedonia Thraciam conjunctam habet; quae procurrens in ortum duobus capitibus Asiam tangeret, nisi intercedente pelago submoveretur: dextra Hellespontus arcet; ulterius Bosphorus, quem Thracium appellant, Byzantium a Chalcedone separat. [6]) Inter has angustias intercepta Propontis jam laxiore spatio juxta Bithyniam et Ponticas regiones diffunditur. Infra Bithyniam Mysia est, deinde Phrygia, Phrygiamque contingens Lydia, longius a mari remotae. Interius spatiosas regiones celebratae fecunditatis et opulentiae gentes habitant. Litora, quae Thraciae Gra ciaeque obversa sunt, Hellespontii; deinde Troës colunt, calamitatibus inclyti. Infra hos Aeolis et Jonia per longa litorum spatia Lydiae praetenduntur. Caria deinde cum annexa Doride, magna ex parte mari circumfusa, non minus amplo tractu introrsum recedit. His terris nobilissimae insulae adjacent: Lesbus Aeolica, Chius et Samus Joniae, et Dorica Rhodus, aliaeque multae, quarum nomina Graecorum monumentis inclaruerunt. [7]) Nam antiquis temporibus omnem hanc oram Graecia frequentibus coloniis insederat: quae tum quoque manebant; sed Persarum regi satrapisque subjectae, priscam gentis libertatem barbarica servitute mutaverant. Alexander, ubi Seston pervenit, maximam copiarum partem, Parmenione duce, Abydum in adverso litore sitam petere jubet, attributis ad hoc centum sexaginta triremibus, multisque onerariis: ipse cum reliquis Eleuntem proficiscitur, Protesilao sacrum, cujus ibi sepulcrum aggesto tumulo tegitur. Circa tumulum crebrae ulmi sunt, quarum mira natura est: quippe ramis, qui Ilium spectant, matutino diei tempore enata folia statim defluunt, cum ceteris stabilis viriditas sit; ita acerbum herois fatum exprimere creduntur, qui in ipso aetatis flore cum Graecis in Asiam profectus, prima Trojani belli victima fuit. [8]) Huic tum Alexander inferias dedit,

---

[6]) Suggerentibus: suadentibus; caput, Spitze; attingere, erreichen; imminere, angränzen, anstoßen, nahe seyn; qua — dirimit, wo eine schmale Erdenge Europa von Asien trennt; quippe etc., Mac. gränzt nämlich an Thracien; Asiam tangere, an Asien stoßen; intercedente pelago submoveretur, i. e. interjecto pelago dirimeretur; arcet: sejungitur, separatur.

[7]) Angustiae, Meerengen; intercepta: sita; laxiore spatio diffundi, sich weiter ausbreiten; calamitas, Unfall; per longa litorum spatia praetendi, durch eine große Strecke längs der Küste sich hinerstrecken; amplo tractu introrsum recedere, sich tief in's Land erstrecken.

[8]) Insidere, besetzen; aggestus tumulus, ein aufgeworfener Hügel, Grabhügel; enata folia, die ausgeschlagenen Blätter; defluere:

precatus, *ut melioribus auspiciis hostile litus tangeret.* Inde cum quinquaginta longis navibus Sigeum petiit, portumque, nomen ab Achivis nactum, quorum classem Trojanis temporibus exceperat. Cum jam in mediis Hellesponti fluctibus navigaret (namque suae navis ipse gubernator erat), taurum Neptuno ac Nereidibus immolat, aureamque phialam, ex qua libaverat, Diis marinis donum in pelagus abjicit. Jam in portu erat classis, cum rex, conjecta in litus hasta, primus e navi librato corpore terram saltu contigit, testatus, *se possessionem Asiae Diis bene juvantibus justo pioque bello sibi asserere.* Arae deinde constitutae sunt, ubi exscensionem fecerat, Jovi descensori, Minervaeque et Herculi: *eo quoque loco, unde ex Europa solverat, aras exstrui* jussit. [9])

IV. Inde processit in campos, ubi veteris Ilii sedes monstrabatur. Ibi dum heroicorum operum monumenta avide perlustrat, quidam ex incolis, Paridis ei lyram pollicitus est. At ille, *nihil,* inquit, *moror imbellium deliciarum vile instrumentum: at Achillis lyram cedo, fortium virorum laudes eadem personantis manu, qua facta superabat.* Nam Achillem, cujus origine gloriabatur, inprimis mirari solitus, etiam circum cippum ejus cum amicis nudus decucurrit, unctoque coronam imposuit. Hephaestion Patrocli tumulum coronavit, eundem amicitiae locum apud Alexandrum sibi esse significans, quem is apud Achillem habuisset. [1]) Inter multos de Achille sermones *duplici nomine beatum sibi videri* dixit rex, *quod vivus fidum amicum nactus esset; exstinctus magnum praeconem.* Ceteris etiam heroibus, quorum iis in terris sepulcra ostenduntur, parentavit. Sacrificavit et Priamo ad Hercii aram, sive ut placaret manes ab Aeacida interemti; sive ob cognationem, quam sibi cum Iliensibus intercedere arbitrabatur, quia viduam Hectoris Andromachen Neoptolemus in matrimonio habuerat. Minervae,

---

decidere; exprimere, ausdrücken, abbilden; victimam esse, ein Opfer werden.

[9]) Inferias (sc. victimas) dare, ein Todtenopfer bringen; melioribus auspiciis, mit mehr Glück; librato corpore terram saltu contingere, vermittelst eines feinem Körper gegebenen Schwunges an's Land springen; pium b., ein den Göttern wohlgefälliger Krieg.

Inh. A. besucht Achills Grabmahl, rückt in Asien vor, und nimmt verschiedene Städte ein. Verschiedenheit der Meinungen der Statthalter. Darius Stolz.

[1]) Sedes, Platz, Stelle; operum: factorum; pollicitus est: obtulit; nihil morari, sich nicht darum bekümmern, nicht achten; personare, auf etwas spielen; facta, sc. eorum; cippus, Leichenstein; decucurrit: cucurrit.

quam praecipua religione venerabatur, studiose sacrum fecit: suspensisque in templo armis suis, alia detraxit, quae *a Trojani belli temporibus duravisse* dicebantur. *Haec ab armigeris praeferri* jubebat, *tanquam a propitio numine ad subigendam Asiam commodata: iisque indutum* ferunt *ad Granicum cum satrapis decertasse.* [2]) Alioquin elegantibus armis gaudebat, nullius munditiei studiosior. Cetra usum reperio splendida, galea eleganter cristata, utrinque dependentibus pinnis candore et magnitudine insignibus, thorace lineo duplici. Galeam habebat ferream quidem, sed in purissimi argenti speciem splendoremque politam, Theophili opus. Collare ferreum internitentes gemmae distinguebant. Gladio cingebatur acumine et duritie in paucis notabili; augebatque pretium ejus, quod in tanto ferri robore, levis et tractanti habilis erat. Huic armaturae interdum amiculum militare injiciebat, quod genus tum *Siculum* appellabatur. Ceterum quibusdam horum post id tempus potitus est: nam thorax, quem diximus, inter spolia pugnati ad Issum proelii fuit; gladium Citieorum rex Cyprius dono dedit; Rhodii balteum, quem incomparabili industria conspicuum Helicon fecerat, egregius inter priscos artifices. [3]) Neque poenitet talia memorare, quae veteribus scriptoribus digna relatu videbantur; et alioqui magnorum regum dicta factaque, etiam quae leviora haberi solent, non sine fructu aut voluptate recoluntur. Certe arma Alexandri sequens aetas diu venerata est: quibus adeo pepercit vetustas, ut ex Romanis imperatoribus alius post subacta Pontica regna chlamyde illius triumphum suum ornaret; alius thoracem Alexandri indutus percurreret pontem, quem aemulatione Darii Xerxisque in pelago struxerat. Post haec Alexander a Minervae fano digressus Arisben processit, ubi castra habebant Macedones, qui cum Parmenione transierant. Postero die praeter Percoten et Lampsacon ad Practium flumen contendit, quod ex Idaeis montibus ortum, Lampsacenum Abydenumque agrum interfluit, deinde paulisper ad septemtrionem flexum, in Propontidem exit. Inde Hermotum praetergressus rex, ad Colonas duxit, in mediterraneis Lampsacenorum situm op-

---

[2]) Sermo, Gespräch; duplici nomine, in zweifacher Hinsicht; intercedit mihi tecum cognatio, ich bin mit dir verwandt.

[3]) Nullius munditiei studiosiorem esse, nicht zu sehr auf Putz, Niedlichkeit sehen; usum, sc. eum fuisse; sed etc., aber so glatt und glänzend bearbeitet, wie das reinste Silber; internitere, dazwischen hervorschimmern; in paucis: in primis; habilis tractanti, für tractatu, bequem zu führen; horum, i. e. hujus armaturae; potiri, theilhaftig werden, bekommen.

pidum. [4]) Omnibus istis in deditionem acceptis (nam et Lampsacenis ignoverat), Panegorum misit, qui Priapenorum urbem, quam incolae dedebant, reciperet: Amyntas Arrabaei filius cum quatuor antecursorum turmis, una Apolloniatum, quam Socrates ducebat, speculatum ire jussus; quippe hostes in propinquo versabantur, summa sollicitudine curaque bellum instruentes. Inter eos rei militaris peritia longe eminebat Memnon. Is magnopere suadebat, *ut retrocedentes, omne quod usui hostibus esse posset, longe lateque corrumperent; quidquid in campo herbidum esset, equitatu conculcarent; vicos urbesque incenderent, nihil praeter nudum solum relicturi. Vix unius mensis commeatu instructum venisse Macedonem, deinceps rapto victurum. Ea copia si eripiatur, brevi recessurum esse. Ita parvo impendio toti Asiae salutem quaeri. Triste id quidem: sed in omni negotio, ubi periculum immineat, id spectare prudentes, ut quam minimo damno defungantur.* [5]) *Ita medicos, si correpta parte corporis morbum in ceteras transjici videant, unius membri jactura pro reliqui corporis incolumitate pacisci. Neque id sine exemplo facturos Persas. Sic olim Darium regem ipsas illas regiones urbesque vastavisse, ne Scythis isthac transituris receptus esset. At si proelio contenderent, de summa rerum aleam jaci. Pulsis semel Persis, omnem eam oram Alexandri fore: victores nihil amplius habituros. Neque hercule parvum discrimen impendere ob vim Macedonicae phalangis, cui suum peditatum, quamquam numero superiorem, frustra oppositur essent. Ipsius deinde regis praesentiam haud parum valere ad victoriam; stimulari milites spe, pudore, gloria in conspectu imperatoris dimicantes: quae omnia haberent Macedones; ipsis abesse Darium.* [6]) *Neminem ambigere, quin bellum in aliena terra gerere praestet, quam*

---

[4]) Poenitet, sc. me; relatu: narratu; fructu: utilitate; recoluntur: releguntur v. recordantur; aetas, Zeitalter; vetustas, Nachkommenschaft; aemulatio, Nachahmung; flecti, sich wenden; exire, sich ergießen; mediterraneum, mitten im Lande; Lampsaceni, die Einwohner von Lampsakus, einer Stadt am Hellespont.

[5]) Versari, sich befinden, stehen; instruere: parare; corrumpere, vernichten, zu Grunde richten; maxime: praecipue; herbidus, von Gras, grasartig; copiam eripere, die Gelegenheit entziehen; impendio: jactura, detrimento; defungi, durch=, davon kommen.

[6]) Corripere, ergreifen; transjici, sich verbreiten; pacti, sich ausbedingen, hier statt: reliqui corporis incolumitatem servare; sine exemplo, sc. dato, statuto, i. e. primo; isthac, da; re-

*in sua: id commodum adepturos, si consilium suum secuti de invadenda Macedonia cogitarent.* Nulli ceterorum ducum grata oratio fuit. *Id fortasse Memnoni Rhodio probari posse, cui expediat bellum trahi, quo diutius honoribus, stipendiisque regiis perfrueretur; Persis commissos fidei suae populos prodere pudendum videri: neque apud regem excusari posse, qui longe aliam belli gerendi rationem praescripsisset.* Quippe Darius, audito, Alexandrum ex Macedonia movisse, literas ad praefectos suos miserat, imperans, *ut insanientem Philippi adolescentulum, puerili verbere aetatis et conditionis admonitum, deinde purpurea veste indutum quamprimum sibi vinctum adducerent: naves ipsius una cum nautis mari demergerent: milites omnes ad ultima maris Erythraei loca deportarent.* [7]) Adeo prae superbia futuri securus, et ignarus sortis suae, omnem humanae imbecillitatis sensum exuerat, *consanguineum Deûm* se ferens, magis quod potentia non dispar ipsis videretur, quam ob veterem fabulam, qua Persarum reges a Perseo Jovis filio nomen atque genus traxisse ferebatur. Eodem fastu plenam epistolam ad Athenienses paullo ante scribi jusserat, addideratque, *quando Macedonis amicitiam praetulissent, a se deinceps aurum ne peterent: non enim missurum esse, etiam rogantibus.* [8])

V. At Alexander, cum inter progrediendum agrum a rege Persarum Memnoni dono datum attigisset, *maleficio abstineri* jubet, *colonisque et fructibus parci:* callido commento suspectum facturus hominem industrium, et quem ex omnibus hostium ducibus unum non contemneret, si in suas partes transducere nequivisset. Cumque *lenitatem regis* admirati quidam, *acerrimum callidissimumque Macedonum hostem, quamprimum in potestatem redactus esset, interficiendum, atque interim quibus posset cladibus vexandum esse,* dicerent: *Quin,* inquit, *potius beneficiis supplantamus hominem, et amicum ex inimico facimus, eadem virtute et sol-*

---

ceptus, Aufenthalt; de summa rerum aleam jacere, das Ganze auf's Spiel setzen; victores: Persas; regis, sc. Alexandri.

[7]) Invadere, eindringen, einfallen; de aliquo cogitare, auf etwas bedacht seyn; id, sc. dixerunt ceteri duces; honor, Würde, Ehrenamt; pudendus, schämenswerth, schimpflich; posse, sc. id; puerili — admonitum, durch die für das Knabenalter gehörige Geisel an seine Jugend und seinen Stand erinnern, und u. s. w.; ad ultima loca deportare, an die äußersten Gegenden schaffen.

[8]) Securus, sc. Darius; sensum exuere, das Gefühl ablegen; ferens: putans; magis, vielmehr; trahere, herleiten.

*tertia pro nobis staturum.* [1]) Ventum erat in campos Adrasteae, per quae Granicus amnis praecipiti cursu volvitur. Ibi quidam ex speculatoribus, quos cum Hegelocho praemiserat, reversi nuntiant, *Persas instructis ad proelium ordinibus in ulteriore ripa consistere.* Paulisper comoratus, dum de transitu consilium caperet, *duces convocari* jubet. Plerisque *praecipitis et irriti conatus* videbatur, *fluvium profundum perrumpere, ripam sua natura arduam atque impeditam obtinentibus tot equitum peditumque millibus.* Nec deerant, qui ingererent, *Daesium mensem* (is enim agebatur, Junio respondens) *infaustum res gerentibus apud Macedonas haberi.* De periculo non anxius, superstitionem haud contemsit: gnarus, quantum in rudibus animis valeret etiam vanae religionis opinio. Igitur edixit, ut repetito prioris mensis nomine, pro Daesio alter Artemisius haberetur. Et quo efficacius confirmarentur attonitae mentes, Aristandrum (nam is forte pro transitu sacrificabat) secreto moneri jubet, *ut excepturam exta manum inscriberet medicamento, literis inversis, quas impositum jecur recenti adhuc calore attraheret, rectasque exprimeret.* Iis significabatur, *Alexandro victoriam concedere Deos.* [2]) Vulgatum id miraculum tanta futuri spe omnes implevit, ut *post haec tam certa coelestis favoris pignora nihil dubitandum* conclamarent. Ita in maximam bene gerendae rei fiduciam astu inducti, victoriam, quia suam esse arbitrabantur, rapuerunt. Rex impetu animorum utendum ratus, quamquam monente Parmenione, *ut saltem proximam lucem operiretur,* (jam enim major

---

Inh. Alexanders List, den persischen Feldherrn Memnon zu gewinnen. Sein Blendwerk, den Soldaten Muth einzuflößen. Er setzt über den Granikus, schlägt die Perser, belohnt seine Tapfern, und läßt die Gefallenen prächtig begraben.

[1]) Inter progrediendum, während des Marsches; maleficium, Schadenzufügung; colonis: rusticis; commentum, Kunstgriff; industrius, thätig; quibus posset cladibus vexare, nach Möglichkeit Schlappen beibringen; suppiantare: labefactare, wanken machen; staturum: pugnaturum.

[2]) Praeceps conatus, ein gefährliches, bedenkliches Unternehmen; impeditus, schwer zu ersteigen; ingererent: dicerent; valere, vermögen, Einfluß haben; vana religio, Aberglaube; efficacius, mit mehr Wirkung; transitu, sc. fausto; secreto: clam; ut excepturam etc., er möchte auf die Hand, mit welcher er die Eingeweide herausnehmen würde, vermittelst eines Färbesaftes (Dinte) mit verkehrten Buchstaben schreiben: „dem Alexander verleihen die Götter den Sieg"; damit die darauf gelegte noch ganz warme Leber diese Buchstaben annehme, und sie recht vorstellen könnte.

diei pars effluxerat,) statim transduxit copias, Parmenionis sollicitudinem joco prosecutus, *erubescendum Hellesponto fore, si illo superato rivum hunc transire cunctarentur.* Tredecim equitum turmae cum ipso rege per obluctantes undas vix enisae, priusquam stabile certumque solum attigissent, aut ordines inter transeundum laxatos instaurassent, circumfuso Persarum equitatu urgebantur. Quippe cum repudiato Memnonis consilio pugnare placuisset, (nam Arsites Phrygiae satrapa, *ne unum quidem tugurium eorum, qui sibi subessent, incendi se passurum*, affirmaverat; inque ejus sententiam a ceteris itum erat) ad Granicum amnem cum centum peditum millibus, viginti equitum consederant, flumine pro munimento usuri, et vicissim eam velut Asiae portam venienti Alexandro obseraturi. [3]) Cujus adventu cognito, equitatum, in quo robur erat virium, ita collocant, ut contra dextrum Macedonum cornu, quod ipse rex ducebat, (nam sinistrum Parmenioni commiserat,) Memnon cum filiis et Arsane Persa consisterent: in eadem parte Arsites curabat cum Paphlagonum equitum auxiliis: in subsidiis Spithridates erat, gener regis, Libyae Joniaeque Satrapa, Rhoesace fratre et Hyrcanis equitibus comitatus. In dextra acie Rheomithrem duo Medorum millia, totidemque Bactriani sequebantur: medium agmen Pharnaces reginae frater, Arbupalesque Artaxerxis ex Dario nepos, et Mithrobarzanes Cappadociae praetor regebant: iis Niphates Petanesque, cum Arsace et Atizie, variarum gentium turmas applicuerant. Ii tum multitudine et loco potiores graviter premebant hostem, acrisque pugna conserebatur, maximo omnium regis periculo, quem armis manuque et imperiis conspicuum plures petebant. [4]) Sed tragula quidem, quae in promiscuo pugnae ardore desinentis loricae plicis inciderat, vulnus haud intulit; ceterum a Rhoesace et Spithridate, fortissimis ducum, simul

---

[3]) Certum pignus, sicheres Kennzeichen; in maximam bene gerendae rei fiduciam induci, mit dem größten Vertrauen den Krieg glücklich zu führen, beseelt werden; impetus, Hitze; aliquid joco prosequi, über etwas scherzen; per obluctantes undas eniti, mit den Wellen ringend sich durcharbeiten; attingere, fassen; ordines laxatos instaurare, die getrennten Glieder wieder herstellen; urgere, drängen, zusetzen; eorum — subessent, Unterthanen; inque, besser: in ejusque; in alicujus sententiam ire: alicui assentiri; portam obserare, die Pforte verschließen.

[4]) Robur virium, Hauptstärke, größte Stärke; in eadem parte, auf demselben Flügel; curare: praeesse; subsidia, Reserve-, Aushülfstruppen; acie: cornu; Cappadociae praetor, Statthalter von Cappadocien; potiorem esse, überlegen seyn.

impetitus, extremum discrimen adiit. Dum enim lancea in thorace Spithridatis confracta, conatumque destituente, gladium stringit; frater illius a latere adequitans acinacem incauto impingit, tanto nisu, ut cristam galeae et pinnarum alteram decuteret, aciesque gladii summos regis capillos perstringeret. Jamque repetito ictu, qua discussa cassis nudum caput ostendebat, descendere parabat; cum illum Clitus occupat, qui animadverso regis periculo amenti similis advolaverat, interceptumque barbari brachium cum ipso gladio dejicit. Simul Alexandri ense Spithridates occubuit. Nihilo tamen segnius repugnabant Persae: donec interitu ducum, quorum plerique jam ceciderant, consternati, et quia jam etiam phalanx Macedonum transierat amnem, equos in fugam averterunt. [5]) Neque pedestris acies diu restitit, equitatum suum ad obterendum hostem satis superque validum arbitrati, potius de praeda, quam de discrimine, cogitabant. Ita subito eventu deprehensorum caedes magis, quam proelium, fuit. Mercenarii tamen, quibus Omares praeerat, occupato quodam tumulo strenue se tuebantur, quia conditionibus in fidem venturos ille non receperat. Ergo Macedonum plures in eo conflictu desiderati sunt, quam equestri proelio ceciderant: ipse quoque rex, dum inter primos impetum in eos facit, tam propinquus discrimini fuit, ut equum, cui tum insidebat, ictu gladii per latus adacto confossum amiserit. [6]) Quibus rebus vehementer irritatus, equitatu simul et phalange circumdatos occidione occidit, exceptis duobus fere millibus, qui in deditionem venerunt. In universum caesa sunt ex hostibus viginti peditum millia, duo equitum: captorum par ferme numerus fuit. Ex ducibus Memnon effugit, cum Arsace, Rheomithre et Atizye: ceteri honestis vulneribus occubuerunt. Arsites, cum in Phrygiam se recepisset, pudore et poenitentia, quod hujus cladis causa non immerito haberetur, sibi manus intulit. Alexander paucos quidem,

---

[5]) Quae etc., der in der Hitze des allgemeinen Gefechtes ihm in die untern Falten des Panzers fiel; ext. discrimen adire, in die äußerste Gefahr gerathen; conatum destituere, die Bemühung vereiteln, ohne Wirkung seyn; acinacem incauto tanto nisu impingere, ihm unversehens einen so derben Hieb mit dem Schwerte versetzen; pinnarum alteram (sc. partem), die Hälfte des Federbusches; perstringere, streifen; ictum repetere, den Hieb wiederholen, einen zweiten Hieb beibringen; cassis discussa, gespaltener Helm; descendere parare, sich anschicken einzubringen; occumbere, fallen.

[6]) Pedestris acies, Fußvolk; eventus, Ausgang, Wendung; quia etc., weil er ihnen die Bedingungen, unter welchen sie sich ergeben wollten, nicht bewilligen wollte.

sed promtissimos, eo proelio perdidit. Triginta admodum pedites, septuaginta quinque equites ceciderant. Igitur ut ostenderet, omnibus in utraque fortuna apud se virtuti praemium fore, superstites Persarum spoliis ditat, occisorum corpora cum armis ceteroque cultu magnifice sepelit: parentibus eorum liberisque vacationem munerum concedit. 7) Vulneratorum etiam cura ambitiose acta est, cum ipse rex obeundo tentoria et inspiciendo singulos sollicitudinem suam pro gregariis etiam militibus ostentaret, ac, gravem cujusque casum munificentia laudibusque aut promissis solaretur. Quae comitas in omnia deinceps pericula fidissimos ei praestitit: nec quisquam recusavit spiritum pro eo rege profundere, qui neque vitam suorum inopem, neque mortem inhonoratam, pateretur. Insignis prae ceteris honor fuit viginti quinque equitum ex turma amicorum, quos primo statim congressu ex iniquo loco pugnantes multitudo Persarum oppresserat. Nam Lysippo, a quo uno, propter hominis peritiam, in aere fingi voluerat, imperavit, ut equestres ipsis statuas faceret: quas apud Dion Macedoniae oppidum collocatas, post longam aetatem, abolito Macedonum regno, Q. Metellus Romam transtulit. 8) Primum hujus victoriae decus penes ipsum regem fuit. Aciem optime instruxerat, observataque loci natura, obliquos per flumen ordines duxerat, ne statim, cum ex aqua evasissent, a Persis invaderentur. Turbatos deinde territosque excitavit, hortatus, *ut saltem semel adhuc strenue adorirentur hostes.* Neque minus manu fortiter usus erat: multos lancea, alios ense confecerat: primique ex hostibus fugam arripuerunt, qui contra ipsum constiterant. Consilium quoque ipsius audaci specie, plus tamen rationis, quam temeritatis, habuit. Pugnaturos adversus hostem novum, numeroque longe superiorem, etiam desperatione armare voluerat, ut praecisam objectu fluminis fugam conspicati, omnem salutis spem in victoria collocarent. Thessalorum etiam, nam id robur equitatus erat, insignis eo die opera exstitit. Neque ceteri officio suo defuerunt, praesertim equites: nam equestri potissimum proelio transacta res est, pedites e vestigio cesserunt. 9) Ceterum Alexander Persarum etiam no-

---

7) Occidione occidere, gänzlich niederhauen; in deditionem venire, sich ergeben; promtus, rüstig, beherzt, tapfer; in utraque fortuna, im Leben u. Tode; cultus, Schmuck; vacationem munerum alicui concedere, Jem. von Kriegsdiensten freisprechen.

8) Curam agere: c. gerere; praestitit: effecit; qui neque etc., der seine Soldaten weder Mangel leiden, noch sie ungeehrt sterben ließ; abolescere, aufhören, sein Ende erreichen.

9) Decus, Ehre; turbari, in Unordnung gerathen; audaci spe-

bilissimos sepulturae tradidit, et quotquot ex Graecis mercenariis hostibus merentes ceciderant: qui autem eorum vivi in potestatem redacti fuerant, *eos per Macedoniam in ergastula distribui* jussit, *quod contra commune Graecorum decretum pro barbarorum dominatione adversus patriam pugnavissent.* Thebanos tamen dimisit, qui excisa urbe, ademtis agris necessitate magis, quam sponte, peccassent: jam enim tot illorum calamitatibus expleta odia misericordiae locum fecerant. Post haec de manubiis trecentos clypeos selegit, qui Minervae Atheniensi dedicarentur, superbo cum titulo: *Alexandrum Philippi filium Graecosque, exceptis Lacedaemoniis, de barbaris Asiam incolentibus suspendisse.* Id eo fecerat, ut communicata victoriae laude Graecis ad ceteras belli necessitates obsequentioribus uteretur: simul Lacedaemoniorum contumaciam traducebat, qui seorsum initis consiliis a cetero Graciae corpore abrupti, tantique decoris expertes mansissent. Neque matris, quam eximia pietate semper coluit, oblitus, pocula, purpuram, aliaque id genus pretiosa spolia, paucis demtis, ad illam transmisit. [10])

VI. Post hoc proelium denuo ad Ilium profectus Alexander, Deae gratias egit, quae gravissimi belli discrimen aditurum, armis et ominibus juvisset. Quippe superiori tempore cum statim post transmissum Hellespontum eo contendisset, uti supra retulimus, ante fanum Minervae statuam equestrem humi prostratam vidit, Ariobarzanis ora referentem, qui Phrygiae quondam satrapa fuerat. Idque omen interpretatus Aristander *illustrem ex equestri pugna victoriam* promiserat Alexandro, *maxime, si haud procul Phrygia dimicaretur: ipsius etiam dextra nobilem hostium ducem casurum.* Neque fefellit spem vatis eventus proelii, stratusque regis ense Spithridates praedictionis fidem imple-

---

cie, dem Anscheine nach kühn; ut praecisam etc., damit, wenn sie sähen, daß ihnen der Fluß im Rücken den Weg zur Flucht abschnitte, sie u. s. w.; robur equitatus, der Kern der Reiterei.

[10]) Sepulturae tradere, begraben lassen; misericordiae locum facere, dem M. Platz machen; aliquo obsequentiori uti, Jem. willfähriger finden; traducere, bestrafen, in ein schlechtes Licht setzen; seorsum consilia inire, besondere Maßregeln ergreifen; eximia pietate colere, ungemein liebevoll begegnen.

Inh. Alexander dankt der Göttinn Minerva, macht sich viele Völker unterwürfig, ohne ihnen jedoch neue Abgaben aufzulegen. Sardes ergibt sich an ihn. Er entdeckt Demosthenes Anschläge, versichert sich der Zuneigung des Phocion, erobert Ephesus, welcher Stadt er, so wie hierauf mehreren Andern, eine freie

vit.[1]) Igitur et templum donariis exquisite coluit, et Ilio, quod tum haud multum supra modici pagi speciem eminebat, nomen urbis addidit: utque id cum dignitate tueretur, reliquit, qui instaurandae ejus ampliandaeque curam agerent, liberamque et immunem esse jussit. Cumque delubrum Deae pro religione loci nimis angustum neglectumque videret, eximium illi templum exstruere postea statuit. Sed hoc aliaque magnifica meditantem, fatum occupavit: neque successores exsecuti sunt. Ceterum illa victoria totam Asiam cis Taurum et Euphratem aperuit regi. Attoniti insperata clade, non copiis modo, sed et ducibus amissis, nullam praeterquam in clementia victoris spem habebant, eamque festinata deditione certatim promereri satagebant.[2]) Phrygiam Arsites voluntario exitu vacuam fecerat: ei Calas Thessalorum ductor praeponitur. Ex montanis quoque locis plerique descenderunt, seque et sua dedentes Alexandro. Eos in fidem acceptos domum remisit: Zelitisque ignovit, quos a Persis coactos adversus ipsum militasse cognoverat. Tributum omnibus impositum est, quod Dario pendere consuevissent, idque postea constanter servavit, cum ceteras Asiae regiones subigeret. Omne peregrinum imperium invidiae subjectum esse noverat, etiam cum domestico mitius est; at si vetera subditorum onera novis cumulentur, intolerandum haberi. Igitur monenti cuidam, *longe plus tributorum vectigaliumque ex tanto imperio redigi posse*, respondit, *etiam olitorem se odisse, qui radicitus excinderet olera, quae carpere debuisset.* Dascyleum praesidio Persarum teneri audiverat. Eo Parmenionem misit, quem oppidani statim receperunt, cum audito Macedonum adventu, Persae excessissent.[3]) Ipse Sardes processit, caput omnium, quae praefectis orae maritimae Persarum reges parere jusserant. Jamque

---

Verfassung gibt. Seine außerordentliche Hochachtung gegen Apelles.

[1]) Omnibus, sc. bonis; transmissum: trajectum; ora alicujus referre, Jem. vorstellen; maxime: in primis; dextra, sc. manu; fidem implere, sein Wort, Versprechen erfüllen.

[2]) Donariis exquisite colere, herrlich beschenken; quod tum etc., welches sich damals nicht sehr von einem mäßigen Flecken unterschied; tueri, behaupten; reliquit, sc. aliquos; liber, unabhängig; immunem, sc. tributis, vectigalibus; pro religione, für die Heiligkeit; magnificus, groß, rühmlich; fatum occupavit, ereilte ihn das Schicksal, i. e. mortuus est; clementia, Gnade.

[3]) Voluntario exitu: vol. morte; vacuum facere, leer machen, erledigen; in fidem accipere, in Schutz nehmen; invidiae subjectus, verhaßt; redigere, beziehen.

haud amplius septuaginta stadiis ab urbe aberat, cum ad eum Mithrenes venit, cui tutelam arcis Sardianae Darius crediderat, cum principibus Sardianorum, urbem arcemque, et pecuniam, quae in ea custodiebatur, traditurι. Quibus benigne exceptis, ad Hermum fluvium progreditur, viginti fere stadiis ab urbe distantem. Ibi castris positis, Amyntam Andromenis filium ad recipiendam arcem praemittit. Ea praecelso loco sita, difficili undiquaque aditu, adversus quamcunque vim teneri potuerat, etiamsi murus, qui triplici munimento illam circumibat, abfuisset. Ergo felicitati suae gratulatus, quod amplissimas res animo volventem, arx munitissima longa obsidione non implicasset, Jovi Olympio templum ibi ponere decrevit.[4]) Cumque sollicite circumspiceret, quinam locus accipiendae aedi maxime opportunus foret, confestim exorta vehemens tempestas multo imbre partem arcis perfudit, ubi vetus Lydorum regia fuerat. Eam itaque sedem nutu Deorum destinari credens, *templum ibi constitui* jussit. Arci deinde Pausaniam ex amicorum cohorte praeponit, attributis Argivorum auxiliis: ceteras sociorum copias cum Cala et Alexandro Aeropi filio in Memnonis praefecturam immittit. Vectigalibus tributisque colligendis Niciam quendam praeficit; Asandrum Philotae filium Lydiae, quibus finibus Spithridates tenuisset. Dati ad id equites cum expeditis cohortibus, quot in praesentia suffecturi putabantur. Lydos omnes suis legibus libere uti permisit; et quia Sardianos Dianae, quam *Coloenem* vocant, cultui deditos cognoverat, illius templo jus asyli gratificatus est. Mithrenen honorifice secum habuit, ut ejus exemplo et alios ad proditionem illiceret: procedente tempore et Armeniam homini regendam commisit. [5]) Ceterum repertis in arce libellis, in quibus inter cetera perscriptae erant largitiones, ob bellum Macedonibus in Graecia conflandum a satrapis factae, cognovit, Demosthenem eam ob causam magnum auri pondus accepisse; cujus etiam epistolae ibi servabantur. Sed quia pace cum Atheniensibus inita transacta res erat, nihil ea de re palam conquestus est; ceterum intentiore cura agitandum censuit, quomodo adversus efficacem viri eloquentiam Athenae in officio continerentur,

---

[4]) Caput, Hauptstadt; adversus quamcumque vim teneri, sich gegen jede Macht halten, behaupten; amplissimas res — volventem, bei seinen so großen Entwürfen; implicasset, sc. eum.

[5]) Sollicite, sorgfältig; tempestas, Gewitter; multo imbre, und entlud sich unter einem starken Platzregen auf jenen Theil der Veste, wo, u. s. w.; quibus finibus, so weit; gratificari, gnädig zugestehen; honorifice aliquem secum habere, Jem. unter Achtungsbezeigung bei sich behalten; homini: viro, sc. Mithreni.

sua defectione universam Graeciam in partes tracturae. Nemo occurrebat Phocione dignior, cujus mira innocentia, et ob constantiam virtutis honorata paupertas erat. Eum ergo, primum ob usum, deinde ut hominis magnanimitatem multis experimentis cognovit, admiratione virtutis ita coluit, ut cum post eversum Darii imperium animo elatus, neminem jam salute dignaretur, ad quem scribebat, eximium eum honorem duobus tantum, Antipatro et Phocioni, habuerit. [6]) Constat, huic aliquando centum talenta dono misisse regem: deinde optionem fecisse inter quatuor haud ignobiles Asiae urbes unam eligendi. Cius, Elaea, Mylassaque et Gergetho fuere: quidam ultimo loco Patara nominant. At ille nihil horum accepit: sed, ne tanti regis amicitiam fastidiose sprevisse videretur, petiit, *ut Echecratides sophista, et Athenodorus Imbrius, cum Demarato et Spartone Rhodiis*, qui in arce Sardiana captivi tenebantur, *custodia liberarentur.* Sed haec in sequens tempus excurrere. Tum ad Ephesum itum est, quam accepto cladis Persicae nuntio praesidiarii deseruerant, duabus Ephesiorum triremibus avecti. Erat inter eos Amyntas Antiochi filius, qui ex Macedonia profugerat, nulla quidem injuria affectus, sed quod periculum a rege metueret: quem quia invisum exosumque habebat, illius animum ex suo metiebatur. Quarto postquam Sardibus movisset die, Ephesum introiit Alexander; restitutisque exsulibus, qui paucorum dominatione pulsi fuerant, rempublicam populo tradidit. Ille libertatis diu desideratae compos, eos, qui Memnonem advocavissent, quique templum Dianae spoliassent, inque eo Philippi statuam dejecissent, aut Heropythi monumentum effodissent, quod liberatori civitatis in foro positum fuerat, ad supplicium poscit. [7]) Ex quibus Pelagon cum fratre Syrphace et patruelibus, ex ipsa aede, in quam confugerant, rapti sunt, statimque lapidibus obruti. Jamque in caedes et injurias ibatur; cum Alexander, inhibita vulgi licentia, ulterius eo de negotio inquiri, aut cuique molestiam exhiberi vetuit. Id optimis quibusque saluti fuit, quos per causam veri fictive criminis, ipsorum dignitas aut

---

[6]) Libellus, eine Schrift; largitio, Bestechung, reichliche Schenkung; cognovit, sc. ex iis; intentiore cura agitare, mit mehr Sorgfalt darauf denken; in partes, sc. suas; occurrebat, sc. ei; ob constantiam virtutis, wegen seiner unerschütterlichen Tugend.

[7]) Ultimo loco, i. e. pro Gergethone; fastidiose: insolenter, superbe; sed haec etc., allein dieses geschah erst in der Folge; quem, sc. Alexandrum; animus, Gesinnung; restitutis: revocatis; paucorum dominatio, die Herrschaft Weniger (Olygarchie); aliquem ad supplicium poscere, Jemands Bestrafung verlangen.

opulentia furibundae plebis odiis avaritiaeque objecisset. Inter haec Magnetes et Tralliani legatos mittunt, imperium accepturi. Eo *Parmenione cum quinque peditum millibus, equitibusque ducentis ire* jusso, Alcimalum cum paribus fere copiis circum Aeolicas Jonicasque Persici juris urbes mittit. Utrique injunctum, *ut abolito paucorum dominatu, popularem ubique statum introducerent:* quippe multitudinem suis rebus studere compererat, obque eam rem tyrannos a barbaris impositos, per quos coërceretur. 8) Per eos dies, dum Ephesi commoratur Alexander, ut ex instantibus curis recrearet animum, frequenter in officinam Apellis ventitavit, a quo uno effigiem suam penicillo exprimi volebat, tanto favore complexus, ut dilectissimam pellicum, amore ejus deperire sentiens artificem, dono dederit. Paucasta vocabatur, ex Larissa nobili Thessaliae urbe genus ducens: amabatque eam rex ardenti affectu ob formae pulchritudinem, et quoniam adolescenti prima mulierum ad libidinem placuerat. Hoc ut magnanimitatem Alexandri non dedecet, ita non crediderim, *in officina imperite multa disserentem ab Apelle mordaci dicterio repressum fuisse.* Nam id neque majestati tanti regis, neque modestiae pictoris, hominis non stupidi nec indocti, convenisset: et Alexander, liberalibus studiis ab extrema aetate imbutus, etiam de artibus, quas non calleret, haud inepte judicare didicerat. 9) Illud propius vero est, quod alii tradiderunt, *quendam ex Ephesiae Dianae sacerdotibus, quos* Megabyzos *appellari mos erat, reprehensum:* cum quidem ei diceret Apelles, *quoad tacuisti, aurum hoc atque purpura venerabilem te faciebant imperitis; at nunc de rebus, quas non intelligis, incipientem loqui, etiam pueri rident, qui colores terunt.* In ea urbe longe celeberrimam aedem, ut supra relatum est, Herostratus incenderat. Ea tum summa Ephesiorum cura maximisque impensis instaurabatur. Quorum studiis juvandis Alexander *tributa, quae Persis dare consueverant, Dianae pendi* jussit: confirmavit-

---

8) Lapidibus obruere, steinigen; in caedes et injurias ire, auf Mord und Gewaltthätigkeit denken; molestiam exhibere, beschwerlich fallen, Leid zufügen; optimis: nobilissimis, optimatibus; per causam, unter dem Vorwande; imperium, sc. Alexandri; Persici juris, i. e. in potestate Persarum; injunctum: mandatum; abolere, abschaffen; status popularis, Volksherrschaft (Demokratie); per quos, st. ut per eos.

9) Effigiem suam penicillo exprimi vult, er wünscht gemalt zu werden; mordaci dicterio reprimi, durch eine beißende Rede ihm Einhalt thun, o. verscheucht werden; ab extrema aetate: ab ineunte aetate; quas st. etsi eas.

que jus asyli, quod antiquitus etiam Liberum patrem Herculemque servavisse cognoverat; addito etiam spatio, ut quaquaversum in unius stadii amplitudinem extenderetur. [10]) Postea quoque, cum Asiam perpacasset, scripsit Ephesiis, *se omnes sumtus, qui in id aedificium facti essent, restiturum; quique porro requirerentur, praebiturum de suo: ita tamen, ut ipsius nomen instaurato operi inscriberetur.* Idque deprecati sunt Ephesii. Quo tempore, quia Alexandro petenti aliquid denegare arduum erat, legatus eorum ad adulationem confugit, qua maxime expugnabilem norat, dixitque, *dedecere culmen ipsius, si Diis aliquid consecraret, cum ipse Deus esset: nam eum honorem ab hominibus haberi potiori naturae.* Ea gloriae contentio inter maximum regem, et unam civitatem fuit. Obtinuerunt Ephessii; et maluerunt ingenti pecunia carere, quam instaurati templi titulo regi cedere. Nam quantos in id opus sumtus contulerint, vel ex una tabula aestimare licet, quam ibi dedicaverunt, viginti talentis auri redemtam. Alexander erat, fulmen tenens, quem inimitabili dexteritate Apelles expresserat, quatuor tantum coloribus usus, quo majus peritis miraculum esset. [11])

VII. Sub idem tempus antiqui splendoris sedem Smyrnaei receperunt, postquam Lydorum armis excisa vetere Smyrna, quadringentos per annos vicatim habitavissent. Restituit eam rex viginti ferme stadiis a solo antiquae urbis, somnio monitus. Solebat Alexander, cum a majoribus negotiis vacaret, otium venando eximere. Forte exercito corpore fessus in Pago monte obdormiverat: ibi per quietem visus est audire Nemeses, (quarum in proximo fanum erat,) imperantes, *ut eo ipso loco urbem conderet, inque eam Smyrnaeos deduceret.* Id insomnium mox Clarii Apollinis oraculum confirmavit, Smyrnaeis consulentibus *prospere cessuram migrationem* promittens. Ita fundamenta novae urbis imperio regis jacta sunt; absolutae gloriam Antigonus tulit,

---

[10]) Mos erat: solebat; studium, Eifer; in unius stadii amplitudinem extendi, auf ein Stadium sich erstrecken.

[11]) De suo, sc. aerario; culmen, Hoheit; obtinere, die Oberhand behaupten; tabula, Gemälde; peritis, sc. artis, Kunstkennern.

Inh. Alex. wird im Traume erinnert, den Smyrnäern eine Stadt zu bauen. Er will die Erdzunge zwischen Clazomene und Theos durchgraben lassen, und verbindet Clazomene mit dem festen Lande. Milet, das er belagert und erobert, erhält von ihm seine ehemalige Freiheit wieder. Wunderbare Begebenheit in einem Tempel, den die Soldaten plündern wollen. Liebe eines Delphins zu einem Knaben.

cum ipsum paullo post Alexander Lydiae Phrigiaeque, et vicinis regionibus, praeposuisset. [1]) In Smyrnaeo sinu Clazomenii habitant, qua angustissimum est solum, quod procurrentes in mare terras per sexaginta ferme stadia continenti adnectens, peninsulae speciem efficit. Alterum isthmi latus ex adverso Clazomeniorum Teos occupat. In extremo peninsulae cornu Erythrae sunt, tum quoque fatidicis mulieribus inclytae: juxta quas mons altissimus Mimas, insulae Chiorum oppositus mare prospectat; deinde paullatim depressior, haud procul angustiis Clazomeniorum in aequales campos desinit. Eam loci naturam contemplatus Alexander, faucibus intercisis auferre continenti decrevit, ut Erythris et Mimanti mare circumfunderet, ac superiorem inferioremque sinum conjungeret. [2]) Id unum regi ex sententia successisse negant, cum ceteros ejus conatus fortuna enixe juvaret: abiitque res in religionem, *nec fas esse mortalibus* existimatum est, *mutare faciem, quam natura locis indiderit*: utique postquam alios similia molitos ubique successus destituit. Clazomenas tamen, mole duorum stadiorum aggesta, continenti junxit, quas olim metu Persarum Clazomenii in insulam transtulerant. Sed haec quidem opera regiis praefectis commissa sunt. Ipse sacrificiis Ephesi magnifice celebratis, in honorem Deae cum universo exercitu, qui aderat, in armis decucurrit: postero deinde die cum peditatu, quem secum habebat, assumtis Thracum equitibus, et quatuor amicorum turmis, inter quas et regia erat, Miletum contendit. [3]) Quippe Hegesistratus, praesidii praefectus, literis ad eum missis, spem deditionis fecerat: sed postquam Persarum classem in propinquo versari cognoverat, mutata sententia oppidum Dario conservare nitebatur. Nam et commeatuum

---

[1]) Vicatim, in Dörfern zerstreut; a maj. negotiis vacare, keine zu wichtige Geschäfte haben; eximere: transigere; corpore exercito fessus, müde von der Bewegung; per quietem, im Traume; absolutae (sc. urbis) gloriam ferre, den Ruhm der Vollendung davon tragen.

[2]) Cornu, Spitze; mulier fatidica, Wahrsagerinn; deinde paulatim depressior, indem er nach und nach niedriger wird; in aequales campos desinere, in eine Ebene sich verlieren; faucibus intercisis continenti auferre, durch Zerschneidung des engen Passes, d. i. durch einen Kanal vom festen Lande trennen.

[3]) Enixe, eifrig, sehr; res in religionem abit, man macht eine Gewissenssache daraus; facies, äußerliches Ansehen, Gestalt, äußerliche Beschaffenheit; molem aggerere, einen Damm aufwerfen; in armis decurrere, kriegerische Uebungen halten; amicorum turmae, Lieblingsturmen (Eskadronen).

telorumque, et si qua alia ad tolerandam obsidionem requiruntur, magnam habebat copiam, et propugnatorum multitudine abundabat, quia Memnon, cum ex proelio Miletum perfugisset, multis ibi suorum relictis praesidium firmaverat. Igitur infesto agmine suggressus, exteriorem urbem, ut ipsi vocabant, ex itinere cepit: nam oppidani milites que, ne vires spargerent, in interiorem urbem concesserant, auxilium suorum, quod haud procul abesse rebantur, opperituri. Verum vanam exspectationem fecit Macedonicae classis adventus, quae Nicanore duce Laden insulam supra Miletum sitam occupavit: deinde cum jam hostium classis ad Mycalen montem haereret, ipsum Milesiorum portum ingressa Persici auxilii spem oppidanis ademit. [4]) Neque prohibebant barbari, quamquam numero navium longe praestarent: quippe paullo minus quadringentis habebant, cum Nicanor tantum sexaginta supra centum adduxisset. Interea Glaucippus, princeps civitatis, ad Alexandrum missus, petito, *ut urbem et portus Macedonibus Persisque communes esse pateretur*, triste responsum retulerat, *Non se venisse in Asiam, ut acciperet, quod alii concederent; sed ut quisque haberet, quod ipse reliquisset: itaque scirent, omnium fortunarum arbitrium meliori permittendum, aut in proximam lucem de eo certandum esse.* Sed qui in civitate erant, primum invadentium impetum fortiter retuderunt, caesis inter alios duobus Hellanicae filiis, quae nutrix Alexandri fuerat, et Clitum, qui rege servato eximium decus meruit, fratrem habebat. Sed cum dolore iraque incensi hostes machinis admotis magnam murorum partem dejecissent, jamque in oppidum irrupturi viderentur, conspectisque in portu Macedonum triremibus, novus terror ingrueret; pars scutis incubantes in parvam insulam urbi objacentem enataverunt, alii scaphis conscensis, cum idem molirentur, in ipso portus aditu ab hostium navigiis intercepti sunt. [5]) Alexander, oppido in potestatem redacto, contra eos, qui insulam tenebant, naves expediri jussit, quibus impositae proris scalae ferebantur, ut in abruptam insulae oram, velut in muros hostilis oppidi, transcenderet miles. At cum mercenarios Graecos, qui eo

---

[4]) Sententia, Gesinnung; obsidionem tolerare, eine Belagerung aushalten; infesto agmine suggredi, als Feind anrücken; vanam exspectationem facere, eine eitle, leere Hoffnung (Erwartung) einflößen; haerere: morari.

[5]) Ipse, sc. Alexander; omnium etc., man solle die Freiheit, über ihre Glücksgüter zu schalten, entweder ihm als dem Tapferern überlassen, oder den folgenden Tag darum kämpfen; retuderunt: propulsarunt; ingrueret (sc. in oppidanos), befallen.

confugerant, quamvis haud plures trecentis essent, ultima pati paratos conspiceret, misertus virorum fortium, et qui pro fide in eos, a quibus conducti erant, haud procul exitio abessent, iis pepercit, et *secum militare* jussit. Barbaros in urbe deprehensos in servitutem redegit: Milesiis, qui superfuerant, libertatem restituit, ob veterem urbis gloriam. Tantum enim aliquando opibus gloriaque Miletus floruerat, ut per vicina maria supra septuaginta colonias deduxerit, multis quoque civibus nobilis, qui in sacris certaminibus palmam adepti, patriae celebritatem auxerant: nam ejusmodi victoriae, more quodam Graecorum, inter prima virtutis decora censentur. [6]) In quem jocatus Alexander, magna multitudine statuarum conspecta, *ubi erant istorum lacerti*, inquit, *cum Persarum jugum recepistis?* quippe vir strenuus, et ad bellandi usum cuncta referens, ignominiosum ducebat, debitum seriis certaminibus robur ad voluptatem inertis vulgi inani ostentatione consumere. Interea milites, quia vi introitum erat, obvia quaeque diripientes, ad fanum Cereris pervenerant: quod cum exspoliaturi quidam irrupissent, ignis ex penetralibus aedis repente emicans, sacrilegorum oculos exstinxit. Hic etiam progenitorum suorum monumenta Alexander reperit, inspecto fonte, cujus aqua ex ipso scaturiginis labro hausta salsum saporem habet, eadem dulcissima, cum profluxit in rivulos. [7]) *Achilleum* Milesii nominant inque eo lustratum heroëm rumor tenuit, cum Strambelum Telamonis filium Lesbiis auxilium ferentem oppressisset. Apud Milesios Didymei Apollinis oraculum erat, divitiis famaque celebre. Id tum Seleucus, cujus maximae post Alexandrum opes fuere, de reditu in Macedoniam consuluisse dicitur, et responsum accepisse, *ut, Europa valere jussa, Asiam complecteretur.* Aliud subinde miraculum attentum habuit regem, cujus curiosum ingenium, et cognoscendi avidum, novitate rerum mire afficiebatur. *Amatum a delphine puerum ex Iasso*, quod haud procul Mileto in insula situm oppidum est, acceperat; *ejusque vocem agnovisse pis-*

---

[6]) Expediri: mitti; prora, ae, der Vordertheil des Schiffes; in serv. redigere, zu Sklaven machen; opibus et gloria florere, mächtig und berühmt seyn; palma, der Preis.

[7]) In quem, sc. morem, über diese Gewohnheit; et — referens, und durchaus kriegerisch, — wörtlich alles auf die Ausübung, auf den Gebrauch zum Kriegführen beziehen; debitus, bestimmt; consumere, anwenden; omnia obvia, alles, was ihnen aufstieß; ignis etc., kam aus dem Innersten des Tempels plötzlich Feuer hervor, und machte die Tempelräuber erblinden; ex ipso scaturiginis labro hausta, gerade am Rande der Quelle geschöpft.

*cem*, *et quoties evocaretur*, *vehi cupientem excepisse dorso.* Igitur gratum acceptumque Neptuno hominem interpretatus rex, sacerdotio ejus Dei illum praefecit. [8])

VIII. Occupata hunc in modum Mileto, cum adhuc barbarorum numerosa classis in mari vagaretur, et fiducia multitudinis suae, quodque peritia rei nauticae Macedonas anteiret, hostem ad navale proelium provocaret, obque ipsum urbis portum, in quem naves suas abduxerat rex, frequenter obversaretur; Alexander Philotam cum equitatu et tribus peditum cohortibus ad Mycalen montem mittit, ubi Persicarum navium statio erat, ut exscendere volentes submoveret, neque aquari lignarive, aut cetera necessaria e terra petere permitteret. Ea res barbaros in maximas angustias conjecit: obsessis similes haerebant in portu, neque terram ubi volebant capere, aut necessariis rebus refici poterant. Itaque consilio habito, Samum averterunt cursum, petitoque inde commeatu, Miletum revecti ante ostium portus instructa acie constiterunt. [1]) Inter haec quinque Persarum naves in portu quodam, qui inter parvam illam insulam, de qua supra dictum est, et stationem Macedonicae classis medius erat, multa hostium navigia conspicati, plenis velis eo ferebantur: nam maximam sociorum navalium partem ob varios usus abesse conjecerant, vacuarumque navium haud difficilem occupationem fore arbitrabantur. At rex iis, qui aderant, celeriter in decem triremes impositis, *obviam ire hostibus* jubet. Illi tum numero navium, tum inopinata re perterriti, cum ultro se peti conspicerent ab iis, quos im-

---

[8]) Inque eo etc., und es ging ein Gerücht, daß dieser Held, weil er den St., einen Sohn des T., welcher den L. zu Hülfe kam, erschlagen, und darin zur Sühnung des Todtschlages gebadet habe; ut etc., er möchte auf Europa Verzicht thun, und sich bloß an Asien halten. Auch noch ein anderes Wunder beschäftigte des Königs Aufmerksamkeit, dessen neugieriger und nach Kenntniß strebender Geist an ungewöhnlichen Gegenständen ein außerordentliches Vergnügen fand.

Inh. Alexander schlägt die feindliche Flotte, und läßt die Seinige aus einander gehen, wovon die Gründe für und wider angegeben werden. Er rückt in Carien ein, und bemächtiget sich vieler Städte. Er setzt die Königinn Ada wieder auf den Thron, welches ihm die Liebe des Volkes verschafft.

[1]) Vagari, kreuzen; statio, Ankerplatz, Standort; escendere submovere, das Aussteigen verhindern; aquari et lignari, Wasser und Holz holen; in angustias conjicere, in Noth versetzen; in portu haerere, in dem Hafen eingeschlossen seyn; terram capere, an's Land steigen; cursum avertere, ab- oder seitwärts segeln; instructa acie consistere, sich in Schlachtordnung aufstellen.

paratos oppressuri venerant, terga vertunt: una tamen navis, quae Jassios vehebat, deprehensa est; ceterae velociores ad suam classem effugerunt. Ita nullo eorum, quae intenderant, effecto, Mileto discessum est. Alexander, cum suam classem neque hostili parem, et ad alios usus supervacuam sibi cerneret, multique et graves ad eam sumtus requirerentur, dimittere eam statuit, paucis navium retentis, quibus ad obsidiones urbium machinae tormentaque portarentur. ²) Dissuaserat illud Parmenio, monueratque, ut navali proelio contenderetur. *Macedonibus enim victoribus magnum ad cetera emolumentum accessurum esse: at victos nihil sane amissuros, nam imperium maris jam tum esse penes Persas; et litora facile tutaturos, qui pedestribus copiis plus possent.* Quoque expeditius, quod videbatur, obtineret, idem, qui consilium dederat, *exsequi illud paratum* ostendebat, *conscensisque navibus, quam rex jussisset, discriminis partem capessere.* Confirmabatur etiam augurio, quod superioribus diebus a tergo regiae classis aquila in litore consistens apparuisset. Contra Alexander *falli Parmenionem* asseverabat, *qui paucas suorum naves tantae hostium multitudini, imperitosque remiges et rudes classiarios, exercitatissimis hominibus, reique nauticae peritissimis, objiciendos duceret. Se quidem virtuti suorum non diffidere, ceterum scire, illam in navalibus pugnis minimum conferre ad victoriam. Multo enim plura ventorum fluctuumque ludibriis permitti, quae gubernatorum atque remigum peritia vitaret, aut suis partibus opportuna redigeret. Nec in ipsarum navium constructione nihil aut parum situm: ita Macedonum conatus vanos fore, cum eos barbari impune aut eludere, aut etiam, si casus daretur, opprimere possent. Neque vero exiguum id detrimentum futurum.* ³) *To-*

²) Plenis v. eo ferri, mit vollen Segeln dahin steuern; imponere, einschiffen; ultro, sogar; opprimere, überfallen; ita etc., auf diese Art segelte man, ohne die Absicht erreicht zu haben, von M. ab.

³) Ad cetera emolumentum accedere, in jeder andern Hinsicht nützlich seyn; tum, damals, schon jetzt, ohnedieß; tentaturos, sc. eos, Macedones; quoque etc., und damit er mit diesem, ihm vortheilhaft scheinenden Vorschlage desto leichter durchdringen möchte, erklärte er sich auch als der Urheber dieses Rathes für bereitwillig, ihn auszuführen, und so wie er die Schiffe bestiegen haben würde, jeden vom Könige ertheilten gefährlichen Auftrag zu übernehmen; confirmari, bestärkt werden; objicere, entgegenstellen; ludibrium, Spiel; aut suis etc., oder sich desselben (Spieles) zum Vortheile ihrer Flotte bedienen; nec nihil: aliquid; nec parum: multum; eludere: effugere; casus, sc. adversus; opprimere: vincere.

*tam Asiam arrecturam animos, si inter initia belli clades accepta foret. Plerosque mortalium ita comparatos esse, ut eum rerum eventum exspectandum putent, quem ex principio successuum spe aut formidine praeceperunt. Et ne de Asia dubitemus*, inquit, *quis mihi praestabit, Graecos in fide mansuros, si felicitatem illam exspiravisse credant, quam, si verum amamus, unam in nobis reverentur? Plane ad fortunam meam pertinere arbitror, quod aquila pone classem conspecta est, idque boni successus omen accipio: sed hoc manifesto promittit augurium, nos hostium naves e continente expugnaturos esse; nam praesaga victoriae ales, non in navibus, sed in litore constitit, nec magis eventum, quam locum ostendit belli. Nam si, ut coepimus, maritimas urbes nostri juris efficimus, Persarum classis ultro dilabetur: neque enim supplementum, aut commeatus, aut securae etiam stationes in promtu erunt; et si haec adimas, quo plus in mari habent virium, eo celerius consumentur. Atque sic implebimus fidem vaticinii, quod aereae tabulae inscriptum nuper ex quodam in Lycia fonte ebullivisse comperimus, instare terminum Persici imperii.* [4]) Ita dissoluta classe, Pontum adjacentesque Ponto regiones praetoribus suis subjugandas reliquit; ipse institutum iter prosecutus, in Cariam movit: nam *eo magnam vim hostium confluxisse* cognoverat. Quippe Halicarnassus, natura loci munitissima, duplicique arce tuta, spem praebebat, Macedonem, torrentis more ruentem, ea urbe tanquam crepidine opposita coërceri posse. Maxima in Memnone spes erat, qui omnia ad ferendam obsidionem opportuna summa cura praeparabat. Nuper enim a Dario maritimae orae totiusque classis praetor creatus erat. Nam homo callidus temporumque prudens, cum se, omnes Persicos duces bellicis artibus superantem, unam ob causam infra meritum honorari intelligeret, quod Graecus genere, et olim Macedonicae regiae hospes de proditione suspectus haberi poterat, uxorem suam liberosque ad Darium misit, quasi de securitate illorum sol-

---

[4]) Animum arrigere, sich ermuthigen, Muth fassen; plerosque etc., die meisten Sterblichen seyen so beschaffen, daß sie einen solchen Erfolg hinsichtlich des Krieges (der Kriegsbegebenheiten) erwarten zu müssen glauben, den sie sich aus Hoffnung oder Furcht beim Anfange der glücklichen Fortschritte in voraus versprochen haben; dubitare, fürchten, besorgen; mihi praestat, er bürgt, er steht mir dafür; exspiravisse, i. e. nos a fortuna derelictos, desertos esse; revereri, fürchten; e continente expugnare, vom festen Lande aus erobern, d. h. durch die Landmacht besiegen; nostri juris efficere: nobis subjicere; in promtu esse, in Bereitschaft, bei der Hand seyn.

licitus, revera ut his velut obsidibus fiduciam regis obligaret. [5]) Ceterum Alexander, Cariam introgressus, omnia inter Miletum et Halicarnassum oppida brevi in potestatem redegit. Pleraque enim Graecis incolis habitabantur, quibus immunitatem suasque leges restituere consueverat, *ob liberandos eos in Asiam venisse* professus. Neque minorem mox a barbaris iniit gratiam, comiter excepta Ada, regii generis muliere, quae iter per ea loca facientem convenerat, illiusque fidem implorans *in regnum restitui* oraverat. Nam Hecatomnus Cariae rex tres filios habuit, duas filias: ex quibus maximus natu Mausolus Artemisiam duxerat: minor ex sororibus Ada fratri Hidrieo nupsit. Sed Mausolo quidem soror eademque conjux successit, more gentis, quo in matrimonium regnumque sociari fas est iisdem parentibus genitos: at postquam Artemisia desiderio defuncti extabuit, Hidrieus regno potitus, et sine sobole mortuus, Adae reliquit imperium. Hanc Pexodarus expulit, qui unus de Hecatomni filiis supererat: et quamquam is decessisset, exclusa manebat, quia Orontobaten, nobilem Persam, Pexodarus generum adsciverat, ut in novo et vi parto imperio illius opibus et gratia protegeretur: atque ille, exstincto socero, velut dotale regnum retinebat. [6]) Eam injuriam deplorans mulier, simul Alindis deditis (munitissimum id castellum erat), impetravit, ut nomen filii, quod deferebat, lubens acciperet, strenuamque ei operam ad antiquae dignitatis decus mature recipiendum polliceretur. Neque promisso fides defuit; expugnataque deinde Halicarnasso, totam illi Cariam parere jussit. Interim fama benigne exceptae reginae, per omnem illum tractum diffusa, multas civitates Alexandro conciliavit; nam pleraeque a necessariis aut familiaribus Adae tenebantur: ii per legatos obtulerunt aureas coronas, *futurosque in fide ac potestate regis, et imperata facturos,* promiserunt. [7]) Dum haec ita geruntur, exquisitae artis sa-

---

[5]) Natura loci, natürliche Lage; crepidinem opponere, einen Damm entgegen setzen; omnia opportuna apparare, alles Dienliche in Bereitschaft setzen; temporum prudentem esse: tempori servire; infra meritum, nicht nach seinem Verdienst, nicht wie er es verdiente; fiduciam regis obligare, das Vertrauen beim K. befestigen.

[6]) Immunitas, Steuerfreiheit; gratiam inire, sich beliebt machen; convenerat, sc. eum; fides, Schutz; quo etc., vermöge welcher (Sitte) es erlaubt ist, daß Geschwister einander heirathen, und gemeinschaftlich regieren können; extabescere, sich zu Tode grämen; generum adsciscere, zum Eidam nehmen.

[7]) Deferebat, sc. Alexandro; strenuamque etc., und versprach ihr thätige Dienste, um die Zierde der ehemaligen Würde bald

porisque cibos atque bellaria sollicite confici curabat Ada, eaque cum ipsis coquis et cupediariis regi dono mittebat, tanquam bene merenti gratiam relatura, si muniis armorum fessum fatigatumque Asiatici luxus deliciis exciperet. At ille prudens intemperantiam gulae seria tractanti intempestivam esse, benevolentiae quidem muliebri comiter gratias egit; ceterum *non attinuisse* respondit, *ut pro ipso sollicita esset, meliores habente coquos, quibus ipsum olim paedagogus suus Leonidas instruxisset: ad prandium iter antelucanum, ad coenam frugale prandium.* [8])

IX. Jam tota ferme Caria in ditionem Alexandri concesserat; sed caput regni Halicarnassus firmo praesidio tenebatur. Itaque diuturnam obsidionem fore conjectans, *commeatum et machinas, quae ad oppugnationem pertinerent, navibus eo deportari* jubet: ipse cum pedestri exercitu quinto ab urbe stadio castra communit. Deinde muros adortum juxta portam, qua Milassa iter est, improvisa oppidanorum eruptio excepit: sed Macedonibus fortiter conserentibus manum, quibusdam suorum amissis haud magno negotio rejecti sunt. Pauci deinde dies intercesserant, cum Alexander objecta spe Myndensium oppido per proditionem potiundi, nocte intempesta cum parte copiarum proficiscitur. Sed nihil quoquam movente, admota gravi armatura murum suffodi imperat: neque enim scalas aut machinas attulerat, cum oppugnandi consilio urbem non accessisset. Et illi quidem, una turrium dejecta, nihil tamen aperuerunt loci, quo intra perrumperent. [1]) Nam forte ita prociderat turris, ut quam murorum partem stans protexerat, non minus ruina sepiret: civesque summa ope resistebant, et ab Halicarnassensibus adjuvabantur, quos, audito vicinae civitatis periculo, maritimo itinere Memnon submiserat. Ita conatus Macedonum irritus fuit. Alexander ad obsidionem Halicarnassi reversus, ante omnia fossam, triginta maxime cubitos latam, altam

---

wieder zu erhalten; tractus, Strich Landes, Gegend; tenebantur: gubernabantur; futurosque etc., und versprachen treu und unterthänig zu bleiben, und seine Befehle zu vollziehen.

[8]) Excipere, bewirthen; attinuisse: necessarium fuisse.

Inh. Alexander erobert Halikarnaß. Sein Versuch auf Myndus mißlingt. Ausfall der Halikarnaßer, um die Arbeiten der Belagerer zu zerstören. Verwegenheit zweier Soldaten, die ein Treffen veranlaßt. Klugheit und Mäßigung des persischen Feldherrn Memnon.

[1]) In ditionem concedere: se subjicere; haud m. negotio: facile; rejecti sunt, sc. oppidani; nihil quoque movente, sc. in urbe, da sich aber Niemand darin bewegte.

quindecim, quam hostes pro urbe duxerant, expleturus, tres testudines apparat, quibus protectus miles materiam terramque sine noxa congereret. Aequata fossa, *turres machinasque, quibus muri sternuntur, admoveri* jussit. Jamque strata moeniorum parte, qua ruinae viam aperiebant, in urbem penetrare nitebantur; sed hostes, cum ob multitudinem, integri subinde fessis succederent, ducumque praesentia ad omnia audenda confirmarentur, strenue repugnabant. Luce per varia certamina consumta, cum diurno labore fatigatos hostes Memnon segnius custodias agere crederet, cum valida manu prorumpit oppido, ignemque operibus injicit. [2]) Sed Macedonibus ad incendium concurrentibus, cum hi exstinguere flammas conarentur, illi augerent, et prohibentibus vim intentarent, acre proelium coortum est. Quippe Macedones robore virtutis et assuetudine periculorum longe praestantes hostibus, numero apparatuque Persarum urgebantur: et quia haud procul muris res gerebatur, ballistis catapultisque per moenia dispositis eminus impetiti, inulta vulnera accipiebant. Atrox inter haec utrinque clamor, hortantium suos, increpitantium adversos; tum sauciorum et morientium gemitus, inter nocturnas tenebras omnia terrore tumultuque impleverant: augebantur haec vocibus ceterae multitudinis, quae dum alii pugnant, operi intenta, muris, qui pulsu machinarum corruerant, reparandis occupabatur. Tandem acrius adnisi Macedones hostem intra moenia redegerunt, centum septuaginta interfectis, inter quos et Neoptolemus, qui cum Amynta fratre ad Darium perfugerat, occubuit. [3]) Macedonum non quidem ultra sedecim perierunt; sed trecenti ferme vulnerati sunt, quia nocturna pugna fuerat, neque adversus caecos ictus et incidentia temere tela quidquam satis provideri potuerat. Post aliquot deinde dies levis et ludicra res ingenti certamini causam praebuit, orto initio a duobus veteranis ex Perdiccae agmine. Ii con-

---

[2]) Ruina, sc. turris; summa ope: omnibus viribus; maritimo itinere — submittere, i. e. mari auxilio mittere; pro st. ante; fossam aequare, den Graben gleich machen, ausfüllen; integri fessis succedunt, die Frischen lösen die Abgematteten ab; luce: die; per varia certamina, unter verschiedenen Gefechten; oppido, i. e. ex oppido.

[3]) Vim intentare: aggredi; robore virtutis: ingenti, insigni virtute; apparatus, Vorrath an Belagerungswerkzeugen; inulta vulnera accipere, verwundet werden, ohne sich rächen zu können, d. h. ohne sich dagegen vertheidigen zu können; clamor: a parte eorum, qui suos hortabantur; opus, Arbeit; acrius adniti, sich stärker anstrengen.

tubernales cum essent, unaque genio indulsissent, ut fit inter sermones familiares, jactantia militari sua fortia facta vicissim extollentes, altercari coeperant, uter alteri anteferretur; cum alter eorum, *quid inani strepitu verborum foedamus honestissimam contentionem?* inquit. *Non cui lingua, sed cui dextra sit melior, hoc agitur. Et adest occasio: ea optime de controversiis nostris judicabit. Age, si vir es, exeuntem sequere.* Vino et ambitione incaluerant; itaque privato consilio arma capiunt, et ad muros juxta arcem, quae Mylassis obversa est, excurrunt. 4) Horum temeritate animadversa, statim ex oppido globus hostium effunditur. Illi firmato gradu certamen conserunt, propius incurrentes gladiis excipiunt, in recedentes tela conjiciunt. Sed adversus multos, et ex superiore loco dimicantes, haud diu impunita duorum audacia fuisset; nisi conspecto ipsorum periculo, commilitonum pauci primo, deinde alii atque alii laborantibus subvenissent: eodem modo et oppidanis subinde ad locum, ubi pugnabatur, confluentibus. Ita nunc his, nunc illis robore numeroque superioribus, varie pugnatum est: donec Alexander cum manu, quae circa ipsum erat, progressus, metum hostibus incussit, statimque intra munimenta compulsi sunt, nec multum abfuit, quin hostes simul irrumperent. 5) Forte enim intentis omnibus in ea, quae ante urbem gerebantur, moenia negligenter servari contigerat: et duae turres cum continenti murorum parte crebris arietum ictibus cesserant; tertia quoque, laxata jam et concussa compage, fodientibus haud in longum resistere potuisset. At quia tumultuarium id proelium, neque universus exercitus instructus fuerat, opportunitas ejus rei e manibus amissa est. Alexander, quamquam ea res opinione Graecorum de victoria concedentis videretur, corpora suorum, qui sub ipsis moenibus oppetierant, induciis postulatis ab hoste repetere, quam inhumata dimittere, maluit. At qui cum Persis erant, Ephialtes et Thrasybulus Athenienses, cum plus apud ipsos odium adversus Macedonas, quam humanitatis ratio valeret, negabant *indulgendum hoc esse infestissimis*

---

4) Neque adversus, so konnte man sich im Finstern weder gegen die Hiebe, noch gegen die von ungefähr fallenden Pfeile hinlänglich versehen; causam praebere, Veranlassung geben; agmen, Trupp, Zug; genio indulgere, sich etwas zu Gute thun; militari, sc. more; hoc agitur, es handelt sich darum; incaluisse, erhitzt seyn; privato consilio, aus eigener Entschließung, ohne Befehl.

5) Globus, Trupp; firmato gradu, festen Schrittes; excipere, empfangen; laborare, im Gedränge, in Gefahr seyn; varie: varia fortuna.

*hostibus.* [6]) Non tamen permoverunt Memnonem, quin *Graecorum moribus indignum esse* diceret, *sepulturam invidere caesis hostibus. Armis et viribus in adversos et obsistentes utendum: neque contumeliis pugnandum in eos, quos bonis malisque nostris sua dies exemisset.* Sane praeter alias Memnonis virtutes etiam moderatio ejus insignis fuit. Neque enim per vecordiam conviciis insectari hostem pulchrum ducebat; sed virtute et consiliis vires illius animosque contundere. Igitur cum aliquando in agmine quendam ex mercenariis nonnulla contumeliose et petulanter in Alexandrum jacientem audisset, conversa hasta hominem pulsans, *non te conduxi,* inquit, *ut maledicceres Alexandro, sed ut adversus illum dimicares.* [7])

X. Interea obsessi summo studio securitati suae providentes, pro diruto muro alium interiorem ex cocto latere eduxerunt, non recta regione, sed in nascentis lunae figuram sinuatum: eaque res, cum inter multos distributum munus esset, celerrime confecta est. Hunc murum Alexander postero statim die machinis quassare coepit, quo minore negotio recens adhuc opus labefactaret. In eo labore occupatis Macedonibus, iterum ex urbe valida eruptio facta est: cratiumque, quibus opera tegebantur, nonnihil, et ei unius turris ligneae partem flamma comprehendit. Ne ad cetera opera transiret incendium, Philotas et Hellanicus obstiterunt, quibus in eam diem machinarum custodia cesserat: et Alexander, mature conspectus, tantum trepidationis injecit hostium animis, ut omissis facibus, quibus armati procurrerant, quidam etiam arma jacientes, effusa fuga oppidum repeterent. [1]) Inde vim facile propellebant, adjuti commoditate loci, quem

---

[6]) Tumultuarium proelium, ein plötzlich entstandenes Gefecht; instructus, in Schlachtordnung gestellt; opportunitas: bona occasio; de victoria concedere, i. e. victoriam (sc. hostibus) concedere, quia inducias petiit; oppetierant, sc. mortem, i. e. ceciderunt; humanitatis ratio, Rücksicht auf Menschlichkeit, Menschengefühl; indulgendum: concedendum.

[7]) Contumelia, Beschimpfung; quos etc., die der Tod uns zu schaden, oder zu nützen, außer Stand gesetzt habe; per vecordiam, auf eine unsinnige Art; consilia, Klugheit, kluge Mittel; jacere (sc. verba), sprechen, sich verlauten lassen.

Inh. Ein zweiter Ausfall der Halikarnaßer. Sie werden zurückgeschlagen, stecken die Stadt in Brand, und werfen sich in zwei Festen, die Alexander bald darauf erobert.

[1]) Later coctus, gebrannter Ziegel; regione: linea; sed etc., sondern in Gestalt eines Halbmondes; munus: opus, labor; quo minore negotio: ut eo facilius; in aliquo occupatum esse,

multo aequiorem obtinebant; et quia murus, sicut diximus, ita constructus erat, ut quamcunque partem invasisset hostis, non a fronte tantum, sed ex utroque laterum, missilibus appeti posset. Post haec Persarum duces, cum omnia sibi in dies arctiora esse viderent, constaretque, non abscessurum Macedonem, donec urbis potiretur, de summa rerum consilium habebant. Ibi Ephialtes, vir animi corporisque robore in paucis conspicuus, incommoda longa obsidionis disseruit: negabatque *exspectandum, donec paullatim accisis viribus exhausti fractique cum ipsa urbe in victoris arbitrium concederent; sed dum aliquid virium superesset, cum robore conductitii militis erumpendum, et alacribus animis cum hoste confligendum esse. Consilium suum, quo in speciem audacius esset, eo plus in exequendo facilitatis habiturum. Hostibus enim alia omnia exspectantibus, et adversus casum, de quo nihil dubitarent, imparatis, superfusum iri suos.* [2]) Neque Memnon, quamquam cauta consilia speciosis praeferre solitus, restitit. Nam etiamsi nihil novaretur, nulla propinqua auxilii spe tristem obsidionis exitum fore prospiciebat; et ut in tanto discrimine, non inconsultum rebatur, experiri virum acrem, et qui velut instinctu quodam ad extrema audenda ageretur. Igitur Ephialtes, duobus millibus ex omni mercenariorum numero delectis, *faces mille parare* jubet, *primaque luce adesse, et armatos exspectare imperium.* Coepta die cum Alexander iterum muro lateritio machinas admovisset, instarentque Macedones operi, Ephialtes, porta subito patefacta, dimidium suorum immitit cum facibus; ipse cum ceteris denso agmine subsequitur, ut hostes incendium prohibituros submoveret. Alexander, intellecto quid ageretur, aciem celeriter instruit, subsidia delecto milite firmat. *Cumque alios ad exstinguendum ignem ire* jussisset, in eos, qui cum Ephialte advenerant, impetum facit. At ille insigni corporis robore, quotquot conferre pedem audebant, obtruncans, suos voce, nutu, et inprimis exemplo ad virtutem animabat. [3]) Ne-

---

mit etwas beschäftiget seyn; custodia, Sorge, Aufsicht; conspectus: apparuit; effusa fuga, in voller Flucht, über Hals und Kopf.

[2]) Vim: impetum; locus aequior, eine bessere, vortheilhaftere Stellung; missilibus appetere, mit Wurfspießen beschießen; arctus, eingeschlossen, b) mißlich; disserere, auseinander setzen, über etwas sprechen; accisis viribus, nach Schwächung, Lähmung der Streitkräfte; arbitrium: potestatem; alacribus animis, rüstigen Muthes; in speciem, dem Anscheine nach; superfusum iri suos: profligatum iri suos.

[3]) Cauta c. speciosis, vorsichtige Entwürfe den scheinbaren; acer,

que parum molestiae e muris exhibebatur hosti: quippe turrem centum cubitorum obsessi erexerant, tormentisque commode dispositis hastas et saxa jaculabantur. Inter haec ex diversa parte urbis (ipsi *Tripylon* vocabant) duce Memnone alius oppidanorum globus, qua minime exspectabatur, erupit: tantusque tumultus incessit castris, ut ipse etiam rex consilii incertus efficeretur. Sed animi magnitudine, et opportunis imperiis omnia pericula propulsabat; et fortuna in tempore subvenit. Igitur et qui machinas incenderant, a Macedonibus, qui ibi curabant, quique a rege missi subsidio venerant, cum magna clade repulsi sunt; et Memnonem Ptolemaeus excepit Philippi filius, regii corporis custos, praeter propriam manum Addaei Timandrique cohortibus stipatus: eaque parte egregie vicerunt Macedones, quamquam Ptolemaeum Addaeumque, et sagittariorum ducem Clearchum cum quadraginta ferme manipularibus amisissent; et hostes cum tanta trepidatione recesserunt, ut angustum pontem, quem ad fossam superandam construxerant, multitudo festinantium ruperit, iis, qui superstiterant, in praeceps devolutis. [4]) Ex quibus nonnulli a suis conculcati interierunt; alios Macedones ex superiore loco telis confixere. Multi, quibus ista calamitas pepercerat, sub ipsa urbis porta necem invenerunt: quippe exterritis omnibus, metuentibusque, ne una Macedones irrumperent, porta praepropere occlusa magnam oppidanorum partem ad exitium hosti tradidit. Inter haec Ephialtes, non spe magis quam desperatione formidabilis, cum regiis ferociter dimicabat: et ancipitem fecisset victoriam, ni laborantibus suis seniores Macedonum mature succurrissent. Ii in castris habebantur immunes operum periculorumque, nisi ubi necessitas exigeret, cum stipendiis praemiisque nihilominus perfruerentur. Meruerant eum honorem fortibus factis, et sub superioribus regibus ipsoque Alexandro bellicis laboribus aetate exacta. Ii, cum suos periculis territos detrectare pugnam, et receptui locum circumspicere intelligerent, Atharia quodam duce, in primam aciem provolant;

---

thätig; ageretur: incitaretur; denso agmine, in dicht geschlossenen Reihen; subsidia delecto milite firmare, das Hintertreffen (Reserve) mit dem Kerne des Heeres verstärken; insigne c. robur, außerordentliche Leibesstärke; pedem conferre, anrücken, fechten.

4) Incessit: ortus est; consilii incertum effici, unschlüßig werden, sich nicht zu rathen wissen, außer Fassung gerathen; opportuna imperia, zweckmäßige B.; subvenit, sc. regi; stipatus: circumdatus, adjutus; egregie vincere: egregiam victoriam reportare; fossam superare, über den Graben gehen; in praeceps devolvi, hinabstürzen.

accensoque quod elanguerat proelio, juniores conviciis et pudore flagitii ad resumendos animos compellunt. [5]) Ita simul acerrimo nisu incumbentibus omnibus, cum aemulationem suam hostium damnis exercerent, momento temporis inclinata fortuna, Ephialtes cum plurimis fortissimisque suorum caesus, reliqui in urbem repulsi sunt. Introierant etiam Macedonum multi, et oppidum vi capiebatur, cum receptui cani rex jussit; sive ut urbi parceret, sive praecipiti jam in vesperum die, noctem et occultas ignotis locis insidias metuebat. Hoc proelium praecipuas obsessorum vires consumsit. Igitur Memnon, re cum Orontobate, qui urbem tenebat, ceterisque ducibus deliberata, nocte intempesta turrim ligneam et porticus, ubi tela servabantur, incendunt, aedificiisque muro vicinis ignem supponunt: quo celeriter concepto, cum et ex porticibus turrique flamma vento agitata accederet, late fuderunt incendium. Oppidanorum militumque validissima pars arcem in insula sitam occupavit; alii in Salmacidem se contulere: alterius arcis id nomen, inditum a fonte, qui ibi est, vulgatissimae famae. Reliquam multitudinem resque pretiosas duces avexerunt in Con insulam. [6]) Alexander, indicio transfugarum, et objecta oculis specie, quae in urbe gesta fuissent cognitis, quamquam media nocte, Macedonas *in urbem irruere, et quos incendium augentes deprehendissent, interficere; si qui domi se continerent, ab eorum caede temperare*, jubet. Luce oborta arces a Persis et mercenariis insessas contemplatus, cum obsidionem earum longi operis futuram suspicaretur, neque pretium putaret, capite gentis expugnato, duabus arcibus assidentem, agendi tempus per otium et inertiam terere, urbem ipsam exscindit, arces muro fossaque circum-

---

[5]) Ex superiore loco, von oben herunter; sub ipsa p., gerade vor dem Thore; victoriam anc. facere, den S. zweifelhaft machen; laborans, bedrängt; immunem operum periculorumque haberi, vom Dienste und von gefährlichen Unternehmungen frei seyn; pugnam detrectare, nicht fechten wollen; in primam aciem provolare, in's erste Treffen voreilen; accensoque etc., feuerten das ermattete Treffen wieder an, und nöthigten die jüngern Krieger durch beschämende Vorwürfe wegen ihres entehrenden Benehmens wieder Muth zu fassen, o. sich zu ermannen.

[6]) Ita simul etc., da hierauf alle zugleich mit der größten Heftigkeit den Feind angriffen, und eine Art Wetteifer zum Nachtheile desselben unterhielten, wandte sich plötzlich das Glück; praecipiti jam etc., da sich der Tag schon zu Ende neigte; rem deliberare, sich über die S. berathschlagen; ignem concipere, Feuer fangen; vulgatissimae famae, von sehr bekanntem Rufe.

septas Ptolemaeum observare jubet, quem cum tribus millibus peregrinorum militum, et equitibus ducentis ad Cariam tuendam relinquebat. Is non longo post tempore, copiis cum Asandro Lydiae praetore conjunctis, Orontobatem acie vicit: et Macedonibus ira taedioque diuturnioris morae, oppugnationi acriter incumbentibus, arces in potestatem redactae sunt. 7) At rex, Phrygiam continentesque provincias animo complexus, Parmenionem cum amicorum turmis, et auxiliariis equitibus, Thessalisque, quibus Alexander Lyncestes praeerat, Sardes mittit, *ut inde in Phrygiam irrueret, venturoque exercitui commeatum et pabulum ex hostico pararet*. Data ad hoc plaustra, quae simul ducerentur. Cum deinde multos Macedonum, paullo ante eam expeditionem ductis uxoribus, desiderium earum impatienter ferre cognovisset; Ptolemaeum Seleuci filium corporis custodem iis praefecit, *domumque deducere* jussit, *cum uxoribus hiberhaturos*. Duo quoque ex ducibus, Coenos atque Meleager, ob eandem causam una profecti sunt. Id regi magnae apud milites commendationi fuit, promtioresque deinde eos ad longinquam militiam reddidit, cum sui rationem habitam viderent, sperarentque, deinceps etiam ad suos visendos subinde commeatum impetraturos esse. Ducibus injunctum est, *ut interim, dum in Macedonia morarentur, strenue delectus agerent; quantasque maximas possent equitum peditumque copias, cum iis, qui tum abibant, sub initium veris adducerent*. Animadverso autem, exercitum Asiaticis moribus infici, magnamque vulgo per castra impudicorum multitudinem haberi, probrosos omnes conquiri jussit, et in parvam quandam Ceramici sinus insulam seposuit: haesitque infamia loco, et ob ejus rei memoriam Cinaedopolis appellatur. 8)

XI. His ita gestis, insistens consilio suo, ut omni maritima ora sui juris effecta, classem hostium inutilem redderet, Hyparnis receptis, quae arcem tenentes mercenarii dediderant, in Lyciam contendit. Ibi pacta cum Telmissensibus amicitia, Xanthoque flumine transmisso, cognominem

---

7) Et obj. oculis specie, und durch den Augenschein selbst von dem, was in der Stadt vorging, unterrichtet, u. s. w.; pretium: operae pretium; acrius incumbere, mit mehr Anstrengung betreiben, beschleunigen.

8) Continentes: adjacentes, finitimas; animo aliquid complecti, auf etwas denken, etwas im Sinne haben; ex hostico, sc. agro; commeatus, Urlaub; strenue delectus habere, die Werbungen eifrig betreiben; haesitque infamia loco, und der üble Ruf blieb dem Orte.

amni urbem, Pinaraque et Patara, nobilia iis regionibus oppida, cum aliis minoribus circiter triginta, in fidem accipit: rebusque satis in praesens compositis, in Myliada procedit. Phrygiae majoris portio Mylias est; sed Persarum regibus placuerat Lyciae eam contribui. Eam dum recipit, adfuere Phaselitarum legati, amicitiam orantes, aureamque coronam hospitale donum afferebant: idem petebant multarum urbium oratores ex inferiore Lycia. Itaque rex, praemissis, quibus oppida sua Phaselitae Lyciique traderent, paucis post diebus Phaselin profectus est. [1]) Oppugnabant illi tum maxime validum praesidium, quod in ipsorum ditione Pisidae construxerant, multasque inde injurias intulerant accolis. Id adventu Alexandri brevi captum fuit. Apud Phaselitas plusculos dies, ut seque et exercitum reficeret, quieti dedit. Invitabat etiam tempus anni; quippe media jam hiems difficiles progredienti vias effecerat. Ibi per hilaritatem et epulas laxato animo, cum statuam Theodecti a civibus suis in foro positam vidisset, ut a coena temulentus surrexerat, saltabundus eo processit, frequentesque ei coronas injecit. Nam Theodecten, cum Aristotelem una audiret, familiarem gratumque habuerat. [2]) Sed otiosos juvenilis animi lusus atrox a Parmenione nuntius cito discussit. Comprehenderat ille Persam quendam Asisinem nomine, a rege Dario palam quidem ad Atyziem Phrygiae satrapam missum, sed cum occultis mandatis, *ut Alexandrum Lyncesten captata occasione secreto conveniret, eique, si destinata effecisset, Macedoniae regnum et mille insuper auri talenta polliceretur.* Nam is, cum Amynta transfuga scelesto consilio inito, occidendi regis partes sibi sumserat. Oderat eum tum aliis de causis,

---

Inh. Die Küstenstädte der angränzenden Länder huldigen dem Alexander; er erweiset der Bildsäule des Theodectus viel Ehre. Alexander Lyncestes, weil er sich einer Verschwörung gegen den König verdächtig gemacht hatte, wird zur Strafe gezogen. Vorbedeutungen dieser Verschwörung. Er begegnet den Juden gnädig, verehrt den wahren Gott, läßt sich ihre heiligen Bücher zeigen, und beschenkt ihren Tempel.

[1]) Insistens: permanens, perseverans in suo consilio; effecta: in suam potestatem redacta; gnominem etc., nahm die Stadt gleiches Namens — in Schutz; contribui: adjungi, conjungi; quibus: ut iis.

[2]) Praesidium oppugnare, die Festung belagern; quieti se dare, Rasttag halten; progredi, vorrücken, fortmarschiren; per hilaritatem et epulas animum relaxare, unter fröhlichen Schmausen sich erholen; frequentes ei coronas injicere, sie mit vielen Kränzen schmücken.

tum quod Heromenem et Arrabaeum, fratres hujus Alexandri, inter paternae necis conscios supplicio affecisset. Et quamquam ipse poena exemtus, multisque postea honoribus ornatus, non simplex beneficium regi deberet; insita animo ferocia et dominandi cupidine nihil nefas putabat, per quod ad regnum via sterneretur. [3]) Re in consilium deducta, *facilitatem regis* arguebant amici, *quod hominem in manifesto maleficio deprehensum, non modo punire non sustinuisset; verum etiam praemiis et honoribus auctum optimae equitatus parti praeposuisset. Quem deinceps ei fidum futurum, si praeter impunitatem propior amicitiae gradus, maximae dignitates, honorificae praefecturae, parricidii merces essent? Igitur mature emendandum, quod nimia lenitate peccatum esset: priusquam ille, consilium emanasse sentiens, Thessalorum mobiles animos ad res novandas induceret. Non contemnendum esse periculum, quo majus ne excogitari quidem possit: neque spernenda Deorum ostenta, qui regem de cavendis insidiis evidenter monuissent.* Nuper enim, dum Halicarnassum obsidens, post longos magnosque labores meridiatione reficitur, hirundo, nota auspiciis avis, magno cum garritu circum caput quiescentis volitaverat, et modo in hoc, modo illud lectuli latus se demiserat, turbulentiorem solito cantum exorsa. Et rex quidem defatigato corpore non penitus excussit somnum, sed tamen avem continuo strepitu molestam sentiens, manu obiter repulit. Illa adeo non exterrita est, ut etiam in ipsius capite consederit, neque prius strepere desierit, quam ab experrecto demum abacta est. [4]) Idque sic interpretatus fuerat Aristander, ut *instare periculum* diceret *ab amico regis; sed insidias in occulto non mansuras. Hoc enim monere naturam avis, quae prae ce-*

---

[3]) Sed otiosas etc., allein diesen unnützen Zeitvertreib des jungen Königs vernichtete schnell eine schreckliche Botschaft vom Parmenio; captata: data; partes sibi sumere, die Rolle auf sich o. über sich nehmen; supplicio afficere, mit dem Tode bestrafen, hinrichten; insita animo ferocia, angeborner Trotz, angeborne Wildheit; sternere, bahnen.

[4]) Rem in consilium deducere, die Sache vor einen Kriegsrath bringen; facilitas: lenitas; sustinere, über's Herz bringen, im Stande seyn; optima equitatus pars, der Kern der Reiterei; propior amicitiae gradus, ein höherer (näherer) Grad der königlichen Gunst; consilium emanavit, der Anschlag, Plan ist bekannt geworden; quo st. quam hoc, sc. periculum; meridiatione refici, sich durch einen Mittagsschlaf stärken, erholen; defatigato corpore, bei seinem ermüdeten, abgematteten Körper; somnum excutere, den Schlaf vertreiben.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

*teris homini familiaris, eademque supra modum garrula esset.* His itaque diligenter expensis, cum indicium Asisinis cum vatis responso convenire cerneret, meminissetque, se matris literis anxie monitum, *ut ab hoc homine sibi caveret*, nihil ultra differendum ratus, quid fieri vellet, Parmenioni significat: nam ut diximus, cum ipso in Phrygiam iverat Lyncestes Alexander. Sed ne quo casu consilium regis parum in tempore proderetur, literas scribi non placuit; sed per hominem fidum atque honoratum mandata perferri. Electus est Amphoterus Crateri frater: qui cum Macedonicum habitum Phrygio mutasset, assumtis Pergensibus aliquot itineris gnaris, ad Parmenionem occultus penetrat. [5]) Ita Alexander comprehenditur: et cum ob veterem suam familiaeque dignitatem et gratiam diu dilatus esset; tertio post anno, dum a Philotae consciis supplicium sumitur, societate criminis, et poena sontium in exitium abreptus periit. Regi ex Phaselide moventi, supra detectas insidias propitius numinis favor alio statim beneficio patuit. Parte exercitus ad Pergensium urbem per montes praemissa, ceteros ipse per litus ducebat, qua Climax mons Pamphylio mari imminens, angustam euntibus semitam relinquit, quoties mare tranquillum est; at cum aestus incubuit, fluctibus operitur: idque hieme frequens et prope perpetuum est. At Alexander, nihil aeque ac moram metuens, exercitum per aequa, per iniqua, eodem ardore atque impetu rapiebat. Continui per eos dies austri flaverant, qui mare in litus propellentes, omnia itineris vestigia altis paludibus opplent: assiduae etiam magnaeque pluviae, ut ventis istis spirantibus solet, ruebant. [6]) Sed adventante Alexandro subito exortus aquilo coelum purgavit imbribus, umbras rejecit in mare, et Macedonibus transitum aperuit. Sic quoque unius diei itinere per incerta vada emergendum fuit, aqua ad umbilicum ferme pertingente. Tantam in periculis Alexandri fiduciam, ut ab ipsius ingenio profectam non dubito; ita frequentibus prodigiis et ominibus auctam confirmatamque fuisse crediderim, postquam decreto numinis, clarissimis maximisque rebus se destinari conjecit. Adhuc in Macedonia degenti species hu-

---

[5]) Diligenter expendere, reiflich erwägen; consilium, Vorhaben; parum in tempore, zur unrechten Zeit; placere, für gut, rathsam finden; penetrat: se confert.

[6]) Differre, warten lassen, hier, zur Bestrafung verschieben; societas criminis, Theilnahme am Verbrechen; per litus, am Ufer; cum etc., wenn die Fluth eintritt; aequa, sc. itinera, i. e. vias; eodem ardore atque impetu rapere, mit gleichem Eifer und Schnelligkeit fortführen; solet, sc. fieri; ruere, herabstürzen.

mana augustior apparuisse dicitur, monens, *ut ad evertendum imperium Persicum quamprimum in Asiam sequeretur:* atque in memoriam insomnii revocatum esse regem, cum in Phoenice res gereret, obvio Judaeorum sacerdote, in quo recognovit ornatum, quem pridem in objecta imagine per quietem viderat. Nam inter obsidionem Tyri vicinis regibus populisque deditionem et delectus imperaverat. Sed Judaei, qui Hierosolyma famosam urbem tenebant, foedus cum Dario causati, Macedonum amicitiam detrectabant. Eam gentis contumaciam puniturus, in Judaeam infesto agmine perrexit. [7]) At Hierosolymitani, ut regis iram lenirent, cum uxoribus liberisque supplices in occursum venientis effunduntur. Sacerdotes primi ibant tenuissima bysso amicti: hos deinde populus candido et ipse vestitu sequebatur. Agmen ducebat Jaddus, summus sacrorum antistes, cum sollemni ornatu. Appropinquantis pompae venustatem speciemque miratus rex, equo desiliens, solus processit, adoratoque Dei nomine, quod aureae laminae insculptum cidaris pontificia praeferebat, ipsum quoque reverenter salutavit. Improvisa res omnium, qui cum eo advenerant, animos in stuporem dedit. Judaei ex propinqui exitii metu non in spem incolumitatis modo, sed inopinatae gratiae fiduciam erecti circumibant regem, laudes gratulationemque et vota miscentes. Contra Syrorum reguli, qui ob crebras acerbasque cum Judaeis simultates Alexandrum secuti fuerant, inimicorum suppliciis, ut rebantur, infesti animi libidinem expleturi, stupebant, dubii, verane essent, quae intuerentur, an aliquod oculorum ludibrium vana imagine sopitos sensus falleret. [8]) Neque minus Macedonas insolentia spectaculi suspensos habuit: donec propius accedens Parmenion interrogare ausus est, *quid ita externis caerimoniis honorem de-*

---

[7]) Transitus, Durchgang; per incerta vada emergere, durch unbekannte Furten waten; decreto numinis, nach dem Rathschluße der Gottheit; species hum. augustior, eine menschliche Gestalt von göttlichem Ansehen; sequeretur, sc. eam speciem; in memoriam alicujus rei revocari, sich an etwas erinnern; famosus, berühmt, ruhmvoll.

[8]) In occursum venientis effundi, dem Anrückenden entgegen gehen; agmen, Zug; summus sac. antistes, Hoherpriester; solennis ornatus, Amtskleid; species, Ansehen; quod etc., welcher auf einer goldenen Platte; omnium animos in stuporem dare, Alle in Erstaunen setzen; gratia, Gnade; gratulatio, Freudensbezeigung; infesti animi libidinem explere, die Lust ihres feindseligen Sinnes stillen; an aliquod etc., oder ein Spielwerk der Augen durch ein leeres Bild die betäubten Sinne täusche.

*ferret, quem a tam foeda gente etiam recipere vix tanto rege dignum esset?* Atque ille insomnium suum retulit. Deinde urbem ingressus, in pulcherrima aede ritu recepto sacrum Deo fecit, et dona templo intulit. Inspexit etiam sacros gentis codices, quibus continebantur diu ante perscripta vaticinia, inter quae Tyrum Macedonibus cessuram, et Persas a Graeco quodam debellatum iri, clare significabatur. Eum se fore interpretatus, Judaeis concessit, *ut domi forisque suis legibus ritibusque libere uterentur; et quia septimum quemque annum agriculturae exsortem agunt, etiam tributorum ista portione solverentur.* Naturam quoque religionis admiratus, quae aliis fructibus inter praestantissimas dives, opobalsamum sola producit, Andromachum iis regionibus praeposuit: quem Samaritani, perpetui Judaeorum hostes, paullo post atrociter necaverunt. Sed haec quidem post Tyrum Gazamque expugnatas gesta sunt: nos per occasionem praecepimus. 9)

XII. Ceterum angustiis ad mare Pamphylium superatis, Alexander Pergis profectus, in itinere obvios habuit Aspendiorum legatos ex principibus civitatis. Ii petentes, *ne praesidium recipere cogerentur, quinquaginta talenta in stipendium militum, et quantum equorum tributi nomine regi Persarum alere consueverant*, promiserunt. Inde rex ad Sidetas, qui Melanem amnem accolunt, progressus est; Cumaeorum ex Aeolide genus, sed sermone barbaro: nam Graecus exoleverat, non diuturnitate temporis, ut accidit; verum *majores suos, ut in eas regiones venerunt, repente oblitos patriae linguae, novam et antea inauditam sonuisse* memorabant. Side recepta, quae Pamphyliae metropolis erat, Syllium ibatur, tutum natura situs oppidum, et tam peregrino milite, quam barbarorum accolentium firma manu

9) Aliquem suspensum habere, Jem. in Ungewißheit halten, lassen; caerimoniae, arum: religio; ritu recepto, nach der angenommenen, gewöhnlichen Sitte; quibus etc., in welcher (heiliger Schrift) sich längst aufgezeichnete Weissagungen befanden; domi forisque, in und außer Landes; et quia etc., und weil sie immer in sieben Jahren die Felder brachliegen ließen, d. alle s. J. keinen Ackerbau trieben, so sollten sie auch in diesem Jahre von Steuern frei seyn; praestantissimas, sc. regiones; per occasionem praecipere, bei dieser Gelegenheit erinnern, erwähnen.

Inh. Alexander stößt auf seinem Marsche auf ein feindliches Heer, und schlägt es. Memnon rüstet sich gegen die Macedonier, besiegt ihre Bundesgenossen, und stirbt bei einem so glücklichen Anfange an der Pest.

egregie munitum. [1]) Ea res, et quia *Aspendios rebellare* nuntiabatur, avertit iter: Aspendumque ductus est exercitus. Illi, subita Macedonum irruptione territi, desertis quae in plano erant aedificiis, in arcem concessere. Alexander, vacua urbe potitus, sub ipsa arce castra communit; et cum peritissimos architectos haberet, apparatu oppugnationis obsessos ad pacem prioribus conditionibus repetendam compulit. Nihil ad majora properanti optatius accidere potuisset, quam loci haud contemnendi longa obsidione non detineretur; ne tamen impunita defectorum temeritas esset, *potissimos civium obsides tradi, pecuniaeque imperatae nec exsolutae summam duplicari,* praecepit: adjectum est, *ut satrapae, quem Alexander praefecisset, obedirent, annua Macedonibus tributa solverent, et de agro,* unde vicinos vi ejecisse arguebantur, *judicio contenderent.* [2]) His ita gestis remensus iter, quod ad Pergensium oppidum ferebat, inde perrexit in Phrygiam. Sed per ista loca ducenti superandae erant angustiae, quas juxta Telmissum, urbem Pisidarum, duo montes ex adverso concurrentes efficiunt, ita strictis faucibus, ut portarum similitudinem referant: easque barbari armata manu utrinque insederant. Alexander in ipso aditu castra poni jubet, ratus, quod evenit, Telmissenses castris locatis periculum differri credentes non diu haesuros in angustiis, sed modico in illis relicto praesidio ceteros in urbem recessuros esse. Igitur occasione haud segniter usus, protinus sagittarios et funditores, quodque ex gravi armatura maxime expeditum erat, inducit; et praesidio barbarorum deturbato, ante ipsam urbem castra collocat. Ibi legatos Selgensium audit, qui ob vetustas cum vicinis Telmissensibus simultates, quamquam ejusdem nationis essent, amicitiam ac auxilia offerebant regi. Quibus perbenigne exceptis, ne in obsidione unius urbis tempus tereret, Sagalassum castra movit, validam urbem et juventutis robore firmatam. [3]) Cum enim omnes Pisidae bellicosi sint, Sagalassen-

---

[1]) Angustiae, enger Paß; aliquem obvium habere, Sem. begegnen; genus, Nachkömmlinge, Colonie; sed sermone barbaro, i. e. qui autem barbaro sermone utebantur; exolescere, aus der Gewohnheit kommen; sonuisse: locutos fuisse.

[2]) Iter avertere, den Marsch ändern; apparatus oppugnationis, Anstalten zur Belagerung; pacem repetere, wieder um Frieden bitten; locus, Platz; judicio contendere, sich einer gerichtlichen Untersuchung unterwerfen.

[3]) Iter remetiri, wieder zurückmarschiren; ducenti, sc. exercitum; ita strictis faucibus, deren Pässe so enge waren; ut — referant, i. e. ut portas aequent; in ipso aditu, gerade vor dem

ses prae ceteris pugnaces habentur. Ii, cum etiam a Telmisso foederatae sociaeque copiae venissent, viris magis quam moenibus confisi, in vicino colle instruxerant aciem, et praemissos ab Alexandro velites opportunitate loci adjuti repulerant: sed Agriani resistebant, quis propinqua jam Macedonum phalanx, et ante prima signa rex conspectus audaciam addiderat. Maximus militi labor fuit per ardua conniti: postquam aequioribus paullo locis consistere datum est, semermum montanorum vulgus haud aegre disjecere. Ex Macedonum ducibus Cleander desideratus est, cum viginti ferme militibus: barbarorum ad quingentos cecidere; ceteros expedita fuga, et locorum notitia protexit. Fugientibus tamen institit rex, contentione, quanta poterat tam grave agmen: eodemque impetu urbs eorum capta est. [4]) Per cetera deinde Pisidiae munita loca circumtulit bellum: quorum nonnulla pugnando cepit; alia conditionibus in fidem venerunt. Telmissum expugnatam, ob pertinaciam civium, solo aequavit; populo libertatem ademit; et paullo post cum aliis quibusdam Pisidiae civitatibus, Celaenarum praefecturae contribuit. Pacatis hunc in modum asperrimis nationibus, in Phrygiam processit, qua Ascanius lacus est, cujus aqua sua sponte concrescens, necessitate salis e longinquo petendi solvit accolas. Dum ea geruntur Memnon, suarum partium reliquiis undique collectis, ut inhaerentem Asiae Alexandrum extorqueret, ad bellum Graeciae Macedoniaeque inferendum cogitationes convertit. Quippe Darius, in hoc uno spem reponens, qui victoris impetum sua virtute suaque prudentia diutissime ad Halicarnassum moratus esset, summae rerum praefecerat eum, magnamque pecuniae vim transmiserat. Itaque mercenariorum manu quantam poterat conducta, cum trecentarum navium classe libero mari vagabatur; et quae tantis conatibus adversa vel aequa futura essent, solerti aestimatione pensabat. [5]) Interea locis, quae minus

---

Eingange, dicht am Eingange; haud segniter: acriter, studiose; maxime expeditum, am leichtesten; deturbare, vertreiben; juventutis robore firmatum, mit dem Kern junger Krieger besetzt.

[4]) Viri, Mannschaft; opportunitas loci, vortheilhafte Stellung; audaciam: animum; per ardua conniti, die Anhöhen ersteigen; semermus, halb bewaffnet, schlecht bewaffnet; expedita fuga, schnelle F.; grave agmen, schwer gerüstetes Heer.

[5]) Per cetera etc., hierauf bekriegte er die übrigen festen Plätze Pisidiens; pugnando: vi; urbem solo aequare, eine St. schleifen; contribuit: addidit, conjunxit; cujusque aqua etc., dessen Wasser von selbst zu Salz sich verdichtet, und die Umherwohnenden der Nothwendigkeit, dasselbe weit herzuholen, überhebt; cogitationes ad

anxie custodiebantur, occupatis (inter quae et Lampsacus fuerat), insulas aggressus est, quibus Macedones, quamquam utrinque continenti potirentur, ob inopiam navium auxilium ferre non poterant. Juvit consilium ducis animorum mira ubique dissensio; cum aliis ad Alexandrum libertatis auctorem res trahentibus, non deessent, qui Persicis opibus aucti, propriam sub veteribus dominis potentiam, quam liberata republica eandem omnium aequalitatem mallent. Igitur Athenagoras et Apollonides ex Chiorum optimatibus, re cum Phisino Megareoque, et aliis suae factionis hominibus communicata, Memnonem arcessunt. Ita Chius proditione capitur, et praesidio ibi collocato, urbanarum rerum administratio Apollinidi sociisque traditur. Inde Lesbum petens, Antissam, Pyrrham et Eressum nullo negotio capit; Methymnae Aristonicum tyrannum imponit, totamque insulam, excepta Mitylene nobilissima urbe, in potestatem redigit. [6]) Ea multis diebus obsidionem constanter pertulit: nec ab ipso Memnone capta est. Ille enim cum jam magnis operibus urbem circumvallasset, et occluso portu, naviumque stationibus per opportuna loca dispositis, ne qua subsidio venientibus aditus pateret, providisset; pestilenti morbo correptus, praeclaram Persarum spem, irreparabili cum ipsorum damno, deseruit. Sed cum se jam morti vicinum intelligeret, Pharnabazo, sororis suae filio, quem Artabazo pepererat, imperium suum tradidit, donec Darius, re comperta aliter statueret. [7]) Hic cum Autophradate classis praefecto munia partitus, eo tandem obsessos adegit, ut securo praesidii discessu pacto, columnas, quis foederis cum Alexandro leges insculptae erant, subverterent; Darioque fidem polliciti, dimidiam exulum suorum partem reciperent. At Persae non integra fide pactis stetere; sed introductis in urbem militibus, Lycomedem Rhodium praeesse jusserunt: Diogeni, qui ob studia in Persas exsulaverat, patriae tyrannis tradita est. Pecunia deinceps privatim ab opulen-

---

aliquid convertere, die Gedanken auf etwas richten; impetus, Hitze; manus, Truppen; libero mari, sc. ab hostibus; vagari, kreuzen; conatus, Plan; solerti aestimatione pensare, sorgfältig überlegen.

[6]) Continenti potiri, vom festen Lande Meister seyn; ad Alexandrum res trahentibus: ab Alex. stantibus; aucti: locupletati; liberata, sc. dominatione, servitute; eadem omnium aequalitas, allgemeine Gleichheit.

[7]) Navium stationes per opportuna loca disponere, die Schiffe an vortheilhafte Standörter vertheilen; aliter statuere, andere Verfügungen treffen.

tissimo quoque per vim ablata; neque eo minus imperatum tributum, quod commune Mitylenaeorum penderet. 8)

---

8) Munia: imperium, Befehlshaberstelle; securo etc., nach einem bedungenen sichern Abzuge der Besatzung; lex, Bedingung, Punkt; exsulaverat: proscriptus, in exsilium missus erat; auferre: extorquere, per vim capere, erpressen.

# Q. CURTII RUFI DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI HISTORIARUM

## LIBER III.

### I.

Inter haec Alexander, ad conducendum ex Peloponneso militem, Cleandro cum pecunia misso, Lyciae Pamphyliaeque rebus compositis, ad urbem Celaenas exercitum admovit. Mediam illa tempestate interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Graecorum carminibus inclytus. [1]) Fons ejus ex summo montis cacumine excurrens, in subjectam petram magno strepitu aquarum cadit: inde diffusus, circumjectos rigat campos, liquidus, et suas dumtaxat undas trahens. Itaque color ejus placido mari similis, locum poëtarum mendacio fecit: quippe traditum est, *Nymphas amore amnis retentas, in illa rupe considere.* [2]) Ceterum, quamdiu intra muros

---

Inh. Nach Eroberung der Stadt und Festung Celänä rückt A. in die Hauptstadt Phrygiens ein, wo er den gordischen Knoten auflöset, und sich dann rüstet, dem Darius entgegen zu gehen.

[1]) Ad conducendum, sc. mercede; militem. Der Singular steht hier nachdrucksvoll statt milites; Peloponnesus, die berühmte Halbinsel, das jetzige Morea; Celaenae, eine ehemals sehr blühende Stadt Phrygiens; illa tempestate: illo tempore; weil in der Folge Celänä zerstört, und an einem andern Orte unter dem Namen Apamea aufgebaut wurde.

[2]) In subj. petram cadere, auf den darunter liegenden Felsen sich herabstürzen; diffundi, sich ausbreiten; suas — trahens (Wasser führen): quippe, qui aliorum amnium confluxu non turbatur; locum etc., gab den Dichtern Veranlassung zu der Fabel (Unwahrheit, Dichtung); Nymphas: Die Nymphen waren Mittelwesen zwischen den Göttern und Menschen, welche die dichterische Phantasie der Griechen schuf, und damit die ganze Natur belebte; es gab eine ungeheure Menge Arten von Nymphen, als: Wasser-, Berg-, Wiesen-, Hainnymphen etc.

fluit, nomen suum retinet: at cum extra munimenta se evolvit, majore vi ac mole agentem undas *Lycum* appellant. Alexander quidem urbem destitutam a suis intrat: arcem vero, in quam confugerant, oppugnare adortus, caduceatorem praemisit, qui denuntiaret, *ni dederent, ipsos ultima esse passuros*. [3]) Illi caduceatorem in turrim, et situ et opere multum editam, perductum, *quanta esset altitudo, intueri* jubent, *ac nuntiare Alexandro, non eadem ipsum et incolas aestimatione munimenta metiri: se scire inexpugnabiles esse; ad ultimum, pro fide morituros*. Ceterum ut circumsideri arcem, et omnia sibi in dies arctiora viderunt esse; *sexaginta dierum inducias* pacti, *ut, nisi, intra eos auxilium Darius ipsis misisset, dederent urbem:* postquam nihil inde praesidii mittebatur, ad praestitutam diem permisere se regi. [4]) Superveniunt deinde legati Atheniensium, petentes, *ut capti apud Granicum amnem redderentur sibi*. Ille *non hos modo, sed etiam ceteros Graecos restitui suis jussurum* respondit, *finito Persico bello*. Ceterum Dario imminens, quem nondum Euphratem superasse cognoverat, undique omnes copias contrahit, totis viribus tanti belli discrimen aditurus. [5]) Phrygia erat, per quam ducebatur exercitus; pluribus vicis, quam urbibus frequens. Tunc habebat quondam nobilem Midae regiam; *Gordium* nomen est urbi, quam Sangarius amnis interfluit, pari intervallo Pontico et Cilicio mari distantem. Inter haec maria angustissimum Asiae spatium esse comperimus, utroque in arctas fau-

---

[3]) Majore etc., und sein Strom stärker und heftiger wird etc.; Lycum (*λυκον*): Curtius, der hinsichtlich der Erdbeschreibung oft unrichtig ist, verwechselt hier den Fluß Marsyas mit dem Lykus, in welchen sich der Marsyas ergoß; a suis, sc. incolis; caduceator (caduceus), ein Friedensherold, im Gegensatze vom Fecialis, dem Kriegsherolde; dederent, sc. se; ultima: suppliciorum et periculorum extrema.

[4]) Opus, Bau, Kunst; non eadem aestimatione metiri, nicht gleich beurtheilen, nicht dieselbe Vorstellung haben; ad ultimum: si nihilominus munimenta tandem expugnarentur; arctus (arceo), eingeschlossen, enge, b) mißlich; ad praestitutam diem, auf den bestimmten Tag; permisere, i. e. dedere.

[5]) Superveniunt. Nach Arrian geschah dieses bei der Stadt Gordium; Euphratem. Ein Fluß in Asien, welcher in den persischen Meerbusen sich ergießt; er bildet westwärts, wie der Tigris südwärts die Gränze von Mesopotamien; tanti belli discrimen adire, bei einem so weit aussehenden Krieg ein entscheidendes Treffen liefern. Belli discrimen est proelium, quod de universo bello, et de Asiae imperio videbatur decreturum. Schmieder.

ces compellente terram. [6]) Quae quia continenti adhaeret, sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulae praebet; ac, nisi tenue discrimen objiceret, maria, quae nunc dividit, committeret. Alexander, urbe in suam ditionem redacta, Jovis templum intrat. Vehiculum, quo Gordium Midae patrem vectum esse constabat, adspexit, cultu haud sane a vilioribus vulgatisque usu abhorrens. [7]) Notabile erat jugum adstrictum compluribus nodis in semetipsos implicatis, et celantibus nexus. Incolis deinde affirmantibus, *editam esse oraculo sortem, Asiae potiturum, qui inexplicabile vinculum solvisset:* cupido incessit animo sortis ejus implendae. Circa regem erat et Phrygum turba, et Macedonum: illa expectatione suspensa, haec sollicita ex temeraria regis fiducia. [8]) Quippe serie vinculorum ita adstricta, ut unde nexus inciperet, quove se conderet, nec ratione, nec visu percipi posset, solvere aggressus injecerat curam, ne in omen verteretur irritum inceptum. Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis, *nihil,* inquit, *interest, quomodo solvantur,* gladioque ruptis omnibus loris, oraculi sortem vel elusit, vel implevit. [9]) Cum deinde Darium, ubicunque es-

---

[6]) Pluribus vicis quam urbibus frequentem esse, volkreicher in Dörfern als in den St. seyn: weil sich die Einwohner der Dörfer stark auf die Schafs- und Ziegenzucht legten; Midas, ein alter König Phrygiens, war ein Sohn des Gordius; von ihm erzählt die Fabel mancherlei Sagen; Gordium, vom Könige Gordius erbaut, und nach seinem Namen benannt, war seine und seiner Nachkommen Residenz; pari intervallo, sc. a — distare, gleich weit entfernt seyn; utroque, sc. latere, indem beide Seiten des Meeres eine schmale Erdenge bilden.

[7]) Quae quia etc., weil nun dieses Stück von Asien mit dem festen Lande zusammenhängt; speciem insulae praebet, i. e. insulae similis est; discrimen (discerno), Zwischenraum, b) tenue, schmaler Erdstrich; objiceret, i. e. interponeret; maria, sc. utraque, Ponticum et Cilicium; committeret, i. e. conjungeret, commisceret; cultu haud etc., der sich in der That von den gemeinen und gewöhnlichen durch Pracht nicht unterschied.

[8]) Jugum, das Joch, b) die Wage an der Deichsel: Einige lesen *vinculum,* und Scheffer jugi vinculum. Man kann es geben: Merkwürdig war der Knoten an der Deichsel, an welcher die Riemen dergestalt ineinander geschlungen waren, daß man ihre Verbindung nicht sehen konnte; editam esse oraculo sortem, i. e. a deo vel sacerdote editum esse oraculum (Orakelspruch) vel vaticinationem; illa etc., jener (Schwarm, Haufe, Menge, Schaar, Abtheilung) war voll Erwartung (wegen des Ausganges), dieser hingegen besorgt wegen des unbesonnenen Vertrauens des Königs zu sich selbst.

[9]) Nexus, das Zusammenknüpfen; quo se conderet, i. e. quo

set, occupare statuisset, ut a tergo tuta relinqueret, Amphoterum classi ad oram Hellesponti, copiis autem praefecit Hegelochum, Lesbum et Chium et Con praesidiis hostium liberaturos. His talenta ad belli usum quingenta attributa: ad Antipatrum, et eos, qui Graecas urbes tuebantur, sexcenta missa: ex foedere naves sociis imperatae, quae Hellesponto praesiderent. [10]) Nondum enim Memnonem vita excessisse cognoverat: in quem omnes intenderat curas, satis gnarus, cuncta in expedito fore, si nihil ab eo moveretur. Jamque ad urbem Ancyram ventum erat, ubi numero copiarum inito, Paphlagoniam intrat; huic juncti erant Eneti, unde quidam Venetos trahere originem credunt; omnisque haec regio paruit regi: datisque obsidibus, *tributum, quod ne Persis quidem tulissent, pendere ne cogerentur*, impetraverunt. Calas huic regioni praepositus est: ipse, assumtis qui ex Macedonia nuper advenerant, Cappadociam petiit. [11])

---

finiretur, vel finem haberet; nec ratione nec visu percipere, weder errathen, noch wahrnehmen; aggressus, sc. seriem vinculorum. Einige lesen: *solvere aggresso*; curam, sc. Macedonibus; inceptum in omen irritum vertere, das Unternehmen als eine schlimme (vergebliche) Vorbedeutung auslegen; nequaquam, Andere: *nequicquam*; gladio rumpere, mit dem Schwerte zerhauen; Aristobulus, ein Augenzeuge, behauptet beim Arrian B. 1. K. 2., daß Alexander den Knoten nicht zerhauen, sondern vielmehr ganz leicht aufgelöst habe, indem er den hölzernen Nagel, der die Deichsel an den Wagen befestigte, herausgenommen hätte.

[10]) Occupare, i. i. inopinantem opprimere, überfallen, angreifen; copiis, sc. pedestribus, exercitui terrestri; Lesbum. Lesbos, Chios und Cos, drei Inseln im Aegeischen Meere. Alexander hatte sie den Persern entrissen, und Memnon nahm sie wieder weg, um von da den Krieg nach Macedonien zu spielen; er starb aber mitten unter diesen schönen Entwürfen; ex foedere: ex st. secundum; naves sociis imperare, den B. befehlen, Schiffe herbeizuschaffen; praesiderent, i. e. tuerentur.

[11]) Intendere, richten; satis gnarus, i. e. bene sciens; in expedito esse, leicht seyn, nichts zu sagen haben; si etc., wenn dieser ruhig bliebe; Ancyra (jetzt Angora), eine Stadt in Galatien, welche Landschaft zu Alexanders Zeiten noch zu Großphrygien gehörte; numerum copiarum inire, i. e. copias numerare, lustrare; juncti, i. e. confines, finitimi; Eneti v. Heneti, ein paphlagonisches Volk, welches um den Partheniusfluß (jetzt Gerebasu) wohnte. Man leitet von ihnen die nachherigen Einwohner des venetianischen Gebietes in Italien ab, die Veneter, wiewohl unrichtig; denn diese waren unstreitig Gallier oder Illyrier.

II. At Darius, nuntiata Memnonis morte haud secus quam par erat motus, omissa omni alia spe, statuit ipse decernere: quippe quae per duces suos acta erant, cuncta damnabat, ratus, pluribus curam, omnibus abfuisse fortunam. Igitur castris ad Babylonem positis, quo majore animo capesserent bellum, universas vires in conspectum dedit: et circumdato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet, Xerxis exemplo numerum copiarum iniit. [1]) Orto sole ad noctem agmina, sicut descripta erant, intravere vallum. Inde occupaverunt emissa Mesopotamiae campos: equitum peditumque propemodum innumerabilis turba, majorem quam pro numero speciem gerens. Persarum erant centum millia: in quis eques triginta millia implebat. Medi decem equitum, quinquaginta millia peditum habebant. Barcanorum equitum duo millia fuere, armati bipennibus, levibusque scutis cetrae maximae speciem reddentibus: peditum decem millia pari armatu sequebantur. [2]) Armenii quadraginta millia miserant peditum, additis septem millibus equitum. Hyrcani egregii, ut inter illas gentes, sex millia expleverant, equis militatura. Derbices quadraginta millia peditum armaverant: pluribus haerebant ferro praefixae hastae; quidam lignum igni duraverant. Hos quoque duo millia equi-

---

Inh. Musterung des persischen Heeres, von welchem der Athener Charidem auf des Königs Verlangen sehr richtig und freimüthig urtheilt, und deßhalb sein Leben verliert.

[1]) Haud — erat, nicht weniger, als es sich ziemte, d. h. den Verdiensten dieses Mannes gemäß; spem omittere, die H. fahren lassen, nämlich hinsichtlich seiner übrigen Anführer; decernere: proelium committere; damnabat: improbabat; mihi cura, fortuna abest, ich bin sorglos, unglücklich; capescere, beginnen; in conspectum dare, sehen lassen; circumdato vallo, i. e. loco, vallo circumdato; Xerxis exemplo: X. musterte auf diese Art sein fast unzählbares Heer bei der Stadt Doriscos am Fluße Hebros in Thracien, in welcher seit dem Zuge des Darius Hystaspis persische Besatzung gelegen hatte.

[2]) Agmina: copiae; descripta: distributa; majorem — gerens, die (Menge) noch größer schien, als sie wirklich war; eques, der Sing. st. des Plur. Barcanorum: die Barcaner, in der Nachbarschaft der Hyrkaner, in der Provinz Sogdiana; bipennis (bis und penna), sc. securis, zweischneidige Axt, vorn mit einer Spitze zum Stechen versehen, Hellebarde; cetra, war ein kleiner Schild von Leder, dessen sich die Spanier und Afrikaner bedienten. Er war leicht, hing mit einem Riemen am Halse, und diente zur Bedeckung des Kopfes gegen Angriffe der Reiterei; speciem reddere, i. e. similem esse.

tum ex eadem gente comitata sunt. [3]) A Caspio mari octo millium pedester exercitus venerat, ducenti equites cum his erant. Ignobiles Asiae gentes duo millia peditum, equitum duplicem paraverant numerum. His copiis triginta millia Graecorum mercede conducta, egregiae juventutis, adjecta sunt. Nam Bactrianos, et Sogdianos, et Indos, ceterosque rubri maris accolas, ignota etiam ipsi gentium nomina, festinatio prohibebat acciri. [4]) Nec quidquam illi minus, quam multitudo militum defuit: cujus tum universae adspectu admodum laetus, purpuratis solita vanitate spem ejus inflantibus, conversus ad Charidemum Atheniensem, belli peritum, et ob exsilium infestum Alexandro (quippe Athenis jubente eo fuerat expulsus), percontari coepit: *satisne ei videretur instructus ad obterendum hostem?* At ille et suae sortis, et regiae superbiae oblitus, *Verum*, inquit, *et tu forsan audire nolis; et ego, nisi nunc dixero, alias nequidquam confitebor. Hic tanti apparatus exercitus, haec tot gentium, et totius Orientis excita sedibus suis moles, finitimis potest esse terribilis: nitet purpura auroque, fulget armis et opulentia, quantam qui oculis non subjecere, animis concipere non possunt.* [5]) *Sed Macedonum acies torva sane et inculta, clipeis hastisque immobiles cuneos, et conserta robora virorum tegit. Ipsi* phalangem *vocant*

---

[3]) Armenii. Diese wohnten zwischen caspischem Meere, Medien und Cappadocien. Die Hyrkaner bewohnten jenen Theil des caspischen Meeres, der sich gegen Süden und Aufgang erstreckt; gentes, sc. reperiri possunt. Derbices, eine ehemals berühmte und mächtige Nation in Asien, an beiden Ufern des Oxus, beim Einfluße in das hyrkanische Meer. Pluribus etc. Die Meisten derselben hatten Speere, welche an der Spitze mit Eisen beschlagen waren; Einige führten unbeschlagene, nur im Feuer gehärtete Stücke Hölzer. Statt haerebant liest Vossius: *erant*, welches deutlicher ist.

[4]) Asiae, Andere: *aliae*; parare, verschaffen, stellen; egregiae juventutis, i. e. egregiorum juvenum; Bactrianos et Sogdianos: Diese beiden Völker wohnten in der Nähe des nördlichen Indiens, an beiden Ufern des Oxus (jetzt Gibon), der die Gränze zwischen ihnen bildete; ipsi: Dario.

[5]) Universae, sc. multitudinis; Purpuratis: Man begreift unter diesem Worte Minister, Heerführer und Satrapen; solita vanitate spem inflare, nach ihrer gewöhnlichen Unwahrheit die H. größer machen, mehr beleben; suae sortis: Weil er als Verwiesener unter dem Schutze dieses stolzen Despoten lebte; molem excitare, die Menge aufrufen, aufbieten; finitimis: tuis; fulget — opulentia: fulget armis pretiosis, auro argentove ornatis; oculis subjicere: videre; animis concipere, fassen, sich vorstellen.

*peditum stabile agmen. Vir viro, armis arma conserta sunt: ad nutum monentis intenti, sequi signa, ordines servare didicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt: obsistere, circumire, discurrere in cornu, mutare pugnam, non duces magis, quam milites callent.* 6) *Et ne auri argentique studio teneri putes, adhuc illa disciplina paupertate magistra stetit. Fatigatis humus cubile est: cibus, quem occupant, satiat: tempora somni arctiora, quam noctis sunt. Jam Thessali equites, et Acarnanes, Aetolique: invicta bello manus, fundis credo, et hastis igne duratis repellentur.* 7) *Pari robore opus est. In illa terra, quae hos genuit, auxilia quaerenda sunt: argentum istud atque aurum ad conducendum militem mitte.* Erat Dario mite ac tractabile ingenium, nisi suam naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque veritatis impatiens, hospitem ac suppli-

---

6) Acies, Schlachtordnung; atrox, ungekocht, b) abscheulich, gräßlich; incultus, ohne Pracht, schmucklos; cuneus, keilförmiger Heerhaufen, Heerabtheilung (Colonne); conserta, Andere: *conferta*; conserta robora virorum: consertos (dicht geschlossen, von consero) viros robustos; ipsi etc., sie (die Mac.) nennen ihr nicht wankendes Heer zu Fuß Phalanx. Bei diesem ist Mann an Mann, Waffe an Waffe dicht beisammen; Phalanx, ein macedonischer Heerhaufe (Corps) von 16000 Mann schwerbewaffneten Fußvolkes, in die Mitte der Schlachtordnung gestellt, und in 10 Cohorten getheilt, die 100 Mann in der Ausdehnung (Fronte) und 16 Mann hoch standen, welche Stellung jedoch nach Maßgabe der Gegend, wo sie kämpften, verändert wurde, was Curtius circumire, discurrere in cornu, mutare pugnam etc. nennt. Sie hatten einen langen Säbel, einen großen Schild, und einen Speer von 21 Fuß. Unsere heutigen Massen sind ihm nachgebildet; monentis, i. e. imperatoris, ducis; obsistere, i. e. consistere, Halt machen, b) Fronte machen; circumire, herumgehen, b) sich rechts und links schwenken, auflaufen; discurrere, von hinten auf die Flügel, nach der Fronte sich ziehen; pugnam mutare, die Art des Treffens, die Schlachtordnung verändern; non magis, quam, eben so gut, als; milites, sc. gregarii.

7) Studio alicujus teneri, von der Begierde nach etwas gefesselt werden; adhuc etc., jene Kriegszucht, welche sie die Dürftigkeit lehrte, besteht auch jetzt noch fort: Curtius will hier sagen: illa disciplina, quae paupertate magistra stetit, adhuc stat, quia adhuc pauperes sunt; cubile, Lagerstatt; occupant, i. e. forte, casu inveniunt; satiat, sc. eos. Man kann es geben: Das erste beste, was sie, um ihren Hunger zu stillen, finden, ist ihnen zur Nahrung gut genug; tempora etc., sie schlafen nicht die ganze Nacht hindurch; invicta bello manus, diese unüberwindlichen Truppen; credo, vermuthlich, wohl, ironisch; repelli, sich zurücktreiben lassen.

cem, tunc maxime utilia suadentem, *abstrahi* jussit *ad capitale supplicium.* Ille ne tum quidem libertatis oblitus, *habeo*, inquit, *paratum mortis meae ultorem: expetet poenas mei consilii spreti is ipse, contra quem tibi suasi.* [8]) *Tu quidem licentia regni tam subito mutatus, documentum eris posteris, homines, cum se permisere fortunae, etiam naturam dediscere.* Haec vociferantem, quibus erat imperatum, jugulant. Sera deinde poenitentia subiit regem, ac *vera dixisse* confessus, *eum sepeliri* jussit. [9])

III. Thymodes erat, Mentoris filius, impiger juvenis, cui praeceptum est a rege, *ut omnes peregrinos milites*, in quîs plurimum habebat spei, *a Pharnabazo acciperet*, opera eorum usurus in bello: ipsi Pharnabazo tradit imperium, quod ante Memnoni dederat. Anxium de instantibus curis, agitabant etiam per somnum species imminentium rerum; sive illas aegritudo, sive divinatio animi praesagientis arcessit. [1]) Castra Alexandri magno ignis fulgore collucere

---

[8]) Robur, Stärke, b) tapfere Truppen, Kerntruppen; conducere, sc. mercede, in Sold nehmen, b) werben; tractabile ingenium, ein biegsamer, lenkbarer Charakter; supplicem; supplex (sub und plico), der niederkniet, b) um Erbarmung, um Gnade anflehend, hier: der sich Jem. Gnade und Schutz empfiehlt; ad capitale supplicium trahere, zur Todesstrafe hinschleppen, hinrichten; libertas, Freimüthigkeit; is ipse, sc. a te Dario.

[9]) Tu — mutatus: tu, quem regia potestas tam cito mutavit. Edd. cum notis Variorum. Licentia regni: i. e. tibi quidem regi, quia vel injustissima licere putas, subito ingenium mite mutatum est in iracundum. Schmieder. Documentum, i. e. exemplum; naturam dediscere, Andere: *a natura desciscere;* sera — regem, i. e. serius deinde poenituit regem.

Inh. Thymodes, Mentors Sohn, wird Befehlshaber der griechischen Söldner; Pharnabaz kommt an die Stelle des Memnon. Auslegungen der Träume und Vorbedeutungen des Darius. Prachtvoller Zug des persischen Heeres. Vergleichung des persischen mit dem macedonischen Heere.

[1]) Mentoris. M. war ein Bruder des Memnon; impiger, thätig; peregrinos m., sc. Graecos, mercede conductos; opera, Dienste. Anxium de instantibus. Locus hic varie scribitur: Ordo videtur: anxium curis de instantibus, sunt curae de rebus illis, negotiis, periculis, quae instant, imminent. Edd. Snakenburg. Agitabant etc., es beunruhigten ihn außerdem im Traume Gestalten (Bilder, Erscheinungen) von bevorstehenden Ereignissen, die entweder sein Kummer (aegritudo, sc. animi), oder die Ahnung seines in die Zukunft blickenden Geistes erzeugten.

ei visa sunt: et paullo post Alexander adduci ad ipsum in eo vestis habitu, quo ipse fuisset: equo deinde per Babylonem vectus, subito cum ipso equo oculis esse subductus. Ad haec vates varia interpretatione curam distrinxerant: alii *laetum id regi somnium esse* dicebant; *quod castra hostium arsissent, quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico et vulgari habitu perductum esse vidisset.* [2]) Quidam contra augurabantur: *quippe illustria Macedonum castra visa, fulgorem Alexandro portendere: quem regnum Asiae occupaturum esse, haud ambigere; quoniam in eodem habitu Darius fuisset, cum appellatus est rex.* Vetera quoque omina, ut fit, sollicitudo revocaverat: *Darium enim in principio imperii vaginam acinacis Persicam jussisse mutari in eam formam, qua Graeci uterentur; protinusque Chaldaeos interpretatos, imperium Persarum ad eos transiturum, quorum arma esset imitatus.* [3]) Ceterum ipse et vatum responso, quod edebatur in vulgus, et specie, quae per somnum oblata erat, admodum laetus, castra ad Euphratem moveri jubet. Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere. Die jam illustri, signum e tabernaculo regis buccina dabatur. Super tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago solis crystallo inclusa fulgebat. [4]) Ordo autem agminis erat talis. Ignis, quem ipsi *sacrum et aeternum* vocabant, argenteis altaribus praeferebatur. Magi proximi patrium carmen canebant. Magos

---

[2]) Castra etc., er sah im Traume Alexanders Lager in Flammen stehen; Alexander, Andere: *Alexandrum*; fuisset: quum nondum esset rex; oculis subduci, sich den A. entziehen, verschwinden; distrinxerant, Vulgata: *distraxerant*; distringere, i. e. augere; laetum somnium, ein glücklicher Traum.

[3]) Illustris, hell, lichtvoll; fulgorem portendere, Ruhm prophezeien; haud ambigere, i. e. non dubitare; quem — ambigere. In Rücksicht dieser Stelle gibt es verschiedene Lesarten, die alle auf dasselbe hinausgehen. Revocaverat, sc. in memoriam; chaldaeos, sc. sacerdotes, vates: Die Chaldäer wohnten bei Babylon zwischen Euphrat und Arabien, zeichneten sich durch Cultur, vornämlich in der Sternkunde aus. Sie legten wahrscheinlich den Grund zum babylonischen und assyrischen Reiche. Ihr Name wurde dann in den der Babylonier und Assyrier verwandelt, und erhielt sich nur noch in dem Priestergeschlechte der Babylonier, die einen der vornehmsten Stände in diesem Reiche ausmachten.

[4]) In vulgus edi, unter dem Volke bekannt werden, sich verbreiten; procedere, aufbrechen; die illustri, bei hellem Tage; crystallo inclusa, in K. eingefaßt. Dieses Bild war wahrscheinlich aus Gold. Die Perser verehrten vorzüglich das Feuer und die Sonne.

trecenti et sexaginta quinque juvenes sequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero; quippe Persis quoque in totidem dies descriptus est annus. Currum deinde Jovi sacratum albentes vehebant equi, hos eximiae magnitudinis *equus*, quem *Solis* appellabant, sequebatur. Aureae virgae et albae vestes regentes equos adornabant. [5]) Haud procul erant vehicula decem, multo auro argentoque caelata. Sequebatur haec equitatus duodecim gentium variis armis et moribus. Proximi ibant, quos Persae *Immortales* vocant, ad decem millia. Cultus opulentiae barbarae non alios magis honestabat: illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant, manicatasque tunicas, gemmis etiam adornatas. Exiguo intervallo, quos *cognatos regis* appellant, decem et quinque millia hominum. Haec vero turba muliebriter propemodum culta, luxu magis, quam decoris armis conspicua erat, [6]) *Doryphori* vocabantur proximum his agmen, soliti vestem excipere regalem. Hi currum regis anteibant, quo ipse eminens vehebatur. Utrumque currus latus Deorum simulacra ex auro argentoque expressa decorabant: distinguebant internitentes gemmae jugum; ex quo eminebant duo aurea simulacra cubitalia, quorum alterum Nini, alterum Beli gerebat effigiem. Inter haec auream aquilam pinnas extendenti similem sacraverant. [7]) Cultus regis

---

[5]) Magi. Die Magier oder Priester besorgten die Opfer, hatten die Aufsicht über alle religiösen Gebräuche, verwahrten bei den Persern das heilige und ewige Feuer, weissagten und legten Träume und Erscheinungen aus. Sie standen in einem großen Rufe der Weisheit, und waren die Erzieher und Lehrer der Prinzen, so daß Niemand König der Perser seyn konnte, der nicht ihren Unterricht genossen hatte. Sie umgaben stets den König, und wurden von ihm zu Rathe gezogen. Persis: Der Dativ st. apud Persas; descriptus, i. e. divisus; solis, i. e. solis equum; regentes: eos, qui regebant equos.

[6]) Caelare, in eine Vertiefung legen, auslegen; immortales, der Ehrenname einer Heeresabtheilung bei den Persern von 10000 Mann, welche immer vollzählig erhalten wurden; opulentiae (Pracht) barbarae, ubi omnia materia potius et mole, quam artificum operibus censentur. Freinsh. in Indice. Non alios magis honestabat, i. e. ceteros minus adornabat; illi: immortales; cognati: nicht bloß Verwandte, sondern auch Freunde, Gesellschafter; hominum, sc. sequebantur; culta, i. e. vestita, ornata; decoris armis conspicuum esse, durch anständige, niedliche, vorzügliche W. sich auszeichnen, in die Augen fallen, auffallend seyn.

[7]) Doryphori, Spieß-Lanzenträger: so hießen die Soldaten der Leibwache, welche den König auf dem Feldzuge begleiteten; excipere: portare; expressa: fabricata; distinguebant: ornabant; ju-

inter omnia luxuria notabatur. Purpureae tunicae medium album intextum erat: pallam auro distinctam aurei accipitres, velut rostris inter se corruerent, adornabant; et zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma erat vagina. *Cidarim* Persae regium capitis vocabant insigne: hoc caerulea fascia albo distincta circumibat. Currum decem millia hastatorum sequebantur: hastas argento exornatas, spicula auro praefixa gestabant. Dextra laevaque regem ducenti ferme nobilissimi propinquorum comitabantur. Horum agmen claudebatur triginta millibus peditum, quos equi regis quadringenti sequebantur. [8]) Intervallo deinde unius stadii, matrem Darii Sysigambim currus vehebat; et in alio erat conjux. Turba feminarum reginas comitantium equis vectabatur. Quindecim dein, quas *armamaxas* appellant, sequebantur. In his erant liberi regis, et qui educabant eos, spadonumque grex, haud sane illis gentibus vilis. Tum regiae pellices trecentae et sexaginta vehebantur, et ipsae regali cultu ornatuque. Post quas pecuniam regis sexcenti muli, et trecenti cameli vehebant, praesidio sagittariorum prosequente. [9]) Propinquorum amicorumque conju-

---

gum, Deichsel. Der Wagen des Darius wurde von vier Pferden gezogen, die neben einander hergingen. Dergleichen Wagen hatten ehemals eine doppelte Deichsel. Simulacra cubitalia, Bildnisse von einer Elle. Ninus, ein alter assyrischer König, der Nachfolger des Belus, dessen ganze Geschichte aus Traditionen besteht. Belus, ein König in Babylon, aus der chaldäischen Dynastie, welcher dem Priesterstande eine bessere Einrichtung gab, den Thurm zu Babylon gebaut, und zu einer Sternwarte eingerichtet haben soll. Effigiem alicujus gerere, Jem. vorstellen; aquilam. Der Adler war das Symbol der königl. Macht. Inter haec, sc. simulacra; sacrare, als heilig aufstellen.

[8]) Notari, sich auszeichnen; purpureae etc., sein Purpurrock war in der Mitte mit Silber durchwirkt; album bedeutet substantive etwas Weißes, es sey, was es wolle; corruere, zusammenstürzen; zona aurea, Andere: *e zona aurea*, bei dieser Lesart bezieht es sich auf suspenderat; muliebriter: more mulierum; ex gemma will hier sagen: daß ein Edelstein auf der Scheide neben dem andern war, und Einer zu seyn schien; hoc caerulea etc., diesen umwand eine himmelblaue weißgestreifte Binde; hastati (hasta), mit Spießen versehen, Spießträger; exornare, zieren (am Schafte); spicula auro praefixa, an der Spitze mit Gold beschlagen; agmen, Zug.

[9]) Stadium, ein Längenmaß der Alten, ungefähr von 125 Schritten; es gab verschiedene Stadien; haud — vilis, i. e. qui (spadones) apud illas gentes aestimantur; regali cultu ornatuque, in königl. Pracht (Tracht) und Schmuck; praesidium, Bedeckung; sequente, sc. eos.

ges huic agmini proximae, lixarumque et calonum greges vehebantur. Ultimi erant cum suis quisque ducibus, qui cogerent agmen, leviter armati. Contra si quis aciem Macedonum intueretur, dispar facies erat: equis virisque non auro, non discolori veste, sed ferro atque aere fulgentibus. Agmen et stare paratum, et sequi: nec turba, nec sarcinis praegrave: intentum ad ducis non signum modo, sed etiam nutum. Et castris locus, et exercitui commeatus suppetebant. Ergo Alexandro in acie miles non defuit: Darius, tantae multitudinis rex, loci, in quo pugnavit, angustiis redactus est ad paucitatem, quam in hoste contemserat. [10])

IV. Interea Alexander, Abistamene Cappadociae praeposito, Ciliciam petens cum omnibus copiis, in regionem, quae *castra Cyri* appellatur, pervenerat. Stativa ibi habuerat Cyrus, cum adversus Croesum in Lydiam duceret. Aberat ea regio quinquaginta stadia ab aditu, quo Ciliciam intramus: *Pylas* incolae dicunt, arctissimas fauces, munimenta, quae manu ponimus, naturali situ imitante. [1]) Igitur Arsanes, qui Ciliciae praeerat, reputans quid initio belli Memnon suasisset, quondam salubre consilium sero exsequi statuit: igni ferroque Ciliciam vastat, ut

---

[10]) Amicorum (Staatsdiener), i. e. consiliariorum, principum, adjutorum rerum gerendarum; Calones waren Leute, welche die Geräthschaften des Heeres verwahrten, etwa Packknechte; ultimi etc., construe: ultimi erant leviter armati, cum etc.; qui st. ut; agmen cogere, den Nachtrab (Arriergarde) bilden, machen; facies, Andere: *acies*; veste, der Sing. st. des Plur.; stare: pugnare; sequi, sc. ducem; turba: multitudine, sc. cujusque generis, et militum et calonum feminarumque; praegravis, schwerfällig, beschwert; suppetere, vorhanden seyn, nicht daran fehlen; defuit: sat multos habuit pro loci natura et angustia; loci — redactus est, const.: angustiis loci, in quo pugnavit, redactus est; ad paucitatem redigi, auf eine geringe Anzahl beschränkt werden.

Inh. Alexander bringt ohne Schwertstreich durch die vom Statthalter des Darius, dem Arsanes, verlassenen engen Pässe in Cilicien ein.

[1]) Cyrus, der Stifter des persischen Reiches. Hier wird nach Arrian und Andern Cyrus minor verstanden, der viel später, als jener lebte, und gegen seinen Bruder Artaxerxes das Treffen und Leben verlor. Stativa, sc. castra, waren Standlager, in welchen man sich längere Zeit aufhielt. Duceret: exercitum; pylas, sc. aditum; pylae ($\pi\acute{v}\lambda\alpha\iota$), enge Pässe, Thore o. bloß Thor; manus wird oft von der Kunst, Anwendung der Kunst, und überhaupt von Händearbeiten gesagt; imitari: simile esse.

hosti solitudinem faciat: quidquid usui esse potest, corrumpit; sterile ac nudum solum, quod tueri nequibat, relicturus. Sed longe utilius fuit angustias aditus, qui Ciliciam aperit, valido occupare praesidio, jugumque opportune itineri imminens obtinere; unde inultus subeuntem aut prohibere, aut opprimere hostem potuisset. Nunc paucis, qui callibus praesiderent, relictis, retro ipse concessit, populator terrae, quam a populationibus vindicare debuerat. [2]) Ergo qui relicti erant, proditos se rati, ne conspectum quidem hostis sustinere voluerunt, cum vel pauciores locum obtinere potuissent. Namque perpetuo jugo montis asperi ac praerupti Cilicia includitur; quod cum a mari surgat, velut sinu quodam flexuque curvatum, rursus altero cornu in diversum litus excurrit. Per hoc dorsum, qua maxime introrsum mari cedit, asperi tres aditus et perangusti sunt, quorum uno Cilicia intranda est. Campestris eadem, qua vergit ad mare, planitiem ejus crebris distinguentibus rivis: Pyramus et Cydnus incliti amnes fluunt. [3]) Cydnus non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens, puro solo excipitur: nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alveum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidissimus, quippe multa riparum amoenitate inumbratus, ubique fontibus suis similis in mare evadit. Multa in ea regione monumenta, vulgata carminibus, vetustas exederat. Monstrabantur urbium sedes, Lyrnessi et Thebes; Typhonis quoque

---

[2]) Arsanes, Andere: *Arsames*; corrumpere, vernichten, zu Grunde richten; nudus, entblößt, von Allem beraubt; tueri, behaupten; qui — aperit, welcher nach C. führt; jugumque, und den über die Straße hinragenden Bergrücken ohne Beschwerde zu behaupten; inultus, ohne demj. wieder zu schaden, der uns schadet, ohne Gefahr; subire, unten marschiren; callis, Fußsteig; terrae, sc. erat; vindicare, beschützen.

[3]) Sustinere (sursum tenere) conspectum, den A. nicht abwarten; vel: etiam, noch; obtinere, behaupten; namque etc., denn C. ist von einer ununterbrochenen, rauhen und steilen Bergkette eingeschlossen; surgere, aufsteigen, anfangen; flexus, Biegung; cornu: fine; diversus, entgegengesetzt; per hoc: super hoc; qua— cedit: qua longissime a mari recedit (sich entfernt); tres aditus. Einer von diesen Zugängen, wo man aus Cappadocien nach Cilicien gelangt, hieß pylae, von welchem hier die Rede ist; der zweite hieß pylae syriae, zwischen dem Gebirge Amanus und dem Meere; der dritte pylae amanicae, wo man über den Berg Amanus nach Cilicien kommt. Campestris eadem, sc. est. Cilicia omnis dividebatur in asperam sive montosam, et campestrem sive planam. Distinguere, durchschneiden, durchkreuzen.

specus, et Corycium nemus, ubi crocum gignitur: ceteraque in quibus nihil praeter famam duraverat. [4]) Alexander fauces jugi, quae *Pylae* appellantur, intravit. Contemplatus locorum situs, non alias magis dicitur admiratus esse *felicitatem suam: obrui potuisse vel saxis* confitebatur, *si fuissent, qui in subeuntes propellerent.* Iter vix quaternos capiebat armatos: dorsum montis imminebat viae, non angustae modo, sed plerumque praeruptae, crebris oberrantibus rivis, qui ex radicibus montium manant. [5]) Thracas tamen leviter armatos *praecedere* jusserat, *scrutarique calles, ne occultus hostis in subeuntes erumperet.* Sagittariorum quoque manus occupaverat jugum, intentos arcus habebant, moniti, *non iter ipsos inire, sed proelium.* Hoc modo agmen pervenit ad urbem Tarson, cui tum maxime Persae subjiciebant ignem, ne opulentum oppidum hostis invaderet. At ille, Parmenione ad inhibendum incendium cum expedita manu praemisso, postquam barbaros adventu suorum fugatos esse cognovit, urbem a se conservatam intrat. [6])

V. Mediam Cydnus amnis, de quo paullo ante dictum est, interfluit; et tunc aestas erat, cujus calor non aliam magis quam Ciliciae oram vapore solis accendit, et diei fervidissimum tempus coeperat. Pulvere ac sudore simul perfusum regem invitavit liquor fluminis, ut calidum adhuc corpus ablueret. Itaque veste deposita in conspectu agminis, (decorum quoque futurum ratus, si ostendisset suis, levi ac parabili cultu corporis se esse contentum), descendit in flu-

---

[4]) Spatio aquarum, durch die Breite des Wassers, Stroms; leni tractu, in sanftem Laufe; placide manare, sanft fließen; incorruptus: purus, sc. est; multa — inumbratus, weil er von vielen angenehmen Ufern umschattet ist; carminibus, sc. homericis; vetustas exederat, vertilgte (verzehrte) der Zahn der Zeit (die Länge der Zeit); sedes, Ort, Platz; Lyrnessus und Thebe, zwei Städte im trojanischen Gebiete, vom Achill zerstört; Typhon, ein Ungeheuer, welches die Erde mit dem Tartarus erzeugte, um sich an den Göttern zu rächen, welche die Titanen und Giganten besiegt hatten; corycium nemus, der corycische Hain in Cilicien, nicht mit dem parnassischen zu verwechseln; crocum, Safran; durare, fortdauern.

[5]) Felicitatem: fortunam; saxis obruere, mit großen Steinen (Felsstücken) überschütten, zermalmen; propellere, vor sich hintreiben, b) herabwerfen, wälzen; praeruptus, steil; crebris etc., weil es viele Bäche auf demselben (Bergrücken) gibt. Diese Stelle will sagen, daß es auf dem Gebirge viele Bäche gibt, welche Schluchten bilden.

[6]) Manus, eine Trupp, eine Anzahl; intentos, gespannt; Tarsus, die Hauptstadt Ciliciens; maxime, gerade, eben; ignem subj., Feuer anlegen, incendium prohibere, dem Brande Einhalt thun.

men. [1]) Vixque ingressi subito horrore artus rigere coeperunt: pallor deinde suffusus est, et totum propemodum corpus vitalis calor reliquit. Exspiranti similem ministri manu excipiunt, nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt. Ingens sollicitudo, et paene jam luctus in castris erat. [2]) Flentes querebantur, *in tanto impetu cursuque rerum, omnis aetatis ac memoriae clarissimum regem non in acie saltem, non ab hoste dejectum; sed abluentem aqua corpus, ereptum esse et exstinctum. Instare Darium, victorem antequam vidisset hostem. Sibi easdem terras, quas victores peragrassent, repetendas. Omnia aut ipsos aut hostes populatos. Per vastas solitudines, etiamsi nemo insequi velit, euntes, fame atque inopia debellari posse. Quem signum daturum fugientibus? quem ausurum Alexandro succedere? Jam ut ad Hellespontum fuga penetrarent; classem, qua transeant, quem praeparaturum?* Rursus in ipsum regem misericordia versa, *illum florem juventae, illam vim animi, eundem regem et commilitonem, divelli a se et abrumpi*, immemores sui querebantur. [3]) In-

---

Inh. Alexander badet sich, von Schweiß und Staub bedeckt, im Cydnus, fällt in eine sehr schwere Krankheit; das Heer ist äußerst bestürzt; er selbst klagt über sein widriges Geschick.

[1]) Vapore solis: aestu solis; accendere, entzünden; liquor fluminis, helles, klares Wasser des Flußes; calidus, erhitzt; vestem deponere, sich ausziehen; decorus, anständig, löblich, rühmlich; levi ac parabili cultu corporis, mit einer geringen und leicht anzuschaffenden Kleidung. Freinshemius versteht unter cultus corporis: cura corporis, curare corpus.

[2]) Horrore rigere, vor Kälte (Schauder) starr seyn; suffundi, sc. corpori, sich verbreiten; vitalis c., Lebenswärme; exspiranti, sc. animam: morienti; manu excipere, in die Arme nehmen; nec satis etc., und trugen ihn fast bewußtlos (halb ohnmächtig) in ein Zelt; ing. sollicitudo, eine außerordentliche Besorgniß; esse, herrschen.

[3]) In — rerum, bei einem so großen Drange und Laufe der Dinge: in tanto etc.: in tam praecipiti rerum secundarum cursu. Edd. cum notis Variorum. Aetas, memoria, Zeitalter, Andenken; non saltem: ne quidem; dejectum: interfectum, occisum; ereptum, sc. sibi; instare, sich nähern; victorem, siegreich; terras repetere, durch die Länder wieder ihren Rückzug nehmen; debellare, besiegen, aufreiben; quem: der Acc. st. des Nom. bei Fragen; fugientibus, zur Flucht: weil sie nämlich ohne Anführer vor der Flucht aufgerieben würden; jam ut: i. e. si etiam contingat, ut ad Hellespontum fugiendo pervenirent; praeparare, verschaffen; flos aetatis, die Blüthe der Jugend; divellere, abrupfen, b) trennen; abrumpi: erumpi.

ter haec liberius meare spiritus coeperat, allevabatque rex oculos, et paullatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat: laxataque vis morbi ob hoc solum videbatur, quia magnitudinem mali sentiebat. Animum autem aegritudo corporis urgebat; quippe *Darium quinto die in Ciliciam fore* nuntiabatur. *Vinctum ergo se tradi, et tantam victoriam eripi sibi e manibus, obscuraque et ignobili morte in tabernaculo suo exstingui se,* querebatur. ⁴) Admissisque amicis pariter et medicis, *in quo me*, inquit, *articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi videor, et qui ultro intuli bellum, jam provocor. Darius ergo cum tam superbas literas scriberet, fortunam meam in consilio habuit: sed nequidquam, si mihi arbitrio meo curari licet. Lenta remedia et segnes medicos non expctant tempora mea: vel mori strenue, quam tarde convalescere mihi melius est.* ⁵) *Proinde, si quid opis, si quid artis in medicis est, sciant, me non tam mortis, quam belli remedium quaerere.* Ingentem omnibus incusserat curam tam praeceps temeritas ejus. Ergo pro se quisque precari coepere, *ne festinatione periculum augeret, sed esset in potestate medentium: inexperta remedia haud injuria ipsis esse suspecta, cum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostis:* (quippe Darius *mille talenta interfectori Alexandri daturum* se pronuntiari jusserat:) *itaque ne ausurum quidem quemquam* arbitrabantur *experiri remedium, quod propter novitatem posset esse suspectum.* ⁶)

---

⁴) Liberius spiritus meat, er athmet freier; allevare, aufthun, aufmachen; animus redit, der Geist kehrt zurück: zu sich kommen, sich bewußt werden; laxari, nachlassen; ob hoc solum, Andere: *ad hoc solum;* animum — urgebat, Andere: *animi autem aegritudo corpus urgebat;* urgere, beschweren, belästigen, beängstigen, beklemmen; in Ciliciam fore, i. e. venturum esse, Andere: *in Cilicia;* obscurus, unrühmlich.

⁵) Articulus rerum, bedenkliche Lage; deprehendere, überraschen; literas. Siehe die Ergänzungen 2. B. Kap. 4. In consilio habere, zu Rathe ziehen, voraussehen; nequidquam, vergeblich; arbitrium: voluntas; expetunt (verlangen, fordern), Andere: *expectant;* tempus, Umstände.

⁶) Belli remedium, ein Mittel zur Genesung, um den Krieg fortsetzen zu können; curam alicui incutere, Jem. Sorge machen, veranlassen; praeceps, voreilige Verwegenheit; in potestate medentium esse, sich den Aerzten überlassen; a latere ipsius, sc. propinquos, v. familiares, amicos, seine Diener, Minister; arbitrabantur, Andere: *arbitrabatur.*

VI. Erat inter nobiles medicos e Macedonia regem secutus Philippus, natione Acarnan, fidus admodum regi: puero comes et custos salutis datus, non ut regem modo, sed etiam ut alumnum, eximia caritate diligebat. *Is non praeceps se, sed strenuum remedium afferre, tantamque vim morbi potione medicata levaturum esse* promisit. Nulli promissum ejus placebat, praeter ipsum, cujus periculo pollicebatur. [1]) Omnia quippe facilius, quam moram, perpeti poterat: arma et acies in oculis erant; et victoriam in eo positam esse arbitrabatur, si tantum ante signa stare potuisset: id ipsum, *quod post diem tertium medicamentum sumturus esset* (ita enim medicus praedixerat) aegre ferens. Inter haec a Parmenione, fidissimo purpuratorum, literas accipit, quibus ei denuntiabat, *ne salutem suam Philippo committeret. Mille talentis a Dario, et spe nuptiarum sororis ejus esse corruptum.* Ingentem animo sollicitudinem literae incusserant, et quidquid in utramque partem aut metus, aut spes subjecerat, secreta aestimatione pensabat. [2]) *Bibere perseverem? ut, si venenum datum fuerit, ne immerito quidem, quidquid acciderit, evenisse videatur? Damnem medici fidem? in tabernaculo ergo me opprimi patiar? At satius est alieno me mori scelere, quam metu meo.* Diu animo in diversa versato, nulli, quid scriptum esset, enuntiat, epistolamque, sigillo annuli sui impressam, pulvino, cui incumbebat, subjecit. Inter has cogitationes biduo absumto, illuxit a medico destinatus dies, et ille cum poculo, in quo medicamentum diluerat, intravit. [3]) Quo viso Alexander levato corpore in cubitum,

---

Inh. Alexander wird von seinem treuen und geschickten Leibarzte Philipp, den Parmenio verdächtig zu machen sucht, hergestellt, wofür ihm das Heer den innigsten Dank zollt.

[1]) Custos salutis, Leibarzt; alumnus, Zögling; praeceps, gefährlich; strenuum: efficacissimum; tantam vim m. potione m. levare, diese so heftige Krankheit durch einen heilsamen Trank heben; cujus periculo, auf dessen Gefahr.

[2]) In oculis esse, sc. ei, Alexandro: vor Augen haben, schweben; in eo positam, darauf beruhn; ante signa stare, vor den Feldzeichen, an der Spitze stehen; praedixerat: praeceperat; salutem: vitam; in utramque partem subjicere, für beide Fälle (für und wider) hervorbringen, erzeugen, eingeben; secreta aestimatione pensare, in Geheim bei sich überlegen.

[3]) Bibere perseverem: an, inquiebat, in bibendae potionis consilio permaneam? Fuerit, sc. mihi; opprimi: interfici; scelus, Bosheit; animus in diversa versatur, sein Geist beschäftigt sich mit Verschiedenem; impressam, Andere: *impresso*; absumere, vergehen, verstreichen; illucescere, anbrechen; diluere, mischen, bereiten.

epistolam a Parmenione missam sinistra manu tenens, accipit poculum, et haurit interritus; tum *epistolam* Philippum *legere* jubet: nec a vultu legentis movit oculos, ratus, aliquas conscientiae notas in ipso ore posse deprehendere. Ille, epistola perlecta, plus indignationis quam pavoris ostendit, projectisque amiculo et literis ante lectum, *Rex*, inquit, *semper quidem spiritus meus ex te pependit, sed nunc vere, arbitror, sacro et venerabili ore trahitur. Crimen parricidii, quod mihi objectum est, tua salus diluet. Servatus a me vitam mihi dederis; oro quaesoque, omisso metu patere medicamentum concipi venis. Laxa paullisper animum, quem intempestiva sollicitudine amici sane fideles, sed moleste seduli turbant.* [4]) Non securum modo haec vox, sed etiam laetum regem, ac plenum bonae spei fecit. Itaque, *si Dii*, inquit, *Philippe, tibi permisissent, quo maxime modo animum velles experiri meum, alio profecto voluisses: sed certiore quam expertus es, ne optasses quidem. Hac epistola accepta, tamen quod dilueras, bibi: et nunc crede, me non minus pro tua fide, quam pro mea salute esse sollicitum.* Haec elocutus dextram Philippo offert. Ceterum tanta vis medicaminis fuit, ut quae secuta sunt, criminationem Parmenionis adjuverint. Interclusus spiritus arcte meabat. Nec Philippus quidquam inexpertum omisit. Ille fomenta corpori admovit, ille torpentem, nunc cibi, nunc

---

[4]) Corpus in cubitum levare, sich auf den Ellbogen stützen; haurire: ebibere; movere: removere, wegwenden; conscientiae notas in ipso ore, Merkmahle des Gewissens selbst in dem Gesichte; semper etc., mein Leben hing zwar immer vom Deinigen ab, aber jetzt meines Erachtens vorzüglich, da der nämliche Athem, den dein heiliger und ehrwürdiger Mund athmet, zugleich auch mich belebt; interpretatio: semper quidem (a pueritia tua, quum tibi comes ac custos salutis datus essem) spiritus meus ex te pependit; (vita mea ex tua pependit; si quid tibi accidisset, vivere non amassem, tecum mortuus essem lubens; spiritus: spiritus tuus erat quasi meus); sed nunc (quum sis rex) vere, arbitror, sacro et venerabili ore trahitur spiritus quoque meus; unice et proprie ex tua vita pendet quoque mea. Schmieder. Parricidium (parens u. caedo), Eltern-, Bruder-, Königsmord u. s. w.; salus, Rettung, Genesung; diluere, widerlegen; servatus — dederis: sed si a me sanatus fueris, et mihi vitam dabis; metum omittere, die F. fahren lassen, Andere: *amisso*; concipi venis: diffundi in venas, sich in die Adern verbreiten, o. in die Adern bringen; animum laxare, sich erholen, Alles aus dem Sinne schlagen; moleste sedulus, zur Unzeit besorgt, zu besorgt.

vini odore excitavit. [5]) Atque ut primum mentis compotem esse sensit, modo *matris sororumque*, modo *tantae victoriae appropinquantis* admonere non destitit. Ut vero medicamentum se diffudit in venas, et sensim toto corpore salubritas percipi potuit; primo animus vigorem suum, deinde corpus quoque exspectatione maturius recuperavit: quippe post tertium diem, quam in hoc statu fuerat, in conspectum militum venit. Nec avidius ipsum regem, quam Philippum, intuebatur exercitus: pro se quisque dextram ejus amplexi grates agebant, velut praesenti Deo. Namque haud facile dictu est, praeter ingenitam illi genti erga reges suos venerationem, quantum hujus utique regis vel admirationi dediti fuerint, vel caritate flagraverint. [6]) Jam pridem nihil nisi divina ope aggredi videbatur: nam cum esset praesto ubique fortuna, temeritas in gloriam cesserat. Aetas quoque vix tantis matura rebus, sed abunde sufficiens, omnia ejus opera honestabat. Et quae leviora haberi solent plerumque in re militari, gratiora vulgo sunt: exercitatio corporis inter ipsos; cultus habitusque paullulum a privato abhorrens; militaris vigor: quis ille vel ingenii dotibus, vel animi artibus, ut pariter carus ac venerandus esset, effecerat. [7])

---

[5]) Non securum etc., diese Rede benahm dem Könige nicht nur den Kummer, sondern erfüllte ihn auch mit Freude und Hoffnung; permisissent: facultatem dedissent eligendi; animum (Gesinnung) sc. in te; alio, sc. modo; certiore, sc. modo, Andere: *certiorem*; quod dilueras: quod paraveras; crede: persuasum tibi habeas, Andere: *credo, te*; pro tua fide: ut fides tua erga me omnibus cognita fiat; offert: praebet; vis, Wirkung; adjuvare, vermehren, wahrscheinlich machen; interclusus etc., der Athem ging langsam und schwer; nihil inexpertum omittere, nichts unversucht lassen; corpori fomenta admovere, warme Umschläge auf den K. legen; nunc cibi, — vorzüglich durch den Geruch des warmen Brodes.

[6]) Mentis compotem esse, seiner mächtig, bei sich seyn; salubritatem t. corpore percipere, die Heilsamkeit (heilsame Wirkung) am ganzen K. wahrnehmen; status, Zustand; in consp. militum venire, sich dem Heere zeigen; nec avidius — quam, eben so begierig — als; dextram amplecti, bei der rechten Hand nehmen; grates agebant, Andere: *habebant*; praesenti Deo: Aesculapio, aliive, qui ut Alexandrum juvaret, descenderit; utique: inprimis, praecipue, Andere statt utique: *quoque*; caritate flagrare, vor Liebe brennen.

[7]) Jam pridem nihil nisi, Andere: *jam pridem nihil sine*; fortuna praesto esset: fortuna ei faveret; temeritas (Verwe-

VII. At Darius, nuntio de adversa valetudine accepto, celeritate, quantam capere tam grave agmen poterat, ad Euphratem contendit: junctoque eo pontibus, quinque tamen diebus trajecit exercitum, Ciliciam occupare festinans. Jamque Alexander viribus corporis receptis, ad urbem Solos pervenerat: cujus potitus, ducentis talentis nomine multae exactis, arci praesidium militum imposuit. Vota deinde pro salute suscepta per ludum atque otium reddens, ostendit, quanta fiducia Barbaros sperneret. Aesculapio et Minervae ludos celebravit. [1]) Spectanti nuntius laetus affertur ex Halicarnasso: *Persas acie a suis esse superatos: Myndios quoque, et Caunios, et pleraque tractus ejus suae facta ditionis.* Igitur edito spectaculo ludicro, castrisque motis, et Pyramo amne ponte juncto, ad urbem Mallon pervenit: inde alteris castris ad oppidum Castabalum. Ibi Parmenio regi occurrit, quem praemiserat ad explorandum iter saltus, per quem ad urbem *Isson* nomine penetrandum erat. Atque ille angustiis ejus occupatis, et praesidio modico relicto, Isson quoque desertam a Barbaris ceperat. Inde progressus, deturbatis, qui interiora montium obsidebant, praesidiis cuncta firmavit: occupatoque itinere, sicut paullo ante dictum est,

---

genheit) — cesserat: temer. ei gloriae fuit; aetas quoque: als er den Darius bekriegte, war er erst 25 Jahre alt; res, Unternehmungen; opera honestare (sc. aetas), den Thaten Ehre machen; vulgo: gregariis militibus; cultus habitusque, Kost (Nahrung) und Kleidertracht; paullulum a privato abhorrens: non multum a privatorum habitu discrepans; quis: quibus; ingenii dotes et animi artes, angeborne Fähigkeiten und erworbene Vorzüge. Die Ausgabe cum notis Variorum erklärt dieses q u e i s i l l e etc. dergestalt: H i c i l l e s e u v e r i s animi d o t i b u s, s e u f i c t i s a r t e virtutibus e f f e c e r a t, ut etc.

Inh. Darius eilt nach Cilicien. Alexander rückt vor, nimmt die Stadt Soli weg; feiert Spiele; erhält erfreuliche Nachrichten in Hinsicht der Myndier, Caunier, bemächtigt sich mehrerer Städte, erwartet den Darius, und läßt den Perser Sisines, eines bloßen Verdachtes wegen, hinrichten.

[1]) Celeritate — poterat, mit der möglichsten Schnelligkeit seines so schwerfälligen Heeres; pontibus flumen jungere, eine Brücke über den F. schlagen; vires recipere, wieder K. bekommen; Soli, eine Stadt in Cilicien, wo die dortigen Athener einst ihre Sprache halb verlernten, und mit einem fremden Dialekte mischten, daher das Wort soloecismus entstanden seyn soll; exigere, fordern; praesidium imponere, eine Besatzung hineinlegen; vota etc., da er hierauf seine gemachten Gelübde für die Erlangung seiner Gesundheit während dieser Ergötzlichkeit und Muße erfüllte, u. s. w.

idem et auctor et nuntius venit. [2]) Isson inde rex copias admovit: ubi consilio habito, *utrumne ultra progrediendum foret, an ibi opperiendi essent milites novi, quos ex Macedonia adventare constabat;* Parmenio *non alium locum proelio aptiorem esse* censebat. *Quippe illic utriusque regis copias numero futuras pares, cum angustiae multitudinem non caperent: planitiem ipsis camposque esse vitandos, ubi circumiri, ubi ancipiti acie opprimi possent. Timere, ne non virtute hostium, sed lassitudine sua vincerentur. Persas recentes subinde successuros, si laxius stare potuissent.* Facile ratio tam salubris consilii accepta est. Itaque *inter angustias saltus hostem opperiri* statuit. [3]) Erat in exercitu regis Sisines Perses: quondam a praetore Aegypti missus ad Philippum, donisque et omni honore cultus, exsilium patria sede mutaverat: secutus deinde in Asiam Alexandrum, inter fideles socios habebatur. Huic epistolam Cretensis miles obsignatam annulo, cujus signum haud sane notum erat, tradidit. Nabarzanes praetor Darii miserat eam, hortabaturque Sisinem, *ut dignum aliquid nobilitate ac moribus suis ederet: magno id ei apud regem honori fore.* [4]) Has literas Sisines, utpote innoxius, ad Alexandrum saepe deferre tentavit: sed cum tot curis apparatuque belli regem videret urgeri, aptius subinde tempus exspectans, suspicionem initi

---

[2]) Spectare, einen Zuschauer machen; tractus: regionis; spectaculum lud. edere, allerhand Spiele geben; Mallon, eine Stadt in Cilicien; alteris castris: altero die: castra steht oft für einen Tagmarsch, weil die Römer auf dem Marsche alle Tage ein Lager aufschlugen; Castabulum, Stadt in Cilicien; explorare, auskundschaften; Isson, Seestadt Ciliciens; pleraque ejus: pleraque loca ejus saltus; praesidia deturbare, die Truppen vertreiben; interiora m., das Innere des Gebirges; praesidiis cuncta firmare, Alles wohl besetzen; auctor, Vollender, Vollzieher.

[3]) Copias admovere, mit den Truppen aufbrechen gegen —; consilium h., Kriegsrath halten; aptiorem (geeignet): der Comp. st. des Superl.; multitudinem, sc. hostium; capere, fassen; ipsis: Macedonibus; ancipiti acie opprimi, vom Feinde von vorne und von hinten gedrängt o. überwunden werden; Persas — successuros, die Perser würden von Zeit zu Zeit frische Truppen vorrücken lassen; laxius stare, sich mehr ausbreiten; ratio, Vorschlag.

[4]) Praetor: satrapa: die S. befehligten zugleich die Truppen in ihrer Provinz; donis et omni honore aliquem colere, Jem. beschenken und alle mögliche Ehre anthun; exsilium (ex u. solum), der Aufenthalt außerhalb des Vaterlandes; sedes, Wohnsitz; inter fideles socios haberi, unter seine Vertrauten gerechnet werden; haud sane: nequaquam; ederet: efficeret, susciperet.

scelesti consilii praebuit. Namque epistola, priusquam ei redderetur, in manus Alexandri pervenerat, lectamque eam, ignoti annuli sigillo impresso, *Sisini dari* jusserat, ad aestimandam fidem barbari. Qui quia per complures dies non adierat regem, scelesto consilio eam visus est suppressisse, et in agmine a Cretensibus, haud dubie jussu regis, occisus est. [5])

VIII. Jam Graeci milites, quos Thymodes a Pharnabazo acceperat, praecipua spes et propemodum unica, ad Darium pervenerant. Hi magnopere suadebant, *ut retro abiret, spatiososque Mesopotamiae campos repeteret. Si id consilium damnaret: at ille divideret saltem copias innumerabiles, neu sub unum fortunae ictum totas vires regni cadere pateretur.* Minus hoc consilium regi, quam purpuratis ejus displicebat: *ancipitem fidem, et mercede venalem proditionem imminere, et dividi non ob aliud copias velle, quam ut ipsi in diversa digressi, si quid commissum esset, traderent Alexandro. Nihil tutius esse, quam circumdatos eos exercitu toto obrui telis, documentum non inultae perfidiae futuros.* [1]) At Darius, ut erat sanctus et mitis, *se vero tantum facinus* negat *esse facturum, ut suam secutos fidem, suos milites jubeat trucidari. Quem deinde amplius natio-*

---

[5]) Apparatu belli urgeri, durch Kriegszurüstungen gedrängt werden; aptius tempus, eine schicklichere Gelegenheit; suspicionem initi scelesti consilii praebere, Verdacht wegen eines gefaßten verruchten Anschlages erregen; impresso, sc. epistolae; aestimandam: probandam, explorandam; scelesto consilio supprimere, in einer bösen Absicht zurückhalten; in agmine, auf dem Marsche.

Inh. Thymodes Rath nach Mesopotamien sich zurückzuziehen, oder das Heer zu theilen, welcher Rath ihm und den griechischen Truppen beinahe zum Verderben gereicht hätte. Rettung desselben durch den Darius. Darius Gründe zur Verwerfung des Vorschlages; er selbst marschirt nach Cilicien. Alexander rückt dem Darius entgegen. Panischer Schrecken unter dem persischen Heere, ein Vorbote der baldigen Niederlage.

[1]) Unica, sc. qui erant Darii; magnopere, angelegentlich; retro abire: redire, regredi; repetere, sich zurückziehen; damnaret: respueret, repudiaret; neu etc., und es nicht mit den sämmtlichen Streitkräften des Reiches auf einen einzigen Glücksstreich ankommen lassen, d. h. und es nicht zulassen, daß die s. St. des Reiches der Gefahr eines einzigen Treffens preisgegeben werden; ancipitem etc., ihre unzuverläßige Treue und für Geld feile Verrätherei liege darunter verborgen; in diversa loca digredi, sich trennen; si — esset: si quid ipsorum custodiae creditum esset; exercitu toto, sc. Persarum; telis obruere, mit Pfeilen niederschießen.

*num exterarum salutem suam crediturum sibi, si tot militum sanguine imbuisset manus? Neminem stolidum consilium capite luere debere. Defuturos enim, qui suaderent, si suasisse periculum esset. Denique ipsos quotidie ad se vocari in consilium, variasque sententias dicere; nec tamen melioris fidei haberi, qui prudentius suaserint.* Itaque *Graecis nuntiari* jubet: *ipsum quidem benevolentiae illorum gratias agere; ceterum, si retro ire pergat, haud dubie regnum hostibus traditurum.* [2]) *Fama bella stare, et eum, qui recedat, fugere credi. Trahendi vero belli vix ullam esse rationem. Tantae enim multitudini, utique cum jam hiems instaret, in regione vasta, et invicem a suis atque hoste vexata, non suffectura alimenta. Ne dividi quidem copias posse servato more majorum, qui universas vires semper discrimini bellorum obtulerint. Et hercule terribilem antea regem, et absentia sua ad vanam fiduciam elatum, posteaquam adventare se senserit, cautum pro temerario factum, delituisse inter angustias saltus ritu ignobilium ferarum, quae strepitu praetereuntium audito, silvarum latebris se occuluerunt.* [3]) *Jam etiam valetudinis simulatione frustrari suos milites. Sed non amplius ipsum esse passurum detrectare certamen. In illo specu, in quem pavidi recessissent, oppressurum esse cunctantes.* Haec magnificentius jactata, quam verius. Ceterum pecunia omni rebusque pretiosissimis Damascum Syriae cum modico praesidio militum missis, reliquas copias in Ciliciam duxit, insequentibus more patrio agmen conjuge et matre. Virgines quoque cum parvo filio comitabantur patrem. Forte eadem nocte et Alexander ad fauces, quibus Syria aditur, et Darius ad eum

---

[2]) Sanctus, gewissenhaft; facinus, meistens böse That, Schandthat; secutos: eos, qui secuti essent: fidem sequi: fide v. fidei alicujus confidere, Zutrauen zu Jem. haben; salutem: vitam; imbuisset: inquinasset, contaminasset; capite luere, mit seinem Leben büßen; suasisse, Vorschläge thun, Rath geben; ipsos: purpuratos; in cons. vocari, zu Rathe gezogen werden; dicere, äußern; melioris fidei: fideliores; benevolentia, gute Gesinnung; tradere, preisgeben.

[3]) Fama bella stare, im Kriege komme alles auf den Ruf an; bellum trahere, den K. in die Länge ziehen; nec etc., es sey kein Grund vorhanden; utique: praecipue; vexare, quälen, plündern; univ. vires discrimini bellorum offerre, die ganze Macht in Kriegen auf's Spiel setzen; absentia sua: propter ipsius Darii absentiam; ad — elatum: inani spe inflatum; occuluerunt, Andere: *occuluerint, v. occulerint.*

locum, quem *Amanicas Pylas* vocant, pervenit. Nec dubitavere Persae, quin Isso relicta, quam ceperant, Macedones fugerent. Nam etiam saucii quidam et invalidi, qui agmen non poterant persequi, excepti erant. Quos omnes, instinctu purpuratorum, barbara feritate saevientium, *praecisis adustisque manibus circumduci, ut copias suas noscerent; satisque omnibus spectatis, nuntiare quae vidissent regi suo*, jussit. Motis ergo castris, superat Pinarum amnem, in tergis, ut credebat, fugientium haesurus. At illi, quorum amputaverat manus, ad castra Macedonum penetrant, *Darium quam maximo cursu posset, sequi* nuntiantes. Vix fides habebatur. Itaque speculatores in maritimas regiones praemissos *explorare* jubet, *ipsene adesset, an praefectorum aliquis speciem praebuisset universi venientis exercitus*. Sed cum speculatores reverterentur, procul ingens multitudo conspecta est. [4]) Ignes deinde totis campis collucere coeperunt, omniaque velut continenti incendio ardere visa: cum incondita multitudo maxime propter jumenta laxius tenderet. Itaque *eo ipso loco metari suos castra* jusserat; laetus, quod omni expetiverat voto, in illis potissimum angustiis decernendum esse. Ceterum, ut solet fieri, cum ultimi discriminis tempus adventat, in sollicitudinem versa fiducia est. Illam ipsam fortunam, qua adspirante res tam prospere gesserat, verebatur, nec injuria, ex his, quae tribuisset sibi, quam mutabilis esset, reputabat. *Unam superesse noctem, quae tanti discriminis moraretur eventum*. [5]) Rursus occurrebant

---

[4]) Simulatione valetudinis, unter dem Vorwande einer Krankheit; ipsum: Darium; certamen detrectare, den Kampf ausschlagen, sich nicht schlagen wollen; magnificentius jactare, mehr großsprecherisch reden; jactata, sc. sunt; Syriae: in Syria. Damaskus war eine große und berühmte Stadt in Cölesyrien; praesidium, Bedeckung; persequi: sequi; excepti: capti; instinctu, auf Antrieb; manus praecidire et adurere, die H. abschneiden und den Stumpf brennen, damit die Adern sich vorne zusammenziehen und das Blut gestillt werde; amnem superare, über einen Fluß setzen; in tergis fugientium haerere, den Fliehenden auf dem Fuße nachsetzen; fides, sc. ab Alexandro nuntiantibus; an praefectorum etc., oder ob einer von s. Anführern wie das ganze anrückende Heer ausgesehen habe; conspecta est, sc. a Macedonibus.

[5]) Omniaque etc., und Alles schien gleichsam weit und breit (continenti: inter se juncta et continuo) in Feuer zu stehen; inconditus, unordentlich, schlecht geordnet; laxius tendere, sich weiter ausbreiten, einen größern Raum einnehmen; jusserat: Alexander; omni voto expetere, sehnlichst wünschen; tempus ultimi discriminis, die Z. des Entscheidungspunktes; adspirante: favente.

*majora periculis praemia: et sicut dubium esset, an vinceret, ita illud utique certum esse, honeste, et cum magna laude moriturum.* Itaque *corpora milites curare* jussit, *ac deinde tertia vigilia instructos et armatos esse.* Ipse in jugum editi montis adscendit, multisque collucentibus facibus patrio more sacrificium Diis praesidibus loci fecit. Jamque tertium, sicut praeceptum erat, signum tuba miles acceperat, itineri simul paratus et proelio; *strenueque* jussi *procedere*, oriente luce pervenerunt ad angustias, quas occupare decreverant. *Darium triginta inde stadia abesse* praemissi indicabant. Tunc *consistere agmen* jubet, armisque ipse sumtis, aciem ordinabat. [6]) Dario adventum hostium pavidi agrestes nuntiaverunt, vix credenti occurrere etiam, quos ut fugientes sequebatur. Ergo non mediocris omnium animos formido incesserat: quippe itineri quam proelio aptiores erant, raptimque arma capiebant. Sed ipsa festinatio discurrentium, suosque ad arma vocantium, majorem metum incussit. Alii in jugum montis evaserant, ut hostium agmen inde prospicerent: equos plerique frenabant. Discors exercitus, nec ad unum intentus imperium, vario tumultu cuncta turbaverat. [7]) Darius initio montis jugum cum parte copiarum occupare statuit, et a fronte et a tergo circumiturus hostem: a mari quoque, quo dextrum ejus cornu tegebatur, alios objecturus, ut undique urgeret. Praeter haec viginti millia praemissa cum sagittariorum manu, *Pinarum amnem, qui duo agmina interfluebat, transire, et objicere sese Macedonum copiis* jusserat: *si id praestare non possent, retrocedere in montes, et occulte circumire ultimos hostium.* Ceterum, destinata salubriter omni ratione potentior fortuna discussit: quippe alii prae metu imperium ex-

---

[6]) Occurrebant, sc. illi: illi in mentem veniebant, Andere, *occurrebat*; honeste, auf eine ehrenvolle Art; corpora curare, sich pflegen; milites corpora cibo, potu et quiete reficere; tertia vigilia, um die dritte Nachtwache: die Römer theilten die Nacht in vier Theile ein, welche man Nachtwachen nannte; Dii praesides, die Schutzgötter. Nach der Lehre des Pythagoras hatte jeder Ort und jede Gegend seinen Schutzgott; strenue, hurtig, rasch; consistere, Halt machen; aciem ordinare, das Heer in Schlachtordnung stellen.

[7]) Agrestes: rustici; occurrere, entgegenrücken; raptim: celeriter; prospicere, übersehen; frenare, zäumen; intentus: Jeder Anführer befehligte für sich; es gab keinen Oberfeldherrn, der das Ganze geleitet hätte; vario tumultu cuncta turbare, durch den verschiedenen Lärm alles in Verwirrung setzen.

sequi non audebant, alii frustra exsequebantur, quia, ubi partes labant, summa turbatur. [8])

IX. Acies autem hoc modo stetit. Nabarzanes equitatu dextrum cornu tuebatur, additis funditorum sagittariorumque viginti fere millibus. In eodem Thymodes erat, Graecis peditibus mercede conductis triginta millibus praepositus. Hoc erat haud dubium robur exercitus, par Macedonicae phalangi acies. In laevo cornu Aristomedes Thessalus viginti millia barbarorum peditum habebat. In subsidiis pugnacissimas locaverat gentes. Ipsum regem in eodem cornu dimicaturum tria millia delectorum equitum; adsueta corporis custodiae, et pedestris acies quadraginta millia sequebantur. Hyrcani deinde, Medique equites: his proximi ceterarum gentium, dextra laevaque dispositi. [1]) Hoc agmen, sicut dictum est, instructum, sex millia jaculatorum funditorumque antecedebant. Quidquid in illis angustiis adiri poterat, impleverant copiae; cornuaque hinc a jugo, illinc a mari stabant: uxorem matremque regis, et alium feminarum gregem in medium agmen acceperant. Alexander phalangem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit. Dextrum cornu Nicanor, Parmenionis filius, tuebatur: huic proximi stabant Coenos, et Perdiccas, et Meleager, et Ptolemaeus, et Amyntas, sui quisque agminis duces. In laevo, quod ad mare pertinebat, Craterus et Parmenio erant; sed Craterus Parmenioni parere jussus. [2]) Equites ab utroque cornu lo-

---

8) A fronte et a tergo, von vorne und rückwärts; a mari: a parte maris; objicere, entgegenstellen; ultimos hostium circumire, den feindlichen Nachtrab umringen; ceterum etc., allein das Glück, welches mächtiger ist, als alle Vernunft, vereitelte den vortheilhaften Entwurf (destinata, sc. a Dario); exequi, vollziehen, ausführen; summa: totum.

Inh. Beschreibung der Schlachtordnung der beiden Heere.

1) Tueri, decken; additis: cui additi sunt; addere, beigeben, zutheilen; praeponere, vorsetzen, befehligen; haud dubie: sine dubio; par, sc. virtute; acies, Mannschaft; in subsidiis, im Rückhalt (Reserve); adsuetae corporis custodiae, seine gewöhnliche Leibwache; ped. acies, Fußvolk; equites, sc. sequebantur; proximi, sc. erant equites; laevaque, sc. manu, parte; disponere, vertheilen.

2) Instructum: locatum; adiri posse, zugänglich seyn; hinc: ad laevam; illinc: ad dexteram; stare, reichen, sich erstrecken, anlehnen; qua — erat, den Kern beim macedonischen Heere; in fronte constituere, an die Spitze (Fronte), in die erste Linie stellen; dextrum cornu: sc. phalangis, sive peditum Macedonum

cati: dextrum Macedones Thessalis adjunctis, laevum Peloponnenses tuebantur. Ante hanc aciem posuerat funditorum manum, sagittariis admixtis. Thraces quoque et Cretenses ante agmen ibant, et ipsi leviter armati. At iis, qui praemissi a Dario jugum montis insederant, Agrianos opposuit ex Graecia nuper advectos. Parmenioni autem praeceperat, *ut quantum posset, agmen ad mare extenderet: quo longius abesset montibus, quos occupaverant barbari.* At illi neque obstare venientibus, nec circumire praetergressos ausi, funditorum maxime adspectu profugerant territi: eaque res tutum Alexandro agminis latus, quod ne superne incesseretur timuerat, praestitit.³) Triginta et duo armatorum ordines ibant; neque enim latius extendi aciem patiebantur angustiae. Paulatim deinde se laxare sinus montium, et majus spatium aperire coeperant; ita ut non pedes solum pluribus ordinibus incedere, sed etiam a lateribus circumfundi posset equitatus. ⁴)

X. Jam in conspectu, sed extra teli jactum, utraque acies erat; cum priores Persae inconditum et trucem sustulere clamorem. Redditur et a Macedonibus major, exercitus impar numero, sed jugis montium vastisque saltibus repercussus: quippe semper circumjecta nemora petraeque, quantamque accepere, vocem, multiplicato sono referunt. Alexander ante prima signa ibat, identidem manu suos inhibens, ne suspensi, acrius ob nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent bellum. Cumque agmini obequitaret,

---

gravis armaturae; huic proximi stabant: laevum cornu phalangis tenebantur Coenos etc.; agmen, Mannschaft, Trupp; pertinere, sich erstrecken, sich hinziehen.

³) Ab utroque cornu, auf beiden Flügeln; manum: numerum; sagittariis admixtis: quibus sagittarii admixti erant; ante agmen ire, vor dem Heere hergehen, d. h. den Vortrab bilden, machen; insederant: occupaverant; advectos, sc. navibus; illi: barbari; obstare, Widerstand leisten; maxime territi: pleni terroris; eaque res etc.: eaque res Alexandro reddidit securum latus (dexterum) aciei, quod metuerat, ne (ab hostibus) ex superiore loco (montis) impeteretur; Ed. cum notis Variorum.

⁴) Triginta — ibant, zwei und dreißig Mann marschirten in einer Reihe (32 Mann hoch, vom rechten Flügel zum linken); acies, Heer; se laxare, sich erweitern; sinus, Vertiefungen; pedes, Fußgänger, Fußvolk; incedere, nämlich in der Fronte, neben einander; circumfundi (sc. pediti), umgeben, d. h. decken.

Inh. Beide Heere erheben ein gewaltiges Geschrei. Alexander ermuntert seine Krieger zum Kampfe.

varia oratione, ut cujusque animis aptum erat, milites alloquebatur. [1]) Macedones, *tot bellorum in Europa victores, ad subigendam Asiam atque ultima Orientis, non ipsius magis, quam suo ductu profecti, inveteratae virtutis* admonebantur. *Illos terrarum orbis liberatores, emensosque olim Herculis et Liberi patris terminos, non Persis modo, sed etiam omnibus gentibus imposituros jugum: Macedonum Bactra et Indos fore. Minima esse, quae nunc intuerentur; sed omnia victoria parari. Non in praeruptis petris Illyriorum et Thraciae saxis sterilem laborem fore; spolia totius Orientis offerri.* [2]) *Vix gladio futurum opus; totam*

---

[1]) Sed extra teli jactum, aber außer Pfeileswurf — sie konnten sich noch nicht mit den Wurfspießen erreichen; priores: primi; inconditum et trucem clamorem edere, ein wildes und fürchterliches Geschrei erheben; reddere, erwiedern; exercitus — referunt: die Lesarten sind bei dieser Stelle sehr verschieden; der Sinn scheint folgender zu seyn: Deren Feldgeschrei aber, ungeachtet ihres weit schwächern Heeres, dennoch stärker war, indem es von den hohen Bergen und ungeheuern großen Waldungen zurückprallte; denn immer erwiedern die umherliegenden Gehölze (o. Wälder) und Felsen die erhaltene Stimme, sie mag so stark seyn, als sie will, mit vermehrtem Schalle; quippe etc., ist eine Beschreibung des Echo; ante prima signa, vor dem Heere, an der Spitze des Heeres; manu inhibere, mit der Hand ein Zeichen geben, o. durch ein Zeichen mit der Hand zurückhalten — daß es nicht zu stark marschire; suspensi: suspenso spiritu, anhelantes; acrius — concitato: si spiritus ob nimiam festinationem acrius concitatus esset; bellum, statt proelium, welches beim Liv. oft der Fall ist; varia oratione, redet er seine Krieger, wie es ihr Nationalcharakter (Gemüthsart) erheischte, auf verschiedene Art an; cujusque, sc. gentis, nempe Macedonum, Thracum etc.

[2]) Ultima, sc. loca, Gegenden; non ipsius magis, quam suo ductu proficisci, nicht sowohl aus seinem, als vielmehr aus ihrem eigenen Antriebe marschiren: ipsius (sc. Alexandri) statt suo, der Zweideutigkeit wegen; illos: Macedones; emensoque olim etc. resolve: si in posterum emensi fuissent, überschreiten; Herculis: Herkules und Bachus (Liber pater) drangen bis Indien vor; imposituros jugum: Curtius widerspricht sich hier; oben nannte er die Macedonier liberatores t. orbis, und hier sagt er, daß sie allen Völkern das Joch auflegen würden; Bactra et Indos st. Bactrianam et Indiam. Bactra war die Hauptstadt der Provinz Bactriana, jetzt Chorasan und Candabar; non in praeruptis etc., es würde hier keine fruchtlose Anstrengung (undankbare Arbeit) wie in den steilen Felsen von Illyrien (Illyriorum st. Illyriae) und Thracien geben; offerri, sich darbieten.

*aciem suo pavore fluctuantem umbonibus posse propelli. Victor ad haec Atheniensium Philippus pater* invocabatur, *domitaeque nuper Boeotiae, et urbis in ea nobilissimae ad solum dirutae,* species repraesentabatur animis. *Jam Granicum amnem, jam tot urbes, aut expugnatas, aut in fidem acceptas, omniaque, quae post tergum erant, strata, et pedibus ipsorum subjecta* memorabat. [3]) Cum adierat Graecos, admonebat, *ab iis gentibus illata Graeciae bella, Darii prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam terramque postulantium, ut neque fontium haustum, nec solitos cibos relinquerent.* Dein *Deûm templa ruinis et ignibus esse deleta, urbes eorum expugnatas, foedera humani divinique juris violata,* referebat. [4]) Illyrios vero et Thracas, rapto vivere adsuetos, *aciem hostium auro purpuraque fulgentem intueri* jubebat, *praedam, non arma gestantem. Irent, et imbellibus feminis aurum viri eriperent. Aspera montium suorum juga, nudosque colles, et perpetuo rigentes gelu, ditibus Persarum campis agrisque mutarent.* [5])

XI. Jam ad teli jactum pervenerant, cum Persarum equi-

---

[3]) Pavore fluctuare, vor Furcht wanken, taumeln; umbonibus propellere, mit den Schildern fortjagen, verjagen: umbo ist eigentl. der Buckel mitten auf dem Schilde; ad haec, nebstdem; urbem ad solum diruere, eine St. schleifen, dem Boden gleich machen; speciem alicujus rei (animo, sc. alicujus) repraesentare, Jem. etwas zur Betrachtung vorstellen, an etwas lebhaft erinnern; Gran. amnem: Hier schlug er die Statthalter Kleinasiens; tot urbes: die vorzüglichsten waren Milet, Halikarnaß, Aspendus, Salagassus; in fidem acceptas: die übrigen größern Städte Kleinasiens; strata: penitus devicta; memorare, erwähnen.

[4]) Gentibus, sc. Persis, Medisque; aquam terramque postulare, war bei den Persern eine Aufforderung zur Unterwerfung. Wenn ein Volk dem pers. Könige beides schickte, so war es ein Beweis der gänzlichen Unterwürfigkeit; ut neque etc., damit sie weder den Gebrauch der Brunnen, noch die gewöhnlichen Speisen zurückließen — die Commentatoren erschöpfen sich in Muthmaßungen über diese Stelle (Siehe Snakenburgs Ausgabe), die nichts als reinen Unsinn enthält, wie dieß der Fall beim Curtius sehr oft ist, zumal in geographischer und historischer Hinsicht. Vorstehende, ganz freie Uebersetzung wäre dann nur richtig (zeitweilig), wenn man annimmt, daß die Perser bei ihren Einfällen Alles zerstört, und die Brunnen verschüttet hätten. Deûm st. deorum; templa ruinis et ignibus delere, die Tempel theils niederreißen, theils in Brand stecken; foedus, Vorschrift; divini juris: divinum jus vocatur, quod sacerdotes et templa spectat. Schmieder.

[5]) Imbellibus feminis: Curtius nennt sie so spottweise wegen ih-

tes ferociter in laevum cornu hostium invecti sunt. Quippe Darius equestri proelio decernere optabat, phalangem Macedonici exercitus robur esse conjectans. Jamque etiam dextrum Alexandri cornu circumibatur. Quod ubi Macedo conspexit; duabus alis equitum *ad jugum montis* jussis *subsistere*, ceteros in medium belli discrimen strenue transfert. Subductis deinde ex acie Thessalis equitibus, praefectum eorum *occulte circumire tergum suorum* jubet, *Parmenionique conjungi, et quod is imperasset, impigre exsequi.* [1]) Jamque ipsi in medium Persarum undique circumfusi egregie se tuebantur; sed conserti, et quasi cohaerentes, tela vibrare non poterant: simul erant emissa, in eosdem concurrentia implicabantur, levique et vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant. Ergo cominus pugnam coacti conserere, gladios impigre stringunt. Tum vero multum sanguinis fusum est. Duae quippe acies ita cohaerebant, ut armis arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent. Non timido, non ignavo cessare tum licuit: collato pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant, donec vincendo locum sibi facerent. Tum demum ergo promovebant gradum, cum hostem prostraverant. [2]) At illos

---

rer Weichlichkeit und Furchtsamkeit; viri, als Männer; colles, Andere: *calles*.

Inh. Blutiges Treffen, in welchem 100,000 Mann Fußvolk und 10,000 M. Reiter von Seite der Perser bleiben, der Rest ergreift die Flucht.

[1]) Pervenerunt, sc. utraque acies; ad teli j. pervenire, sich auf Pfeilesschuß nähern, ungefähr 600 Schritte von einander; ferociter in aliquem invehi, Jem. muthig, heftig anfallen; eindringen; equestri p. decernere, ein Reitergefecht liefern, durch ein Reitergefecht den Kampf entscheiden; ad jugum montis subsistere, an der Anhöhe des B. stehen bleiben; in — transferre, in die Mitte des Treffens muthig führen; subducere, wegführen, wegziehen (wegdetachiren); tergum suorum circumducere, den Rücken seiner Leute umgehen, d. h. sich hinter dem Treffen (dem rechten Flügel) herumziehen.

[2]) Ipsi, sc. Macedones; in medium — circumfusi: i n m e d i o P e r s a r u m, e x o m n i p a r t e cingentium i n c l u s i. E d d. c. n o t. V a r i o r. Se tueri: se defendere; conserti et quasi cohaerentes, dicht geschlossen und gleichsam zusammenhängend; tela vibrare, emittere, die Wurfspieße schwingen, werfen, abschießen; simul st. simul ac; in eosdem concurrentia etc., stießen die auf sie gerichteten (sc. directa) Wurfspieße in der Luft zusammen, verwickelten sich, und fielen leicht und ohne Wirkung (matt) auf den Feind; cominus pugnam conserere, in der Nähe fechten, d. i. handgemein werden; armis arma pulsare, mit den Waffen an

novus excipiebat adversarius fatigatos: nec vulnerati, ut alias solent, acie poterant excedere, cum hostis instaret a fronte, a tergo sui urgerent. Alexander non ducis magis, quam militis munera exsequebatur; opimum decus caeso rege expetens. Quippe Darius curru sublimis eminebat: et suis ad se tuendum, et hostibus ad incessendum, ingens incitamentum. Ergo frater ejus Oxathres, cum Alexandrum instare ei cerneret, equites, quibus praeerat, ante ipsum currum regis objecit, armis et robore corporis multum super ceteros eminens; animo vero et pietate in paucissimis. Illo utique proelio clarus, alios improvide instantes prostravit, alios in fugam avertit. 3) At Macedones, ut circa regem erant, mutua adhortatione firmati, cum ipso in equitum agmen irrumpunt. Tum vero similis ruinae strages erat. Circa currum Darii jacebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti, omnes in ora proni, sicut dimicantes procubuerant, adverso corpore vulneribus acceptis. Inter hos Atizyes, et Rheomithres, et Sabaces praetor Aegypti, magnorum exercituum praefecti, noscitabantur: circa eos cumulata erat peditum equitumque obscurior turba. 4) Macedonum quoque non quidem multi, sed promtissimi tamen caesi sunt: inter quos Alexandri dextrum femur leviter mucrone perstrictum est. Jamque qui Darium vehebant equi, confossi

---

einander stoßen; mucrones, sc. gladiorum; in ora, in's Gesicht; ignavus, feig; cessare, unthätig seyn; pede collato, Fuß gegen Fuß, Mann gegen Mann; in eodem vestigio, auf dem nämlichen Flecke; sibi locum facere, sich Platz, Luft machen; gradum promovere, fortschreiten, vorrücken.

3) Illos: Macedones; novus hostis me excipit, ich stoße auf einen frischen Feind, ich bekomme es mit einem frischen F. zu thun; acie excedere, das Treffen verlassen; sui, sc. milites, nempe Macedones; munera exequi: officia explere; opimum decus expetere, nach der großen Ehre streben, die größte Ehre darin suchen: Curtius spielt hier auf die Römer an, welche dasjenige spolia opima nannten, wenn ihr Feldherr den feindlichen Anführer erlegte, und diesem seine Waffen und Kleidung auszog; curru sublimem eminere, auf einem Wagen hoch emporragen; instare, eindringen; objicere, stellen; super aliquem eminere, Jem. übertreffen; pietate: amore, benevolentia, sc. in fratrem regem; in paucissimis, sc. erat: paucissimos pares habebat; utique clarus: inprimis excelluit.

4) Ut: qui; firmare, im Muthe befestigen, ermuthigen; cum ipso, sc. Alexandro; egregia morte defungi, eines rühmlichen Todes sterben; omnes etc., alle auf den Gesichtern liegend, von vorne verwundet, so wie sie kämpfend niedergestürzt waren; obscurior, minder kennbar.

hastis et dolore efferati, jugum quatere, et regem curru excutere coeperant; cum ille, veritus ne vivus veniret in hostium potestatem, desilit, et in equum, qui ad hoc sequebatur, imponitur: insignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abjectis. Tum vero ceteri dissipantur metu, et qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt, arma jacientes, quae paullo ante ad tutelam corporum sumserant: adeo pavor etiam auxilia formidabat. [5]) Instabat fugientibus eques a Parmenione missus, et forte in id cornu omnes fuga abstulerat. At in dextro Persae Thessalos equites vehementer urgebant. Jamque una ala ipso impetu proculcata erat: cum Thessali, strenue circumactis equis dilapsi, rursus in proelium redeunt, sparsosque et incompositos victoriae fiducia barbaros ingenti caede prosternunt. Equi pariter equitesque Persarum serie laminarum graves, agmen, quod celeritate maxime constat, aegre moliebantur: quippe in circumagendis equis suis Thessali multos occupaverant. [6]) Hac tam prospera pugna nuntiata, Alexander, non ante ausus persequi barbaros, utrimque jam victor instare fugientibus coepit. Haud amplius regem, quam mille equites sequebantur; cum ingens multitudo hostium caderet. Sed quis aut in victoria, aut in fuga copias numerat? Agebantur ergo a tam paucis pecorum modo, et idem metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur. At Graeci, qui in Darii partibus steterant, Amynta duce (praetor hic Alexandri fuit, nunc transfuga) abrupti a ceteris, haud sane fugientibus similes evaserant. Barbari longe diversam fugam intenderunt: alii, qua rectum iter in Persidem ducebat; quidam circumitu ru-

---

[5]) Promtus, sc. manu, rüstig, tapfer; mucrone perstringi, mit einer Degenspitze gestreift werden; dolore efferari, vor S. wild werden; jugum quatere, mit dem Kummet schütteln; curru excutere, vom Wagen herabwerfen; in potestatem alicujus venire, in Jem. Gewalt gerathen; ad hoc: ad hunc finem; insigne, Ehrenzeichen; indecore, auf eine unanständige Art; dissipari, sich zerstreuen; erumpere, hervorbrechen; auxilia, Hülfsmittel zur Rettung.

[6]) Instare, verfolgen, nachsetzen; eques: equitatus; in id cornu, sc. laevum; vehementer urgere, heftig drängen, zusetzen; equos strenue circumagere, mit den Pferden rasch schwenken; incompositus, in Unordnung befindlich; ingenti caede, unter einem ungeheuern Gemetzel; equi etc., Mann und Roß waren bei den Persern wegen der Bepanzerung gleich schwerfällig, und diese Trupp, in Ansehung deren es vorzüglich auf Schnelligkeit ankommt, setzte sich mit Mühe in Bewegung; daher bemächtigten sich die Theß. vieler Perser beim Schwenken ihrer Pferde; quippe paßt ganz und gar nicht, und es sollte heißen: ideoque, v. eoque.

pes, saltusque montium occultos petivere; pauci castra Darii. Sed jam illa quoque hostis victor intraverat, omni quidem opulentia ditia. 7) Ingens auri argentique pondus, non belli, sed luxuriae apparatum, diripuerant milites. Cumque plus raperent, passim strata erant itinera vilioribus sarcinis, quas in comparatione meliorum avaritia contemserat. Jamque ad feminas perventum erat; quibus quo cariora ornamenta sunt, violentius detrahebantur: nec corporibus quidem vis ac libido parcebat. Omnia planctu tumultuque, prout cuique fortuna erat, castra repleverant, nec ulla facies mali deerat, cum per omnes ordines aetatesque, victoris crudelitas ac licentia vagaretur. Tunc vero impotentis fortunae species conspici potuit: cum ii, qui tum Dario tabernaculum exornaverant, omni luxu et opulentia instructum, eadem illa Alexandro, quasi veteri domino reservabant. 8) Namque id solum intactum omiserant milites, ita tradito more, ut victorem victi regis tabernaculo exciperent. Sed omnium oculos animosque in semet converterant captivae, mater, conjuxque Darii: illa non majestate solum, sed etiam aetate venerabilis; haec formae pulchritudine, nec illa quidem sorte corrupta. Acceperat in sinum filium nondum sextum aetatis annum egressum, in spem tantae fortunae, quantam paullo ante pater ejus amiserat, genitum. At in gremio anus aviae jacebant adultae virgines duae, non suo tantum, sed etiam illius moerore confectae. 9) Ingens circa eas nobilium

---

7) Utrimque: in laevo et dextero cornu; sequebantur: quum Darium persequeretur; reliqui enim Macedones ceteros Persas persequebantur; agere, vor sich hertreiben; in partibus alicujus stare, auf Jem. Seite seyn, es mit Jem. halten, Jem. Partei ergreifen; abrumpi, sich trennen; haud similes: weil sie sich in Ordnung zurückzogen; intendere: capere; qua, sc. via, parte; iter: via; petere, zu erreichen suchen; omni quidem etc., welches in der That an Reichthum einen Ueberfluß hatte. Nach Arrian befanden sich darin 3000 Talente; das übrige Geld war nach Damaskus geschickt worden.

8) Non belli etc., welches nicht sowohl zum Kriege, als vielmehr zur Ueppigkeit bestimmt war; diripere, plündern; plus, zu viel — weil sie es nicht fortbringen konnten; itinera vilioribus sarcinis sternere, die Wege mit Habseligkeiten von geringem Werthe bestreuen; violentius: eo violentius; vis, Gewaltthätigkeit; prout etc., je nachdem der Zustand eines jeden beschaffen war; — der Sieger frohlockte, der Besiegte wehklagte; facies, Art; ordo, Stand; vagari, ausschweifen; species impotentis fortunae: inconstantis fortunae specimen; veteri, Andere: *quasi venturo.*

9) Tradito more, nach herkömmlicher Sitte; tabernaculo exci-

feminarum turba constiterat, laceratis crinibus, abscissaque veste, pristini decoris immemores, *reginas, dominasque,* veris quondam, tunc alienis nominibus invocantes. Illae, suae calamitatis oblitae, *utro cornu Darius stetisset, quae fortuna discriminis fuisset*, requirebant. Negabant *se captas, si viveret rex.* Sed illum equos subinde mutantem longius fuga abstulerat. In acie autem caesa sunt Persarum peditum centum millia, decem vero millia interfecta equitum. At ex parte Alexandri quatuor et quingenti saucii fuere; triginta omnino et duo ex peditibus desiderati sunt: equitum centum quinquaginta interfecti. Tantulo impendio ingens victoria stetit. [10])

XII. Rex, diu Darium persequendo fatigatus, posteaquam et nox appetebat, et eum assequendi spes non erat, in castra paullo ante a suis capta pervenit. *Invitari deinde amicos*, quibus maxime adsueverat, jussit; quippe summa dumtaxat cutis in femore perstricta non prohibebat interesse convivio: cum repente e proximo tabernaculo lugubris clamor, barbaro ululatu planctuque permixtus, epulantes conterruit. Cohors quoque, quae excubabat ad tabernaculum regis, verita, ne majoris motus principium esset, armare se coeperat. Causa pavoris subiti fuit, quod mater uxorque Darii cum captivis mulieribus nobilibus, regem, quem interfectum esse credebant, ingenti gemitu ejulatuque deflebant. [1]) Unus namque e captivis spadonibus, qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat, amiculum, quod Darius, sicut paullo ante dictum est, ne cultu proderetur, abjecerat,

---

pere, im Zelte empfangen, bewillkommen; in se convertere, auf sich ziehen; sorte (sc. adversa) corrumpi, durch das Unglück entstellt werden; moerore confici, vom Gram gebeugt, gemartert, verzehrt werden.

[10]) Circa eas, Vulgata: *eam*; vera nomina, die rechten Namen, Titel — er konnte sie zu Sklaven machen, wenn es sein großmüthiger Charakter gestattet hätte; suae calamitatis: fortunae adversae; quae — fuisset: q u i s p u g n a e e v e n t u s f u i s s e t. E d d. c. n o t. V a r.; desiderare, vermissen; tantulo impendio, so wenig.

Inh. Alexander kommt in das von seinen Leuten genommene Lager, findet daselbst eine unermeßliche Beute, tröstet die Mutter und Gemahlinn des Darius mit ihrem Gefolge von Damen wegen des vermeintlichen Todes des Königs, und behandelt sie mit königlicher Großmuth.

[1]) Appetebat: instabat; quibus maxime adsueverat: quibus familiarissime usus erat; lugubris, kläglich; planctus, Wehklagen; ad tab. statt apud tab.; motus, Aufstand.

in manibus ejus, qui repertum ferebat, agnovit: ratusque, interfecto detractum esse, falso nuntium mortis ejus attulerat. Hoc mulierum errore comperto, Alexander fortunae Darii et pietati earum illacrimasse fertur. Ac primo Mithrenem, qui Sardeis prodiderat, peritum Persicae linguae, *ire ad consolandas eas* jusserat. Veritus deinde, ne proditor captivarum iram doloremque gravaret, Leonnatum ex purpuratis suis misit, jussum indicare, *falso lamentari eas Darium vivum.* [2]) Ille cum paucis armigeris in tabernaculum, in quo captivae erant, pervenit, *missumque a rege se* nuntiari jubet. At ii, qui in vestibulo erant, ut armatos conspexere, rati actum esse de dominis, in tabernaculum currunt, vociferantes, *adesse supremam horam, missosque qui occiderent captas.* Itaque, ut quae nec prohibere possent, nec admittere auderent; nullo responso dato, tacite opperiebantur victoris arbitrium. Leonnatus exspectato diu, qui se intromitteret, posteaquam nemo procedere audebat; relictis in vestibulo satellitibus, intrat in tabernaculum. Ea ipsa res turbaverat feminas, quod irrupisse non admissus videbatur. [3]) Itaque mater et conjux provolutae ad pedes, orare coeperunt, *ut, priusquam interficerentur, Darii corpus ipsis patrio more sepelire permitteret: functas supremo in regem officio se impigre morituras.* Leonnatus, *et vivere Darium, et ipsas non incolumes modo, sed etiam apparatu pristinae fortunae reginas fore.* Tum mater Darii allevari se passa est. Alexander postera die cum cura sepultis militibus, quorum corpora invenerat, *Persarum quoque nobilissimis eundem honorem haberi* jubet, *matrique Darii permittit, quos vellet, patrio more sepelire.* [4]) Illa

---

[2]) Cultu prodi, durch die Kleidung sich verrathen; qui repertum ferebat, resolve: qui id reperiebat, et ferebat; detrahere, ausziehen; pietas, zärtliche Liebe; Sardis v. Sardes, die ehemalige Hauptstadt des Königreichs Lydien und Residenz des bekannten Crösus; prodiderat, Andere: *tradiderat*; gravaret: augeret, Andere: *renovaret*; jussum: mandatum.

[3]) Vestibulum, der Eingang — in's königliche Zelt; de dominis (statt dominabus) actum est, es ist um ihre Gebieterinnen geschehen; missosque, sc. esse; qui st. ut; ut quae: quum vero eae, sc. captivae; prohibere, sc. missos; admittere, einlassen, den Zutritt gestatten; arbitrium, Willkühr, Ausspruch; Diu, sc. aliquem; procedere, sc. ex tabernaculo, ad introducendum Leonnatum; res, Umstand; turbare, beunruhigen, in Bestürzung setzen.

[4]) Ad pedes provolvi, sich zu Füßen werfen; patrio more: die persischen Könige wurden in Mausoleen beigesetzt. Die Perser verbrannten ihre Todten nicht, weil sie das Feuer anbeteten, und der Mei-

paucos arcta propinquitate conjunctos, *pro habitu praesentis fortunae humari* jussit; *apparatum funerum, quo Persae suprema officia celebrarent, invidiosum fore* existimans, *cum victores haud pretiose cremarentur.* Jamque justis defunctorum corporibus solutis, praemittit ad captivas, qui nuntiarent, *ipsum venire*, inhibitaque comitantium turba, tabernaculum cum Hephaestione intrat. Is longe omnium amicorum carissimus erat regi, cum ipso pariter educatus, secretorum omnium arbiter: libertatis quoque in admonendo eo non alius jus habebat, quod tamen ita usurpabat, ut magis a rege permissum, quam vindicatum ab eo videretur: et sicut aetate par erat regi, ita corporis habitu praestabat. [5]) Ergo reginae illum regem esse ratae, suo more veneratae sunt. Inde spadonibus captivis, quis Alexander esset, monstrantibus, Sysigambis advoluta est pedibus ejus, *ignorationem nunquam antea visi regis* excusans. Quam manu adlevans rex, *non errasti,* inquit, *mater; nam et hic Alexander est.* Equidem si hac continentia animi ad ultimum vitae perseverare potuisset, feliciorem fuisse crederem, quam visus est esse, cum Liberi patris imitaretur triumphum, ab Hellesponto usque ad Oceanum omnes gentes victoria emensus. Vicisset profecto superbiam atque iram, mala invicta: abstinuisset inter epulas caedibus amicorum:

---

nung waren, es würde durch die todten Körper verunreinigt; sie umgoßen sie mit Wachs und verscharrten sie in die Erde; supremo officio in aliquem fungi, Sem. die letzte Ehre erweisen; impigre: libenter; incolumis, unverletzt; apparatu pristinae fortunae reginas esse, mit dem Glanze ihres vorigen Standes K. bleiben; cum cura, sorgfältig; permittit, Andere: *permitti*; sepelire, Vulgata: *sepeliret.*

[5]) Arcta propinquitate conjunctus, ein naher Anverwandter; pro habitu praesentis fortunae, nach der Beschaffenheit ihrer gegenwärtigen Lage, ihrer gegenwärtigen Lage gemäß; apparatus funerum, prächtige Leichenanstalten, Leichenbegängnisse; suprema officia celebrare, justa solvere, die letzte Ehre erweisen; invidiosum: invidiae obnoxium; haud pretiose, ohne vielen Aufwand; defunctorum corpora, Leichname; praemittit (sc. Alexander) — venire, ließ er sich bei den Gefangenen anmelden; turbam comitantium inhibere, die Menge der Begleitenden, d. h. sein Gefolge zurücklassen; longe carissimus regi, ein Liebling des Königs; secretorum omnium arbitrum esse, um alle s. Geheimnisse wissen; libertatis etc., kein Anderer hatte auch das Recht, mit ihm auf eine so freimüthige Art zu sprechen, o. ihm Vorstellungen zu machen; permittere, zugestehen; vindicare, anmaßen; habitus corporis, körperliche Gestalt, Haltung, Körperbau.

egregiosque bello viros, et tot gentium secum domitores, indicta causa veritus esset occidere. [6]) Sed nondum fortuna se animo ejus superfuderat. Itaque orientem eam moderate et prudenter tulit; ad ultimam magnitudinem ejus non cepit. Tum quidem ita se gessit, ut omnes ante eum reges et continentia et clementia vincerentur. Virgines enim regias excellentis formae tam sancte habuit, quam si eodem quo ipse parente genitae forent: conjugem ejusdem, quam nulla aetatis suae pulchritudine corporis vicit, adeo ipse non violavit, ut summam adhibuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet: *omnem cultum reddi feminis* jussit; nec quidquam ex pristinae fortunae magnificentia captivis, praeter fiduciam, defuit. [7]) Itaque Sysigambis, *rex*, inquit, *mereris, ut ea precemur tibi, quae Dario nostro quondam precatae sumus: et, ut video, dignus es, qui tantum regem non felicitate solum, sed etiam aequitate superaveris. Tu quidem* matrem *me, et* reginam *vocas: sed ego me tuam famulam esse confiteor. Et praeteritae fortunae fastigium capio, et praesentis jugum pati possum: tua interest, quantum in nos licuerit, si id potius clementia, quam saevitia, vis esse testatum.* Rex *bonum animum habere* eas jussit. [8]) Darii deinde filium collo suo admo-

---

[6]) Spadonibus, Vulgata: *ex spadonibus*; pedibus alicujus advolvi, oben: ad pedes provolvi; ignorationem — excusans: et excusabat ignorantiam, quod regem antea nunquam viderat; manu adlevare, bei (mit) der Hand aufheben; nam etc., Alexander wollte hierdurch sagen, daß er ihn so hoch schätze, als sich selbst; continentia, Selbstbeherrschung, sonst auch Genügsamkeit; ad ult. vitae: ad finem vitae; posse, im Stande seyn; ad Oceanum, sc. Indicum; omnes gentes st. omnes regiones, terras; victoria emetiri, siegreich durchziehen; caedibus amicorum: Clitum vult, Parmenionem, Callisthenem etc.; indicta causa, unverhörter Sache.

[7]) Superfuderat, Vulgata: *infuderat*; fortuna superfuderat, das Glück hatte sich seiner bemeistert; orientem fortunam moderate ferre, das G. beim Anfange mit Mäßigung ertragen; ad ultimum: postremo; capere, fassen; forma, Schönheit; aliquem sancte habere, gegen Jem. sich keusch, züchtig betragen; quam etc., als wenn es s. leiblichen Schwestern gewesen wären; ejusdem, sc. Darii; aetatis suae, zu ihrer Zeit; ut etc., sondern er wendete auch die größte Sorgfalt an, daß ꝛc.; illudere, übel begegnen; cultus, Schmuck, Kostbarkeiten; ex — magnificentia, an der Pracht ihres vorigen Standes; praeter fiduciam: weil er leicht seine Gesinnungen ändern, und sie als Sklavinnen behandeln konnte.

[8]) Precatae sumus: nämlich, daß ihn die Götter ewig regieren

vit. Atque nihil ille conspectu tunc primum a se visi conterritus, cervicem ejus manibus amplectitur: motus ergo rex constantia pueri, Hephaestionem intuens, *quam vellem,* inquit, *Darius aliquid ex hac indole hausisset!* Tum tabernaculo egressus, tribus aris in ripa Pinari amnis, Jovi atque Herculi Minervaeque sacratis, Syriam petit; Damascum, ubi regis gaza erat, Parmenione praemisso. [9])

XIII. Atque is, cum praecessisse Darii satrapam comperisset, veritus ne paucitas suorum sperneretur, arcessere majorem manum statuit. Sed forte in exploratores ab eo praemissos incidit natione Mardus, qui ad Parmenionem perductus, literas ad Alexandrum a praefecto Damasci missas tradit ei, *nec dubitare eum, quin omnem regiam supellectilem cum pecunia traderet,* adjecit. Parmenio, *asservari eo jusso,* literas aperit: in quis erat scriptum, *ut mature Alexander aliquem ex ducibus suis mitteret, cum manu exigua.* Itaque re cognita, Mardum datis comitibus ad proditorem remittit. Ille e manibus custodientium lapsus, Damascum ante lucem intrat. Turbaverat ea res Parmenionis animum insidias timentis; et ignotum iter sine duce non audebat ingredi: felicitati tamen regis sui confisus, *agrestes, qui duces itineris essent, excipi* jussit. [1]) Quibus

---

lassen; tua interest etc., dir liegt daran, deine Macht, die dir gegen uns freisteht, mehr durch Großmuth, als durch Härte an Tag zu legen; bonum animum habere: bono animo esse.

[9]) Collo suo admovere, auf den Arm nehmen, o. um den Hals nehmen; conspectu — visi, resolve: conspectu ejus, quem tunc primum videbat; cervicem alicujus manibus amplecti, Jem. um den Hals fallen; constantia, Unerschrockenheit; quam vellem, sc. ut, wie sehr wünschte ich, daß; aliquid ex hac indole haurire, etwas von dieser Gemüthsart an sich haben; ex — hausisset: utinam Darius tam fortis et interritus esset, quam hic puer.

Inh. Der Statthalter von Damask überliefert dem Parmenio durch Verrätherei den unermeßlichen Schatz des Darius, nebst einer großen Anzahl von Großen.

[1]) Praecessisse, sc. Damascum; paucitas suorum, seine wenigen Leute, kleine Anzahl seiner Truppen; majorem manum arcessere, mehr Mannschaft herbeirufen lassen, Verstärkung an sich ziehen; Mardi, entweder ein Volk in Persien, oder in der Nachbarschaft dieser Landschaft; nec dubitare eum; adjecitque, se (Mardum) haud dubitare; asservare, in Verwahrung bringen; custodientium lapsus: custodum elapsus; ante lucem: damit die Bewohner die Verrätherei nicht so leicht wahrnehmen möchten; turbare, beunruhigen;

celeriter repertis, quarto die ad urbem pervenit; jam metuente praefecto, ne sibi fides habita non esset. Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens, ante solis ortum *pecuniam regiam*, quam *gazam* Persae vocant, *cum pretiosissimis rerum efferri* jubet: fugam simulans; re vera, ut praedam hosti offerret. Multa millia virorum feminarumque excedentem oppido sequebantur; omnibus miserabilis turba, praeter eum, cujus fidei commissa fuerat. Quippe quo major proditoris merces foret, objicere hosti parabat gratiorem omni pecunia praedam, nobiles viros, praetorum Darii conjuges liberosque; praeter hos urbium Graecarum legatos, quos Darius velut in arce tutissima, in proditoris reliquerat manibus. ²) *Gangabas* Persae vocant humeris onera portantes: hi cum frigus tolerare non possent (quippe et procella subito nivem effuderat, et humus rigebat gelu), tum adstrictas vestes, quas cum pecunia portabat, auro et purpura insignes, induunt: nullo prohibere auso; cum fortuna regis etiam humillimis in ipsum licentiam faceret. Praebuere ergo Parmenioni non spernendi agminis speciem: qui intentiore cura suos, quasi ad justum proelium, paucis adhortatus, *equis calcaria subdere* iubet, *et acri impetu in hostem invehi.* ³) At illi, qui sub oneribus erant, omissis per metum, capessunt fugam: armati quoque, qui

---

ignotum iter sine duce ingredi, einen unbekannten Marsch ohne Wegweiser antreten; felicitati: fortunae; duces itineris, Wegweiser; excipere, aufnehmen.

²) Fidem habere, Glauben beimessen; pecunia reg., der königl. Schatz; pretiosissima rerum, die kostbarsten Sachen, die größten Kostbarkeiten; fugam simulans, indem er sich den Anschein gab, als wolle er sich flüchten — mit dem Schatze; offerret: traderet; oppido excedere, die Stadt verlassen; omnibus miserabilis turba, sc. erat, Jedermann hatte mit dieser Schaar Mitleiden; committere, anvertrauen; proditoris, Andere: *proditionis*; gratiorem hosti praedam objicere parare, Anstalten treffen, dem F. eine angenehmere B. zu überliefern, in die Hände zu spielen; nobiles, nämlich Vornehme u. s. w.

³) Nivem effundere, Schnee ausschütten; vestes adstrictae, zusammengelegte, gefaltete, geschnürte K.; insignes: ornatae; prohibere, sc. quominus eas induerent; cum fortuna etc., da das gegenwärtige Unglück des Darius sogar den Niedrigsten gegen ihn Frechheit (ungebührliches Betragen) gestattete; praebuere — specimen: visum ergo est Parmenioni non spernendum agmen; intentiore cura, mit mehr Sorgfalt; justum p., ein wirkliches Treffen; equo calcaria subdere, dem P. die Sporne geben; acri impetu in hostem invehi, mit Heftigkeit auf den Feind losstürzen.

eos prosequebantur, eodem metu arma jactare, ac nota diverticula petere coeperunt. Praefectus quasi et ipse conterritus (simulans), cuncta pavore compleverat. Jacebant totis campis opes regiae: illa pecunia stipendio ingenti militum praeparata: ille cultus tot nobilium virorum, tot illustrium feminarum: aurea vasa, aurei fraeni, tabernacula regali magnificentia ornata: vehicula quoque a suis destituta, ingentis opulentiae plena, facies etiam praedantibus tristis, si qua res avaritiam moraretur. Quippe tot annorum incredibili et fidem excedente fortuna cumulata, tunc alia stirpibus lacerata, alia in coenum demersa, eruebantur: non sufficiebant praedantium manus praedae. [4]) Jamque etiam ad eos, qui primi fugerant, ventum erat: feminae pleraeque parvos trahentes liberos ibant. Inter quas tres fuere virgines, Ochi, qui ante Darium regnaverat, filiae, olim quidem ex fastigio paterno rerum mutatione detractae; sed tum sortem earum crudelius aggravante fortuna. In eodem grege uxor quoque ejusdem Ochi fuit, Oxathrisque (frater hic erat Darii) filia, et conjux Artabazi principis purpuratorum, et filius, cui *Ilioneo* fuit nomen. Pharnabazi quoque, cui summum imperium maritimae orae rex dederat, uxor cum filio excepta est: Mentoris filiae tres: ac nobilissimi ducis Memnonis conjux et filius. Vixque ulla domus purpurati fuit tantae cladis expers. [5]) Lacedaemonii quoque et Athenienses societatis fide

---

[4]) Qui — erant: qui onera portabant; omissis: abjectis iis; prosequebantur st. sequebantur, Andere: *persequebantur*; jactare: abjicere; petere, zu erreichen suchen; cuncta pavore implere, Alles mit Schrecken erfüllen; opes, Schätze; stipendium, Sold; cultus, Schmuck, Kleidung, kostbarer Staat; destituta: deserta, relicta; facies — moraretur, der Anblick wäre selbst für die Beute Machenden betrübt gewesen, wenn sich die Habsucht an irgend etwas kehrte; st. si — moraretur lesen Andere: *si qua re avaritia moveretur,* welche Lesart auch dem Worte tristis besser entspricht; fidem excedere, allen Glauben übersteigen, unbegreiflich; cumulare, aufhäufen; tunc — eruebantur, das Alles wurde jetzt theils an den Wurzeln zerrissen, theils aus dem Kothe herausgescharrt.

[5]) Trahere, mit sich fortschleppen; Ochus: Dieser Darius Ochus regierte vor unserm Darius (Codomannus); nach dem Ochus folgte sein Sohn Arses o. Arsames, der vom Bogoas aus dem Wege geräumt wurde, worauf Darius Codomannus zum Throne gelangte; ex fastigio paterno rerum mutatione detrahi, das väterliche Ansehen bei dem Wechsel der Regierung verlieren; aggravare, ärger, drückender machen, erschweren; fortuna, sc. adversa: captivitas; principis: princeps, der Vornehmste, Angesehenste; summum imperium maritimae orae dare, den Oberbefehl über die Seeküste ertheilen, anver-

violata Persas secuti: Aristogiton, Dropides et Iphicrates, inter Athenienses genere famaque longe clarissimi; Lacedaemonii, Pausippus et Onomastorides, cum Monimo et Callicratide, ii quoque domi nobiles. Summa pecuniae signatae fuit talentorum duo millia et sexaginta; facti argenti pondus quingenta aequabat. Praeterea triginta millia hominum, cum septem millibus jumentorum, dorso onera portantium, capta sunt. Ceterum Dii tantae fortunae proditorem celeriter debita poena persecuti sunt. [6]) Namque unus e consciis ejus, credo, regis vicem, etiam in illa sorte reveritus, interfecti proditoris caput ad Darium tulit, opportunum solatium prodito: Quippe et ultus inimicum erat, et nondum in omnium animis memoriam majestatis suae exolevisse cernebat. [7])

---

trauen; excepta: capta; Mentoris: ein Bruder des Memnon aus Rhodus, des berühmtesten pers. Feldherrn zu seiner Zeit; visque etc., und es gab fast keine große Familie, welche nicht dieses Unglück betraf.

[6]) Societatis fidem violare, das Bündniß brechen; aliquem sequi, es mit Jem. halten, Jem. Partei ergreifen; Aristogiton soll derj. seyn, gegen den noch zwei Reden des Demosthenes vorhanden sind. Dropides scheint wenig berühmt zu seyn. Iphikrates war wegen seines Vaters, des ausgezeichneten athenienſischen Feldherrn, berühmt; pecunia signata, geprägtes Geld; factum argentum, verarbeitetes Silber; tantae fortunae: tanti thesauri; proditorem, Andere: *proditorem sepulturae*, welche Lesart von den besten Kritikern verworfen wird; debita poena aliquem persequi, Jem. gebührend, nach Verdienst bestrafen.

[7]) Regis vicem etiam in illa sorte revereri, gegen den König in dieser s. unglücklichen Lage noch Ehrfurcht haben; opportunum solatium, ein Trost zur gehörigen Zeit, ein erwünschter Trost; memoria tui exolevit, das Andenken an dich ist erloschen.

# Q. CURTII RUFI DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI HISTORIARUM

## LIBER IV.

### I.

Darius tanti modo exercitus rex, qui triumphantis magis, quam dimicantis modo, curru sublimis inierat proelium; per loca, quae prope immensis agminibus compleverat, jam inania et ingenti solitudine vasta fugiebat. Pauci regem sequebantur: nam nec eodem omnes fugam intenderant; et deficientibus equis, cursum eorum, quos rex subinde mutabat, aequare non poterant. Unchas deinde pervenit, ubi excepere eum Graecorum quatuor millia, cum quibus ad Euphratem contendit; id demum credens fore ipsius, quod celeritate praeripere potuisset. At Alexander Parmenionem, per quem apud Damascum recepta erat praeda, jussum *eam ipsam, et captivos, diligenti asservare custodia*, Syriae, quam *Coelen* vocant, praefecit. [1]) Novum imperium Syri,

Inh. Alexander beantwortet das erhaltene hochmüthige Schreiben des Darius. Er macht den Abdolominus zum Könige über Sidon. Der Ueberläufer Amyntas wird auf eine auffallende Art von den Persern selbst getödtet. Verschiedene Niederlagen der Feldherrn des Darius.

[1]) Modo, vor Kurzem; curru sublimem proelium inire, auf einem Wagen erhaben, o. auf einem erhabenen (hohen) Wagen in die Schlacht fahren; loca inania (incolis) et ingenti solitudine vasta, menschenleere und gleich ungeheuern Einöden wüste Gegenden; fugam eodem intendere, die Flucht eben dahin nehmen; equi deficiunt, die Pf. sind müde, abgemattet; cursum eorum aequare, im Laufen ihnen gleichkommen, ihnen nachkommen, gleichen Schritt mit ihnen halten; Unchae, ein den Geographen unbekannter Ort; excipere, empfangen, hier: zu ihm stoßen; id etc., indem er der Meinung war, daß dann das in s. Gewalt bleiben (ihm gehören) werde, was er zuerst

nondum belli cladibus satis domiti, aspernabantur: sed celeriter subacti obedienter imperata fecerunt. Aradus quoque insula deditur regi. Maritimam tum oram, et pleraque longius etiam a mari recedentia, rex ejus insulae Strato possidebat: quo in fidem accepto, castra movit ad urbem Marathon. Ibi illi literae a Dario redduntur; quibus ut superbe scriptis vehementer offensus est. Praecipue eum movit, quod Darius sibi *regis* titulum, nec eundem Alexandri nomini adscripserat. Postulabat autem magis quam petebat, *ut accepta pecunia, quantamcunque tota Macedonia caperet, matrem sibi ac conjugem liberosque restitueret: de regno, aequo, si vellet, Marte contenderet. Si saniora consilia tandem pati potuisset; contentus patrio, cederet alieni imperii finibus: socius amicusque esset. In ea se fidem et dare paratum et accipere.* [2]) Contra Alexander in hunc maxime modum rescripsit: *Rex Alexander Dario. Ille, cujus nomen sumsisti, Darius, Graecos, qui oram Hellesponti tenent, coloniasque Graecorum Jonias, omni clade vastavit: cum magno deinde exercitu mare trajecit, illato Macedoniae et Graeciae bello. Rursus rex Xerxes gentis ejusdem, ad oppugnandos nos cum immanium barbarorum copiis venit: qui navali proelio victus, Mardonium tamen reliquit in Graecia, ut absens quoque popularetur urbes, agros ureret. Philippum vero parentem meum quis ignorat ab iis interfectum esse, quos ingentis pecuniae spe sollicitaverant vestri? Impia enim bella suscipitis, et cum habeatis arma,*

---

(eher als der Feind) würde im Stande gewesen seyn, schnell zu besetzen; recipere, in Empfang nehmen, bekommen, auch bemächtigen; jussum: qui jussus erat, sc. ab Alex.; Coela — (von κοιλη hohl) Syria, eine Gegend in Syrien, die wegen ihrer niedrigen Lage so hieß.

[2]) Belli clades, Kriegsunfälle; imperata obedienter facere, die Befehle willig vollziehen; Aradus, eine phönicische Insel, an der Mündung des Flußes Eleutherus, jetzt Ruad oder Rouwabde; in fidem accipere, in Schutz nehmen; Marathon, eine Stadt in Phönicien, Aradus gegenüber, sie soll sehr groß und reich gewesen seyn; literas alicui reddere, Jem. einen Brief einhändigen; quibus etc., worüber er, da er in einem stolzen Tone geschrieben war, sehr aufgebracht war; moveri, reizen, verdrießen; capere, in sich enthalten, fassen: hier werden entweder die jährlichen Einkünfte Macedoniens, oder das im Umlaufe befindliche Geld verstanden; restitueret: redderet; de regno aequo Marte, hinsichtlich des Throns sollte das Kriegsglück, oder der Ausgang eines Treffens entscheiden; si — potuisset, wenn er noch fähig wäre, vernünftigere Rathschläge anzunehmen; patrio, sc. regno; finibus v. e finibus cadere: in ea, auf die Punkte darüber; fidem dare et accipere, das Wort, gewisse Versicherung geben und annehmen.

*licitamini hostium capita: sicut tu proxime talentis mille, tanti exercitus rex, percussorem in me emere voluisti.* [3]) *Repello igitur bellum, non infero: et Diis quoque pro meliore stantibus causa, magnam partem Asiae in ditionem redegi meam: te ipsum acie vici. Quem etsi nihil a me impetrare oportebat, utpote qui ne belli quidem in me jura servaveris: tamen si veneris supplex, et matrem, et conjugem, et liberos sine pretio recepturum te esse promitto. Et vincere et consulere victis scio. Quod si te nobis committere times; dabimus fidem impune venturum. De cetero cum mihi scribes, memento non solum regi te, sed etiam tuo scribere.* Ad hanc perferendam Thersippus missus. Ipse in Phoenicem deinde descendit, et oppidum Byblon traditum recepit. [4]) Inde ad Sidona ventum est, urbem vetustate famaque conditorum inclytam. Regnabat in ea Strato, Darii opibus adjutus; sed quia deditionem magis popularium, quam sua sponte fecerat, regno visus indignus: Hephaestionique permissum, *ut, quem eo fastigio e Sidoniis dignissimum arbitraretur, constitueret regem.* Erant Hephaestioni hospites clari inter suos juvenes: qui facta ipsis potestate regnandi, negaverunt, *quemquam patrio more in id fastigium re-*

---

[3]) Maxime: fere; cujus, Vulgata: *Celes, cujus*; celes heißt auf Griechisch ein Pferd, oder ein Reiter, welcher Name dem Darius Hystapsis gegeben wurde, weil er durch das Wiehern eines Pferdes das Königreich erhielt; sumsisti: er hieß eher Codomannus; tenent: incolunt; omni clade vastare, auf's Aeußerste verheeren; oppugnare, angreifen; cum immanium barbarorum copiis, mit einem Heere grausamer Barbaren; navali proelio: apud Salamina insulam; agros urere, auf dem Lande sengen und brennen; spe ingentis pecuniae aliquem sollicitare, Jem. unter Versprechung einer großen Summe Geldes zu etwas reizen, locken; impia b., abscheuliche Kriege; arma habere, die Waffen in den Händen haben; licitamini, Andere: *licemini*; hostium capita licitari, Geld bieten für die Köpfe der Feinde; licitamini capita: emitis capita, h. e. emitis percussores, qui vobis hostium capita afferant. Invidiosior est vox licitandi. Koken.

[4]) Bellum repellere, non inferre, den K. vertheidigungs-, nicht angriffsweise führen, oder der vertheidigende u. nicht angreifende Theil seyn; pro meliore causa stare, der gerechten Sache beistehen; in ditionem: potestatem; quem etsi: etsi igitur tu; sine pretio, ohne Lösegeld; committere, überlassen, anvertrauen; impune, ohne Gefahr, mit völliger Sicherheit; venturum, sc. te esse; tuo, sc. regi: Weil er schon den größten Theil der Länder des Darius erobert hatte; Byblon, jetzt Gebile o. Dschibile, ein unbedeutender Ort, dessen Hafen meistens verschlämmt ist; recipere, in Besitz nehmen.

*cipi, nisi regia stirpe ortum.* Admiratus Hephaestio magnitudinem animi spernentis, quod alii per ignes ferrumque peterent, *Vos quidem macti virtute*, inquit, *estote, qui primi intellexistis, quanto majus esset regnum fastidire, quam accipere.* [5]) *Ceterum date aliquem regiae stirpis, qui meminerit, a vobis acceptum habere se regnum.* At illi, cum multos imminere tantae spei cernerent, singulis amicorum Alexandri ob nimiam regni cupiditatem adulantes, statuunt, *neminem esse potiorem quam Abdolominum quendam, longa quidem cognatione stirpi regiae annexum, sed ob inopiam suburbanum hortum exigua colentem stipe.* Causa ei paupertatis, sicut plerisque, probitas erat: intentusque operi diurno, strepitum armorum, qui totam Asiam concusserat, non exaudiebat. Subito deinde, de quibus ante dictum est, cum regiae vestis insignibus hortum intrant, quem forte steriles herbas eligens Abdolominus repurgabat.[6]) Tunc *rege* eo salutato, alter ex his: *Habitus*, inquit, *hic quem cernis in meis manibus, cum isto squalore permutandus tibi est. Ablue corpus illuvie aeternisque sordibus squalidum: cape regis animum, et in eam fortunam, qua dignus es, istam continentiam profer. Et cum in regali solio residebis, vitae necisque omnium civium dominus, cave obliviscaris hujus status, in quo accipis regnum; immo hercule, propter quem.* Somnio similis res Abdolomino videbatur: interdum, *satisne sani essent, qui tam proterve sibi illu-*

---

[5]) Sidon (jetzt Saida) war die älteste und erste Stadt der Phönizier; opes, Macht; popularium: incolarum, sc. voluntate; deditionem facere: se dedere, tradere; fastigium, Würde; e Sidoniis dignissimum arbitraretur, Andere: *Sidones dignissimum arbitrarentur*; inter suos: inter Sidonios; alicui potestatem regnandi facere, Jem. den Thron, die Regierung anbieten, Gelegenheit dazu verschaffen; negaverunt, quemquam: dixerunt, nullum; in id fastigium recipi: ad hanc dignitatem pervenire; regia stirpe ortum esse, aus königl. Stamme entsprossen seyn; aliquid petere, nach etwas streben; macti virtute, Heil euch wegen eurer Tugend; fastidire: recusare, respuere, ausschlagen.

[6]) Dare, verschaffen; qui st. ut; a vobis acceptum habere, euch zu verdanken haben; tantae spei imminere, nach dieser so großen Würde streben; potiorem: digniorem; longa — annexum, der zwar mit der königl. Familie weitläufig verwandt sey; exigua stipe colere, für einen geringen Lohn bebauen; operi diurno intentus, mit seinem Tagewerke beschäftiget; insignia regiae vestis, königl. Schmuck, königl. Ehrenzeichen; steriles herbas eligere, das Unkraut ausjäten, ausraufen; repurgare, reinigen.

*derent*, percontabatur. [7]) Sed ut contanti squalor ablutus est, et injecta vestis purpura auroque distincta, et fides a jurantibus facta, serio jam rex, iisdem comitantibus in regiam pervenit. Fama, ut solet, strenue tota urbe discurrit: aliorum studium, aliorum indignatio eminebat: ditissimus quisque *humilitatem inopiamque ejus* apud amicos Alexandri criminabatur. *Admitti eum* rex *protinus* jussit; diuque contemplatus, *corporis*, inquit, *habitus famae generis non repugnat: sed libet scire, inopiam qua patientia tuleris?* Tum ille, *utinam*, inquit, *eodem animo regnum pati possim! haec manus suffecere desiderio meo: nihil habenti nihil defuit.* [8]) Magnae indolis specimen ex hoc sermone Abdolomini cepit. Itaque non *Stratonis* modo *regiam supellectilem attribui ei* jussit, *sed pleraque etiam ex Persica praeda:* regionem quoque urbi appositam ditioni ejus adjecit. Interea Amyntas, quem ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus, cum quatuor millibus Graecorum, ipsum ex acie persecutis, fuga Tripolim pervenit. Inde in naves militibus impositis Cyprum transmisit: et cum in illo statu rerum id quemque, quod occupasset, habiturum arbitraretur, velut certo jure possessum; Aegyptum petere decrevit: utrique regi hostis, et semper ex ancipiti mutatione tem-

---

7) Aliquem regem salutare, Jem. als König begrüßen; squalor, schmutziger Anzug; corpus illuvie aeternisque sordibus squalidum abluere, seinen Körper, der von langer Zeit her schmutzig und unrein ist, abwaschen; regis animum capere, einen königl. Muth fassen, einen Muth fassen, der eines Königs würdig ist; continentiam in hanc fort. proferre, die Genügsamkeit (Zufriedenheit mit Wenigem) auf den Thron nehmen; dominus vitae necisque, Herr über Leben und Tod; satis sanum esse, genug klug, vernünftig seyn; proterve illudere, muthwillig spotten.

8) Contanti: dum adhuc contabatur; vestem alicui injicere, Jem. ein Kleid anlegen; distinctus, durchwirkt, durchstickt; et fides a jurantibus facta, und man ihm gehuldigt hatte, o. und die Wahrheit der Sache eidlich versichert hatte; serio, im Ernste; strenue: repente, subito; fama tota urbe discurrit, der Ruf verbreitet sich in der ganzen Stadt; studium: favor; eminere, sich zeigen, äußern; ditissimus quisque, alle Reiche; criminari: incusare, accusare, sich beschweren, aufhalten; admittere, vorlassen; corporis habitus, körperl. Aussehen, Gestalt; genus, Abkunft, Abstammung; libet (sc. mihi) scire: volo scire; inopiam — tuleris? wie du deine Armuth so geduldig ertragen, o. wie du dich in deine A. so geschickt hast; eodem animo regnum pati, sich eben so (mit eben derselben Gesinnung) in die Regierung schicken; desiderium, Bedürfniß; nihil habenti: etsi nihil habebam.

porum pendens. Hortatusque milites ad spem tantae rei, docet, *Sabacem praetorem Aegypti cecidisse in acie: Persarum praesidium et sine duce esse, et invalidum: Aegyptios semper praetoribus eorum infensos, pro sociis ipsos, non pro hostibus aestimaturos.* [9]) Omnia experiri necessitas cogebat: quippe cum primas spes fortuna destituit, futura praesentibus videntur esse potiora. Igitur conclamant, *duceret, quo videretur.* Atque ille utendum animis, dum spe calerent, ratus, ad Pelusii ostium penetrat, simulans *a Dario se esse praemissum.* Potitus ergo Pelusii, Memphim copias promovit: ad cujus famam Aegyptii, vana gens, et novandis, quam gerendis aptior rebus, ex suis quisque vicis urbibusque (ad hoc ipsum) concurrunt, ad delenda praesidia Persarum. [10]) Qui territi, tamen spem obtinendi Aegyptum non amiserunt. Sed eos Amyntas proelio superatos, in urbem compellit; castrisque positis, victores ad populandos agros eduxit: ac velut in medio positis omnibus hostium cuncta agebantur. Itaque

---

[9]) Magnae indolis — cepit, diese Rede des Abdol. liefert ihm einen Beweis von seiner großen Seele, oder großen Eigenschaften; appositam: adjacentem, finitimam; ditioni ejus adjecit: imperio v. potestati ejus subjecit; ipsum: Amyntam; persecutis st. secutis; Tripolis, eine Stadt in Syrien, jetzt Tripoli o. Tarablus; milites in naves imponere, die S. zu Schiffe bringen, einschiffen; Cyprus, eine bekannte Insel im mittelländischen Meere; transmisit: trajecit; certo jure possidere, mit vollem Rechte, rechtmäßig in Besitz nehmen; utrique regi: Alexandro et Dario; ex ancipiti mutatione temporum pendere, von der jedesmaligen Aenderung der Umstände abhängen. — Amyntas richtete sich nach den Zeitumständen, und traf solche Maßregeln, die ihm vortheilhaft zu seyn schienen; milites ad spem tantae rei adhortari, die S. zu einer so viel versprechenden Unternehmung aufmuntern; docere, zeigen, vorstellen; sine duce: Amyntas wußte nicht, daß Mazaces noch übrig sey; infensos, Andere: *infestos*; aestimaturos: habituros.

[10]) Destituere: fallere, vereiteln; futura, die Zukunft; potiora: meliora; videretur: sibi placeret; animis uti, den Muth benützen; dum spe calerent, so lange sie noch die Hoffnung belebte; Pelusii ostium: ostium Nili pelusiacum. Pelusium, ein berühmter Hafen, und eine starke Gränzfestung des alten Aegyptens an der östlichen Mündung des Nils, 20 Meilen vom Meere; Memphis, damals die vorzüglichste Stadt Aegyptens, und vor der persischen Herrschaft die Residenz der ägyptischen Könige; copias promovere, mit den Truppen vorrücken; vanus, windig, leichtsinnig; novandis, quam gerendis rebus aptiorem esse, mehr geeignet seyn, Neuerungen anzufangen, als Thatsachen auszuführen.

Mazaces, quamquam infelici proelio suorum animos territos esse cognoverat, tamen *palantes, et victoriae fiducia incautos* ostentans, perpulit *ne dubitarent ex urbe erumpere, et res amisssas recuperare.* [11]) Id consilium non ratione prudentius, quam eventu felicius fuit: ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt. Has poenas Amyntas utrique regi dedit; nihilo magis ei ad quem transfugerat fidus, quam illi quem deseruerat. Darii praetores, qui proelio apud Isson superfuerant, cum omni manu, quae fugientes secuta erat, assumta etiam Cappadocum et Paphlagonum juventute, Lydiam recuperare tentabant. Antigonus, praetor Alexandri, Lydiae praeerat: qui, quamquam plerosque militum ex praesidiis ad regem dimiserat: tamen barbaris spretis, in aciem suos eduxit. Eadem illic quoque fortuna partium fuit: tribus proeliis alia atque alia regione commissis, Persae funduntur. [12]) Eodem tempore classis Macedonum ex Graecia accita, Aristomenem, qui ad Hellesponti oram recuperandam a Dario erat missus, captis ejus aut mersis navibus superat. A Milesiis deinde Pharnabazus praefectus Persicae classis pecunia exacta, et praesidio in urbem Chium introducto, centum navibus Andrum, et inde Syphnum petiit. Eas quoque insulas praesidiis occupat; pecunia multat. Magnitudo belli, quod ab opulentissimis Europae Asiaeque regibus, in spem totius orbis occupandi gerebatur, Graeciae quoque et Cretae arma commoverat. [13]) Agis, Lacedaemoniorum rex, octo millibus Graecorum, qui ex Cilicia profugi domos

---

[11]) Spem, Aegyptum obtinendi (retinendi), non mittere, die H. Aegypten zu behaupten, nicht fahren lassen; victores, sc. copias; ac velut etc., und sie (die Griechen) benahmen sich so, als wenn alle feindlichen Güter ihnen preisgegeben wären. Die Lesarten und die Erläuterungen dieser Stelle sind so verschieden, daß man nicht auf das Wahre kommt. S. Snackenburg; ostentans: dum ostentabat, sc. Persis; tamen gehört zu pepulit; res amissas recuperare, den Verlust wieder gut machen.

[12]) Id etc., dieser Plan war eben so klug ausgedacht, als dem Erfolge nach glücklich; sie wurden alle ohne Ausnahme nebst dem Heerführer niedergemacht. So wurden beide Könige am Amyntas gerächt; praetores: duces; fugientes, sc. praetores; juventus, junge Mannschaft, junge Leute; recuperare, wieder erobern; eadem illic etc., auch dort traf beide Theile dasselbe Schicksal — die Maced. siegten, wie früher, und die Perser wurden geschlagen; alia atque alia regione, in verschiedenen Gegenden.

[13]) Mersis: demersis; pecuniam ab aliquo exigere, von Jem. Geld erpressen; introducere: in urbe collocare; Chios, Andrus u. Syphnus, Inseln im ägäischen Meere; in spem totius

repetierant, contractis, bellum Antipatro Macedoniae praefecto moliebatur. Cretenses has aut illas partes secuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum praesidiis occupabantur. Sed leviora inter illos fuere discrimina; unum certamen, ex quo cetera pendebant, intuente fortuna. [14])

II. Jam tota Syria, jam Phoenice quoque, excepta Tyro, Macedonum erant; habebatque rex castra in continenti, a quo urbem angustum fretum dirimit. Tyrus et claritate, et magnitudine ante omnes urbes Syriae Phoenicesque memorabilis, facilius societatem Alexandri acceptura videbatur, quam imperium. Coronam igitur auream legati donum afferebant; commeatusque large et hospitaliter ex oppido advexerant. Ille *dona, ut ab amicis, accipi* jussit; benigneque legatos allocutus, *Herculi, quem praecipue Tyrii colerent, sacrificare velle se* dixit. *Macedonum reges credere, ab illo Deo ipsos genus ducere: se vero ut id faceret etiam oraculo monitum.* [1]) Legati respondent, *esse templum Herculis extra urbem, in ea sede, quam Palaetyron ipsi vocant: ibi regem Deo sacrum rite facturum.* Non tenuit iram Alexander, cujus alioquin potens non erat. Itaque, *vos quidem,* inquit, *fiducia loci, quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis: sed brevi ostendam in continenti vos esse. Proinde sciatis licet, aut intraturum me urbem, aut oppugnaturum.* Cum hoc responso dimissos monere amici coeperunt, *ut regem, quem Syria, quem Phoenice recepisset, ipsi quoque urbem intrare paterentur.* At illi, loco satis fisi, obsidionem ferre decreverunt. Namque urbem a

---

orbis occupandi, in der Hoffnung, sich des ganzen Erdkreises zu bemächtigen; arma commovere, die W. in Bewegung setzen.

[14]) Domos repetere, nach Hause zurückkehren; bellum alicui moliri, sich zum Kriege gegen Jem. rüsten; Cretenses nunc Spart. n. Mac. praesidiis occupabantur, die K. hatten bald spartanische, bald maced. Truppen zur Besatzung; sed etc., allein ihre Fehden waren ziemlich unbedeutend, indem das Glück sein Augenmerk auf einen einzigen Kampf richtete, von dem alles Uebrige abhing. — Dieses will sagen: daß alle diese Fehden von einer entscheidenden Schlacht zwischen Darius und Alexander abhingen.

Inh. Tyrus, welches Alexandern seine Thore nicht eröffnen will, wird belagert.

[1]) Quo st. qua, sc. terra continenti; angustum f., eine Meerenge; claritas, Berühmtheit; facilius alicujus societatem, quam imperium accipere, lieber mit Jem. ein Bündniß schließen, als sich dessen Herrschaft unterwerfen; afferebant, sc. ei; advexerant, sc. ei, Andere: *adduxerant*; genus ab aliquo ducere, das G. von Jem. herleiten, von Jem. abstammen.

continenti quatuor stadiorum fretum dividit, Africo maxime objectum, crebros ex alto fluctus in litus evolvens.[2]) Nec accipiendo operi, quo Macedones continenti insulam jungere parabant, quidquam magis, quam ille ventus obstabat. Quippe vix leni et tranquillo mari moles agi possunt; Africus vero prima quaeque congesta pulsu illisa mari subruit: nec ulla tam firma moles est, quam non exedant undae per nexus operum manantes, et ubi acrior flatus exstitit, summi operis fastigio superfusae. Praeter hanc difficultatem haud minor alia erat; muros turresque urbis praealtum mare ambiebat: non tormenta, nisi e navibus procul excussa, emitti; non scalae moenibus applicari poterant: praeceps in salum murus pedestre interceperat iter: naves nec habebat rex; et, si admovisset, pendentes et instabiles missilibus arceri poterant.[3]) Inter quae parva dictu res Tyriorum fiduciam accendit. Carthaginiensium legati ad celebrandum anniversari-

---

[2]) In ea sede, an einem Orte, an einer Stelle, Andere: *in eam sedem, v. ea sede*; Palaetyros, Alttyrus: Tyrus befand sich auf einer Insel, welche jetzt, obgleich sie menschenleer ist, Sur heißt. Alttyrus lag 30 Stadien südlicher; rite, auf gehörige Art; iram non tenere, den Zorn nicht beherrschen können; alioquin, ohnehin, ohnedieß; fiducia loci, im Vertrauen auf eure Lage; proinde sciatis licet, wisset also; urbem intrare, oppugnare, in die Stadt einziehen, die St. belagern; responsum, Bescheid; amici, sc. Tyriorum; quem recepisset: cui se subjecisset; ferre, aushalten; Africo (sc. vento) maxime objectum, welche dem Südwestwinde am meisten ausgesetzt ist; ex alto, sc. mari, von der hohen See.

[3]) Accipere, unternehmen, sich an etwas machen; opus: molem exstruere, einen Damm bauen; parare, sich anschicken, wollen; leni etc., bei stiller und ruhiger See; molem agere, einen Damm bauen; Africus vero etc., allein dieser Südwestwind stürzte Alles, was man Anfangs hinein warf, durch das Anschlagen der Wellen in's Meer; congesta, sc. in mare; pulsu, sc. fluctuum; mari, Andere: *maris*; exedere, aushöhlen, durchfressen; per nexus (compages) operum manare, durch die Fugen des Dammes strömen, dringen; exstitit, Andere: *existit*; undae summi operis fastigio superfunduntur, das Wasser überschwemmt den Damm, strömt über den Damm; praealtus, sehr tief; ambiebat: circumdabat; non tormenta etc., es konnte kein Geschoß, außer von Weitem aus den Schiffen geschleudert, geworfen, noch Sturmleitern an die Mauern angelegt werden; die in das Meer senkrecht laufende Mauer machte jeden Zugang unmöglich; admovisset, sc. eas muro; naves muro admovere, mit den Schiffen an die M. rücken; pendentes etc., so konnten sie wegen des Schwankens und unsichern Standes (wegen des Windes) durch das feindliche Geschoß abgehalten werden.

um sacrum more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem Tyrii condiderunt, semper parentum loco culti. Hortari ergo Poeni coeperunt, *ut obsidionem forti animo paterentur; brevi Carthagine auxilia ventura.* Namque ea tempestate magna ex parte Punicis classibus maria obsidebantur. Igitur bello decreto, per muros turresque tormenta disponunt: arma junioribus dividunt; opificesque, quorum copia urbs abundabat, in officinas distribuunt. [4]) Omnia belli apparatu strepunt: ferreae quoque manus (*Harpagonas* vocant), quas operibus hostium injicerent, corvique, et alia tuendis urbibus excogitata, praeparabantur. Sed cum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat, impositum esset, admotisque follibus ignem flatu accenderent; *sanguinis rivi sub ipsis flammis exstitisse* dicuntur: idque omen in Macedonum metum verterunt Tyrii. Apud Macedonas quoque cum forte panem quidam militum frangeret, manantis sanguinis guttas notaverunt. Territoque rege, Aristander, peritissimus vatum, respondit, *si extrinsecus cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum: contra, cum ab interiore parte manaverit, urbi, quam obsidere destinassent, exitium portendere.*[5]) Alexander cum et classem procul habe-

---

[4]) Parva dictu res, ein an sich geringfügiger Umstand; accendit: auget; anniversarium sacrum more patrio celebrare, das heilige Jahresfest nach vaterländischem Gebrauche feiern; parentes, Stammeltern; forti animo pati, mit männlichem Muthe aushalten; obsidere, besetzt halten, b) wimmeln, beherrschen; per — tormenta disponere, auf — das Geschütz vertheilen.

[5]) Belli apparatus, Zurüstungen zum Kriege; ferreae manus, eiserne Haken. Man warf sie mittelst Maschinen in die feindlichen Schiffe, und zog diese damit in die Höhe, so, daß das Schiff auf dem Hintertheile ruhte, und ließ es dann plötzlich wieder fallen, wo das Schiff durch den gewaltigen Stoß gegen das Wasser entweder auf die Seite fiel, oder so tief ins Wasser sich tauchte, daß dieses hineinströmte. Sie hingen an eisernen Ketten. Auch andere Werke zerstörte man damit; tuendis: defendendis; alia excogitata, sc. tormenta, Maschinen; admotis follibus ignem flatu accendere, durch angebrachte Blasbälge das Feuer anfachen; dicuntur: entweder geschah dieses aus Dummheit der Arbeitsleute, daß sie das Eisen zu lange im Feuer ließen, wo es schmolz, oder es hatten einige Tyrier, die in der Chemie Kenntnisse besaßen, ein Materiale in das Feuer gelegt, welches durch die Hitze des Feuers schmolz, und wie Blut aussah, um durch eine gute Auslegung dieses vermeinten Wunders den Muth der Ihrigen zu beleben, und den der Macedonier niederzuschlagen; vertere, auslegen, deuten; territoque rege: Alexander, der sich über den Aberglauben hinaussetzte, sah ein, daß seine Truppen einer langwierigen Belagerung leicht überdrüßig wer-

ret, et longam obsidionem magno sibi ad cetera impedimento videret fore; caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit: quos Tyrii contra jus gentium occisos praecipitaverunt in altum. Atque ille suorum tam indigna nece commotus, urbem obsidere statuit. Sed ante jacienda moles erat, quae urbem continenti committeret. Ingens ergo animos militum desperatio incessit, cernentium *profundum mare, quod vix divina ope posset impleri: quae saxa tam vasta, quas tam proceras arbores posse reperiri? exhauriendas esse regiones, ut illud spatium aggeraretur: et exaestuare semper fretum, quoque arctius volutetur inter insulam et continentem, hoc acrius furere.* [6]) At ille haudquaquam rudis tractandi militares animos, *speciem sibi Herculis in somno oblatam esse* pronuntiat, *dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem intrare se visum.* Inter haec, *caduceatores interfectos, gentium jura violata*, referebat: *unam esse urbem, quae cursum victoris morari ausa esset.* Ducibus deinde negotium datur, *ut suos quisque castiget:* satisque omnibus stimulatis, opus orsus est. Magna vis saxorum ad manum erat. Tyro vetere praebente: materies ex Libano monte ratibus et turribus faciendis vehebatur. [7]) Jamque a fundo maris in altitudinem montis opus excreverat, nondum tamen aquae fastigium aequabat; et, quo longius moles agebatur a litore, hoc magis, quidquid ingerebatur, praealtum absorbebat mare: cum Tyrii parvis navigiis admotis, per ludibrium exprobrabant, *illos armis in-*

---

den könnten; er mußte daher im Voraus auf eine Gaukelei sinnen, um seine Leute durch eine vortheilhafte Auslegung derselben zur Ausdauer anzueifern; auch war dieses ein Gegenmittel gegen das obenerwähnte. Die Alten glaubten überhaupt vermöge ihrer Religion bei bevorstehenden wichtigen Ereignissen Wunderzeichen zu sehen, oder sie erdichteten dieselben.

[6]) Ad cetera, hinsichtlich seiner übrigen Unternehmungen; in altum: mare; indigna nece commoveri, über den unverdienten Tod entrüstet werden; jacienda: exstruenda; committeret: conjungeret; ingens desperatio, eine außerordentliche Muthlosigkeit; cernentium: quum cernerent; impleri: expleri; vastus, ungeheuer; regiones, ganze Länder; aggerare, mit Erde anfüllen, erhöhen; exaestuare, wallend aufsteigen, brausen, unruhig seyn.

[7]) Haud quaquam rudis tractandi: qui bene sciebat tractare; speciem — esse, es sey ihm H. im Traume erschienen; visum, sc. sibi esse; referebat: narrabat; negotium dare, den Auftrag ertheilen; aliquem castigare, Jem. Vorwürfe machen, hier: die Furcht verweisen; stimulare, aufmuntern, ermuthigen; ad manum, bei der Hand, in der Nähe; praebente (liefern), sc. ea saxa; materies, Bauholz; vehebatur: advehebatur.

*clytos, dorso sicut jumenta onera gestare:* interrogabant etiam, *num major Neptuno esset Alexander?* Haec ipsa insectatio alacritatem militum accendit. Jamque paullulum moles aquam eminebat, et simul aggeris latitudo crescebat, urbique admovebatur; cum Tyrii magnitudine molis, cujus incrementum eos ante fefellerat, conspecta, levibus navigiis nondum commissum opus circumire coeperunt; missilibus eos quoque, qui pro opere stabant, incessere. [8]) Multis ergo impune vulneratis, cum et removere, et appellere scaphas in expedito esset, ad curam semet ipsos tuendi ab opere converterant. Igitur rex *munientibus coria velaque* jussit *obtendi, ut extra teli ictum essent:* duasque turres ex capite molis erexit, e quibus in subeuntes scaphas tela ingeri possent. Contra Tyrii navigia procul a conspectu hostium litori appellunt, expositisque militibus, eos, qui saxa gestabant, obtruncant. In Libano quoque Arabum agrestes incompositos Macedonas aggressi, triginta fere interficiunt, paucioribus captis. [9])

III. Ea res Alexandrum dividere copias coëgit: et ne segniter assidere uni urbi videretur, operi Perdiccam Craterumque praefecit; ipse cum expedita manu Arabiam petiit. Inter haec Tyrii navem magnitudine eximia, saxis arenaque a puppi oneratam, ita ut multum prora emineret, bitumine

---

[8]) Jamque etc., schon stieg der Damm vom Grunde der See gleich einem Berge empor; in altitudinem montis, Andere: *in altitudinem modicam*; fastigium aquae, die Oberfläche des Wassers; agi: exstrui; absorbere, verschlingen; cum etc., wenn die Tyrier auf kleinen Fahrzeugen sich genähert hatten, warfen sie ihnen spottweise vor, daß so berühmte Krieger rc.; insectatio, Spott; alacritatem accendere, den Muth beleben, o. den Eifer, die Lust zur Arbeit vermehren; latitudo, Breite — vom festen Lande gegen die Stadt; urbi admoveri, sich der Stadt nähern; commissum: conjunctum, sc. cum urbe; circumire: circumvehi; qui pro opere stabant: qui aggerem defendebant; incessere, beunruhigen.

[9]) Impune, ohne sich vertheidigen zu können; cum etc., weil man sich mit den Kähnen leicht entfernen und nähern konnte, so wandten sie ihre Sorge vom Werke auf ihre eigene Beschützung, d. h. so mußten sie jetzt mehr auf ihre eigene Beschützung, als auf die Fortsetzung der Arbeit bedacht seyn; munientibus coria et vela obtendere, vor die Arbeiter (am Damme) Häute und Tücher ziehen, spannen; ut extra etc., um sie gegen die Pfeile zu sichern; ex capite molis, vorn an dem Damme; in subeuntes scaphas tela ingerere, die darunter hinfahrenden o. die dem Damme sich nähernden Kähne beschießen; appellere, landen; agrestes: rustici; incompositus, in Unordnung befindlich, zerstreut.

ac sulphure illitam remis concitaverunt; et cum magnam vim venti vela quoque concepissent, celeriter ad molem successit: tunc prora ejus accensa, remiges desiliere in scaphas, quae ad hoc ipsum praeparatae sequebantur. [1] Navis autem igne concepto latius fundere incendium coepit: quod, priusquam posset occurri, turres et cetera opera in capite molis posita comprehendit. At qui desilierant in parva navigia, faces, et quidquid alendo igni aptum erat, in eadem opera ingerunt. Jamque non modo Macedonum turres, sed etiam summa tabulata conceperant ignem: cum ii, qui in turribus erant, partim haurirentur incendio; partim armis omissis, in mare semet ipsi immitterent. At Tyrii, qui capere eos, quam interficere mallent, natantium manus stipitibus saxisque lacerabant, donec debilitati, impune navigiis excipi possent. [2] Nec incendio solum opera consumta; sed forte eodem die vehementior ventus motum ex profundo mare illisit in molem, crebrisque fluctibus compages operis verberatae se laxavere, saxaque interluens unda medium opus rupit. Prorutis igitur lapidum cumulis, quibus injecta terra sustinebatur, praeceps in profundum ruit; tantaeque molis
13 vix ulla vestigia invenit Arabia rediens Alexander. Hic, quod in adversis rebus solet fieri, alius in alium culpam referebat;

---

Inh. Alexander fährt mit der äußerst merkwürdigen Belagerung fort, und findet ungeheure Schwierigkeiten.

1) Segniter assidere alicui, unthätig bei etwas sitzen, verweilen; praeficere, die Aufsicht geben, überlassen; expedita manus, ein fliegender Heerhaufe (Corps); Arabiam — Arabes in istis montibus; a puppi, am Hintertheile, hinten; prora, Vordertheil, vorn; bitumine ac sulphure illita navis, ein mit Pech und Schwefel beschmiertes Schiff, — ein Brander — deren sich jetzt die Griechen gegen die Türken mit so gutem Erfolge bedienen; navim remis concitare, mit einem Schiffe (nach dem Damme) zurudern; succedere, herangehen, sich nähern; ad hoc ipsum: ad hunc finem.

2) Fundere, verbreiten; occurrere, vorbeugen, löschen; opera posita, errichtete Werke; summa tabulata, die obersten Stockwerke; Turres: eine Kriegsmaschine der Alten, welche man bei Belagerungen brauchte. Siehe röm. Alterthümer. Snakenburg ist der Meinung, daß unter summa tabulata die obersten Balken und Bretter vorn am Damme zu verstehen seyen; incendio hauriri, in der Flamme umkommen; armis omissis, mit Zurücklassung der Waffen; immitterent: praecipitarent; manus stip. saxisque lacerare, die H. mit Stöcken und Steinen zerfleischen; impune aliquem navigiis excipere, Jem. ohne weitere Gegenwehr (ohne sich weiter vertheidigen zu können) auf die Fahrzeuge nehmen.

cum omnes verius de saevitia maris queri possent. [3]) Rex novi operis molem orsus, in adversum ventum non latere, sed recta fronte direxit; quod cetera opera, velut sub ipso latentia, tuebatur: latitudinem quoque aggeri adjecit, ut turres in medio erectae procul teli jactu abessent. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum jaciebant; deinde saxis onerabant; rursus cumulo eorum alias arbores injiciebant; tum humus aggerebatur; superque alia strue saxorum arborumque cumulata, velut quodam nexu continens opus junxerant. [4]) Nec Tyrii, quidquid ad impediendam molem excogitari poterat, segniter exsequebantur. Praecipuum auxilium erat, qui procul hostium conspectu subibant aquam, occultoque lapsu ad molem usque penetrabant, falcibus palmites arborum eminentium ad se trahentes; quae ubi secutae erant, pleraque secum in profundum dabant: tum levatos onere stipites truncosque arborum haud aegre moliebantur: deinde totum opus, quod stipitibus fuerat innixum, fundamento lapso sequebatur. [5]) Aegro animi Alexandro, et utrum perseveraret, an abiret, satis incerto, classis Cypro advenit; eodemque tempore Cleander cum Graecis militibus in Asiam nuper advectus. Centum et octoginta navium classem in duo

---

[3]) Nec incendio etc., und die Werke wurden nicht allein durch das Feuer verzehrt, sondern an demselben Tage trieb auch zufälligerweise ein ziemlich heftiger Wind die von Grund aus tobende See gegen den Damm, die durch die häufigen Wellen gepeitschten Fugen desselben lösten sich (gänzlich auseinander), das Wasser drang durch die Steine, und zerriß den Damm in der Mitte; praeceps (sc. opus), schnell, auf einmal; referebat: transferebat; verius, mit Recht.

[4]) Rex etc., der König ließ einen neuen Damm bauen, aber nicht, wie vorhin, seitwärts, sondern gerade dem Südwestwinde entgegen, um die übrigen Werke, die gleichsam hinter ihm verborgen standen, dadurch zu decken; sententia est: novam molem ita exstrui jussit, ut frons ejus adversa esset Africo; eo consilio, ut quae aggeris partes pone frontem essent, ipsa fronte tegerentur, nec vento molem a latere subruere liceret. Schmieder. Latitudinem adjicere, breiter machen; erectae, Andere: *excitatae*; procul teli jactu (Andere: *ictu*), weit außer Pfeilesworf; tum humus aggerebatur, dann trug man Erde darauf; velut — junxerant: totam molem quasi aliquo vinculo colligatam, coagmentaverant. Edd. c. n. Var.

[5]) Aquam subire, untertauchen; occulto lapsu, unvermerkt, heimlich; falx, Haken; qua etc., welche dann, wenn sie nachgaben, das Meiste mit sich in die Tiefe rießen; haud aegre moliri, ohne Mühe erschüttern, wankend machen; fundamento lapso, sobald der Grund gewichen war; sequi, nachfolgen, nachstürzen.

dividit cornua: laevum Pnytagoras, rex Cypriorum, cum Cratero tuebatur; Alexandrum in dextro quinqueremis regia vehebat. Nec Tyrii, quamquam classem habebant, ausi navale inire certamen, triremes omnes ante ipsa moenia opposuerunt: quibus rex invectus, ipsas demersit. [6]) Postera die classe ad moenia admota, undique tormentis, et maxime arietum pulsu muros quatit: quos Tyrii raptim obstructis saxis refecerunt; interiorem quoque murum, ut si prior fefellisset, illo se tuerentur, undique orsi. Sed undique vis mali urgebat: moles intra teli jactum erat; classis moenia circumibat: terrestri simul navalique clade obruebantur. Quippe binas quadriremes Macedones inter se ita junxerant, ut prorae cohaererent; puppes intervallo, quantum capere poterant, distarent. [7]) Hoc puppium intervallum antennis asseribusque validis deligatis, superque eos pontibus stratis, qui militem sustinerent, impleverant: sic instructas quadriremes ad urbem agebant: inde missilia in propugnantes ingerebantur tuto, quia proris miles tegebatur. Media nox erat, cum classem, sicuti dictum est, paratam, *circumire muros* jubet: jamque naves urbi undique admovebantur, et Tyrii desperatione torpebant; cum subito spissae nubes intendere se coelo, et quidquid lucis internitebat, effusa caligine exstinctum est. [8]) Tum inhorrescens mare paullatim levari, deinde acriori vento concitatum, fluctus ciere, et inter

---

[6]) Aegro animi Alexandro et satis incerto, da Alexander bekümmert und unschlüßig war; perseveraret, sc. urbem obsidere; tueri, befehligen; omnes triremes, Andere: *tres omnino*; ante ipsa moenia opponere, gerade vor die M. stellen; quibus etc., der K. fuhr auf sie zu (griff sie an), und versenkte sie.

[7]) Classem ad moenia admovere, mit der F. an die M. rükken; quatere, erschüttern, zerstoßen; murum obstructis saxis reficere, die M. ausbessern; fefellisset: dejectus, subrutus esset; ut etc., um sich hinter derselben vertheidigen zu können; orsus, sc. aedificare; sed etc., allein sie kamen von allen Seiten her sehr in's Gedränge; terrestri — obruebantur: propugnatores murorum vulnerabantur, interficiebantur telis et a terra ex mole, et ex navibus missis. Man kann es geben: Und man setzte ihnen zu gleicher Zeit zu Wasser und zu Lande hart zu; intervallo — distare, so weit als möglich von einander stehen.

[8]) Super eos pontes sternere, B. darüber legen; qui militem sustinerent, worauf die Soldaten standen; instructus, eingerichtet; ad urbem agere, gegen die St. zurudern; propugnantes: obsessos; admoveri, sich nähern; desperatione torpere, ganz bestürzt seyn; coelo se intendere, den H. überziehen; effusa caligine exstingui, durch die verbreitete Finsterniß verdunkelt werden.

se navigia collidere. Jamque scindi coeperant vincula, quibus connexae quadriremes erant, ruere tabulata, et cum ingenti fragore in profundum secum milites trahere. Neque enim conserta navigia ulla ope in turbido regi poterant: miles ministeria nautarum, remiges militis officia turbabant; et, quod in hujusmodi casu accidit, periti ignaris parebant: quippe gubernatores, alias imperare soliti, tum metu mortis jussa exsequebantur. [9]) Tandem remis pertinacius everberatum mare, veluti eripientibus navigia classicis cessit: appulsaque sunt litori, lacerata pleraque. Iisdem diebus forte Carthaginiensium legati triginta superveniunt, majus obsessis solatium, quam auxilium: quippe *domestico bello Poenos impediri; nec de imperio, sed pro salute dimicare*, nuntiabant. Syracusani tunc Africam urebant, et haud procul Carthaginis muris locaverant castra. Non tamen defecere animis Tyrii, quamquam ab ingenti spe destituti erant; sed conjuges liberosque devehendos Carthaginem tradiderunt; fortius quidquid accideret laturi, si carissimam sui partem extra communis periculi sortem habuissent. [10]) Cumque unus e civibus concioni indicasset, *oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis,* quem eximia religione colerent, *urbem deserentis; molemque a Macedonibus jactam in salo, in silvestrem saltum esse mutatam:* quamquam auctor levis erat, tamen ad deteriora credenda proni metu, aurea catena devinxere simulacrum, araeque Herculis, cujus numini urbem dicaverant, inseruere vinculum, quasi illo Deo Apollinem retenturi. Syracusis id simulacrum devexerant Poeni, et in majore locaverant patria; multisque aliis spoliis urbium,

---

9) Tum inhorrescens etc., dann fing die unruhige See sich allmählig zu erheben, und durch den heftigern Wind stürmisch geworden, Wellen zu werfen, und die Fahrzeuge an einander zu stoßen an; tabulata, die Stockwerke, das Gebälke über dem Damme; conserta navigia, die zusammengebundenen Schiffe; in turbido, bei einem solchen Sturm; miles etc., die Soldaten brachten die Seeleute (Matrosen) und die Ruderknechte die Soldaten hinsichtlich ihres Dienstes in Verwirrung.

10) Tandem etc., als man endlich ohne Unterlaß aus allen Kräften ruderte, gewannen die Ruderknechte die Oberhand, und brachten die Schiffe, obgleich meistens übel zugerichtet, an's Ufer; impediri, sc. quominus obsessis subvenirent; salus, Erhaltung, Freiheit und Leben; urere, sengen und brennen, verwüsten; animis deficere, den Muth sinken lassen; ingenti spe destituor, mich täuscht die sehr große H., d. i. ich finde mich in meiner sehr starken H. getäuscht; fortius: fortiori animo; laturi, sc. essent; extra communis periculi sortem habere, in Hinsicht der gemeinschaftlichen Gefahr sich gesichert wissen: sors heißt hier eigentlich Antheil, Theilnahme.

a semet captarum, non Carthaginem magis, quam Tyrum ornaverant. [11]) Sacrum quoque, quod quidem Diis minime cordi esse crediderim, multis seculis intermissum repetendi auctores quidam erant, *ut ingenuus puer Saturno immolaretur:* quod sacrilegium verius quam sacrum, Carthaginienses a conditoribus traditum, usque ad excidium urbis suae fecisse dicuntur. Ac nisi seniores obstitissent, quorum consilio cuncta agebantur, humanitatem dira superstitio vicisset. Ceterum efficacior omni arte imminens necessitas, non usitata modo praesidia, sed quaedam etiam nova admonuit. [12]) Namque ad implicanda navigia, quae muros subibant, validis asseribus corvos et ferreas manus cum uncis ac falcibus illigaverant; ut, cum tormento asseres promovissent, subito laxatis funibus injicerent. Unci quoque et falces ex iisdem asseribus dependentes, aut propugnatores, aut ipsa navigia lacerabant. [13]) Clypeos vero aeneos multo igne torrebant, quos repletos fervida arena, coenoque decocto, e muris su-

---

[11]) Eximia religione colere, vorzüglich verehren; urbem deserentis, wie er die Stadt verläßt; quamquam — erat, obgleich der Erzähler o. Gewährsmann ein unbedeutender Mann war, o. wenig Glauben verdiente; ad deteriora: ad pejora; arae vinculum inserere, am Altare mit einem Bande befestigen; illo Deo: illius Dei ope; retenturi, Andere: *retenturo;* in majore patria: in majorum patria: Ita vocat Tyrum, quae major patria, sicut sunt majores parentes. Carthaginiensium majores erant Tyrii, sic ergo Tyrus eorumdem major patria. Scheffer.

[12]) Minime cordi esse, ganz und gar nicht angenehm seyn; sacrum repetendi auctorem esse, das Opfer wieder zu erneuern, wieder einzuführen rathen; quod sacrilegium etc., und dieses Opfer, oder vielmehr (richtiger) diese Gottesentheiligung, Opferentweihung; agere, leiten, betreiben; dirus, Furcht erregend, gräulich, abscheulich; omni arte, Andere: *omni ratione;* praesidium, Vertheidigungsmittel; admonuit: docuit.

[13]) Ad implicanda: ad impedienda, destruenda; muros subire, der M. sich nähern, unvermerkt heranrücken; illigare, anbinden, befestigen; tormento promovere, auf der Wurfmaschine vorschieben; laxatis funibus, durch Loslassung der Sehnen; injicerent, sc. in navigia; mens auctoris est: Tyrii longos contos seu longurios a capite uncis, corvis, falcibus, manibus ferreis armatos, per machinas extra moenia actos et protensos, subito remittebant funibus suspensos, ut in subjectas hostium naves inciderent, rursumque adducti funibus secum traherent, quidquid adripuissent, sic ut totas naves vel everterent a lateribus prensos, vel in proras erigerent, et puppim mergerent, vel contra. Rader. Lacerare, beschädigen.

bito devolvebant. Nec ulla pestis magis timebatur: quippe ubi loricam corpusque fervens arena penetraverat, nec ulla vi excuti poterat, et quidquid attigerat, perurebat: jacientesque arma, laceratis omnibus, quis protegi poterant, vulneribus inulti patebant: corvi vero et ferreae manus tormentis emissae plerosque rapiebant. [14])

IV. Hic rex fatigatus statuerat soluta obsidione Aegyptum petere. Quippe cum Asiam ingenti celeritate percurrisset; circa muros unius urbis haerebat, tot maximarum rerum opportunitate dimissa. Ceterum tam discedere irritum, quam morari pudebat; famam quoque, qua plura, quam armis, everterat, ratus leviorem fore, si Tyrum, quasi testem se posse vinci, reliquisset. Igitur ne quid inexpertum omitteret, *plures naves admoveri* jubet, *delectosque militum imponi.* [1]) Et forte bellua inusitatae magnitudinis, super ipsos fluctus dorso eminens, ad molem, quam Macedones jecerant, ingens corpus applicuit: diverberatisque fluctibus allevans semet, utrimque conspecta est: deinde a capite molis rursus alto se immersit; ac modo super undas eminens magna sui parte, modo superfusis fluctibus condita, haud procul munimentis urbis emersit. Utrisque laetus fuit belluae adspectus: Macedones *iter jaciendo operi monstrasse eam* augurabantur; Tyrii, *Neptunum occupati maris vindicem arripuisse belluam, ac molem brevi profecto ruituram.* [2]) Laetique omine eo ad epulas dilapsi oneravere

---

[14]) Multo igne torrere, im starken Feuer glühend machen; perurebat: Der heiße Sand hätte allein diese Wirkung nicht hervorbringen können; er mußte mit einer Materie getränkt seyn, welche dieselbe Wirkung that, wie jetzt die congrevischen Raketen; vulneribus etc., so waren sie, ohne sich vertheidigen zu können, den Verwundungen preisgegeben.

Inh. Tyrus wird endlich mit Sturm genommen, und nach einem schrecklichen Blutbade gänzlich eingeäschert.

[1]) Obsidionem solvere, die B. aufheben; Asiam, sc. minorem; haerere: morari; opportunitatem max. rerum dimittere, die Gelegenheit zu so großen Unternehmungen fahren lassen; ceterum etc., übrigens schämte er sich sowohl unverrichteter Sache abzuziehen, als ferner zu verweilen; leviorem fore: minutum iri; evertere, über Haufen werfen, b) ausrichten; nihil inexpertum omittere, nichts unversucht lassen; admovere, herbeischaffen; delectos militum imponere, mit auserlesenen Kriegern bemannen.

[2]) Ad molem adplicare, an den Damm anlegen; fluctus diverberare, die Wellen auseinander schlagen; a capite, vorn, an der Spitze; alto se immergere, sich in die Tiefe hinabsenken; superfusis fluctibus condita, unter den überströmten Wogen verborgen

se vino: quo graves, orto sole navigia conscendunt, redimita coronis floribusque: adeo victoriae non omen modo, sed etiam gratulationem, praeceperant. Forte rex *classem in diversam partem agi* jusserat, *triginta minoribus navigiis relictis in litore:* e quibus Tyrii duobus captis, cetera ingenti terruerant metu; donec suorum clamore audito Alexander classem litori, e quo fremitus acciderat, admovit. [3]) Prima a Macedonum navibus quinqueremis velocitate inter ceteras eminens occurrit: quam ut conspexere Tyrii, duae e diverso in latera ejus invectae sunt; in quarum alteram quinqueremis eadem concitata, et ipsa rostro icta est, et illam invicem tenuit. Jamque ea, quae non cohaerebat, libero impetu evecta, in aliud quinqueremis latus invehebatur; cum opportunitate mira triremis e classe Alexandri in eam ipsam, quae quinqueremi imminebat, tanta vi impulsa est, ut Tyrius gubernator in mare excuteretur e puppi. [4]) Plures deinde Macedonum naves superveniunt, et rex quoque aderat; cum Tyrii inhibentes remis, aegre evellere navem, quae haerebat, portumque omnia simul navigia repetunt. Confestim rex insecutus, portum quidem intrare non potuit, cum procul e muris missilibus submoveretur; naves autem omnes fere aut demersit, aut cepit. Biduo deinde ad quie-

---

seyn; emergere, empor=, hervorkommen; utrisque: Macedonibus et Tyriis; iter jaciendo operi monstrare, den Weg zeigen, den Damm dahin zu bauen; arripuisse, Andere: *abripuisse.*

[3]) Ad epulas dilabi, auseinander gehen zum Schmause; se vino onerare, sich betrinken; vino gravis, vom W. berauscht; adeo victoriae etc., sie deuteten sogar dieses Zeichen nicht allein auf den künftigen Sieg, sondern frohlockten schon voraus darüber; in diversam partem classis agitur, die Flotte segelt, zieht sich auf die andere Seite; classem litori admovere, mit der F. gegen das Ufer rücken; fremitus, Geschrei, Lärm; acciderat: ad ipsum pervenerat.

[4]) A Macedonum navibus, Andere: *e Mac. nav.*; occurrere, entgegen gehen, voransegeln; e diverso, von der andern Seite. — Tyrus hatte zwei Häfen, der eine lag Sidon, der andere Aegypten gegenüber; in latera invehi, die Flanken anfallen, angreifen; in quarum etc., auf Eines davon ging der nämliche Fünfruderer sogleich los, wo beide Schiffe wechselseitig mit den Schnäbeln so in einander stießen, daß sie nicht von einander konnten; et ipsa rostro, sc. alterius navis Tyriae icta est, et illam, hanc ipsam, cujus rostro icta erat, invicem tenuit, quum Tyrii rostrum ex nave macedonica evellere non possent. Schmieder. Libero impetu, im freien Laufe; opportunitas mira, sehr gelegene Zeit, außerordentliches Glück; imminere, auf Einen losgehen, bedrohen; impelli, anprellen; excuteretur: deturbaretur, dejiceretur.

tem dato militibus, jussisque *et classem et machinas pariter admovere, ut utrimque territis instaret*; ipse in altissimam turrem adscendit, ingenti animo, periculo majore. [5]) Quippe regio insigni et armis fulgentibus conspicuus, unus praecipue telis petebatur. Et digna prorsus spectaculo edidit: multos e muris propugnantes hasta transfixit, quosdam etiam cominus gladio clypeoque impulsos praecipitavit: quippe turris, ex qua dimicabat, muris hostium propemodum cohaerebat. Jamque crebris arietibis saxorum compage laxata, munimenta defecerant, et classis intraverat portum, et quidam Macedonum in turres hostium desertas evaserant: cum Tyrii, tot simul malis victi, alii supplices in templa confugiunt; alii foribus aedium obseratis occupant liberum mortis arbitrium; nonnulli ruunt in hostem, haud inulti tamen perituri: magna pars summa tectorum obtinebat, saxa, et quidquid manibus fors dederat, ingerentes subeuntibus. [6]) Alexander, *exceptis qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici* jubet. His per praecones pronuntiatis, nemo tamen armatus opem a Diis petere sustinuit: pueri virginesque templa compleverant; viri in vestibulo suarum quisque aedium stabant, parata saevientibus turba. Multis tamen saluti fuere Sidonii, qui intra Macedonum praesidia erant. Hi urbem quidem inter victores intraverant, sed cognationis cum Tyriis memores (quippe utramque urbem Agenorem condidisse credebant), multos Tyriorum, etiam protegentes, ad sua perduxere navigia: quibus occultati Sidona devecti sunt. [7]) Quindecim millia hoc furto subducta saevitiae sunt. Quantumque sanguinis fusum sit, vel ex

---

[5]) Remis v. remos inhibere, rückwärts rudernd weichen, mit Macht zurückrudern und umkehren; evellere, losbringen, losmachen; repetere, wieder zu erreichen suchen, zurückkehren; submoveretur: impediretur, prohiberetur; utrimque, Andere: *et undique*; instare, zusetzen; periculo majore, und noch mit größerer Gefahr.

[6]) Reg. insigne, königl. Kleidung; conspicuus, auffallend, kenntlich; aliquem telis petere, mit Pfeilen auf einen schießen; digna spectaculo edere, sehenswerthe Thaten verüben; e muro propugnare, von der M. kämpfen, die M. vertheidigen; praecipitat, sc. in profundum; jamque crebris etc., und als sich die Verbindung der Steine durch die häufigen Mauerstöße auseinander gelöset hatte, stürzten rc.; malis vinci, durch Unglücksfälle gedemüthiget werden; liberum mortis arbitrium occupare, sich selbst das Leben nehmen; summa tecta obtinere: in summa tecta conscendere.

[7]) Sustinuere, es über's Herz bringen, sich entschließen — um für seine Rettung durch die Flucht in die Tempel zu sorgen; parata host. turba, um den wüthenden Feinden zu Gebote zu stehen; qui — erant:

hoc existimari potest, quod intra munimenta urbis sex millia armatorum trucidata sunt. Triste deinde spectaculum victoribus ira praebuit regis. Duo millia, in quibus occidendi defecerat rabies, crucibus affixi per ingens litoris spatium pependerunt. Carthaginiensium legatis pepercit, addita denuntiatione *belli*, *quod praesentium rerum necessitas moraretur*. Tyrus septimo mense, quam oppugnari coepta erat, capta est: urbs, et vetustate originis, et crebra fortunae varietate ad memoriam posteritatis insignis. Condita ab Agenore, diu mare, non vicinum modo, sed quodcunque classes ejus adierunt, ditionis suae fecit. Et si famae libet credere, haec gens literas prima aut docuit, aut didicit.[8]) Coloniae certe ejus paene orbe toto diffusae sunt: Carthago in Africa, in Boeotia Thebae, Gades ad Oceanum. Credo libero commeantes mari, saepiusque adeundo ceteris incognitas terras, elegisse sedes juventuti, qua tunc abundabant: seu quia crebris motibus terrae, nam hoc quoque traditur, cultores ejus fatigati, nova et externa domicilia armis sibimet quaerere cogebantur. Multis ergo casibus defuncta, et post excidium renata, nunc tamen longa pace cuncta refovente, sub tutela Romanae mansuetudinis acquiescit. [9])

V. Iisdem ferme diebus Darii literae adlatae sunt, tandem ut regi scriptae. Petebat, *uti filiam suam,* Statirae erat nomen, *nuptiis Alexander sibi adjungeret. Dotem fore omnem regionem inter Hellespontum et Halyn amnem sitam: inde Orientem spectantibus terris contentum se fore. Si forte dubitaret quod offerretur accipere: nunquam diu eodem vestigio stare fortunam, semperque homines, quantamcunque felicitatem habeant, invidiam tamen sentire majo-*

---

qui in Macedonum exercitu erant; protegentes, sc. contra occurrentes Mac.; occultati, Andere: *occultatis.*

[8]) Furto: fraude; subducta: erepta; deficere, ermüden; denuntiationem belli addere, die Kriegserklärung beifügen; praes. rerum necessitas, der Drang der gegenwärtigen Umstände; varietate: mutatione; ad memoriam posteritatis insignis urbs, eine noch bei der Nachwelt berühmte St.; mare ditionis suae facere, das Meer beherrschen; quodcunque, sc. mare; libet, man darf.

[9]) Commeantes: circumnavigantes; saepius in terras adire, öfter in Länder kommen; cultor, Bewohner; casibus defungi, Schicksale überstehen; renata: restaurata est; refovere, wieder auflebend machen; mansuetudo, Milde.

Inh. Darius macht abermals Friedensvorschläge, welche Alexander verwirft und nach Gaza aufbricht. Die Griechen verehren ihm eine goldene Krone. Seine Feldherrn sind überall glücklich.

rem.[1]) *Vereri, ne se avium modo, quas naturalis levitas ageret ad sidera, inani ac puerili mentis affectu efferret. Nihil difficilius esse, quam in illa aetate tantam capere fortunam. Multas se adhuc reliquias habere, nec semper in angustiis posse deprehendi: transeundum esse Alexandro Euphratem, Tigrimque et Araxem, et Hydaspem, magna munimenta regni sui. Veniendum in campos, ubi paucitate suorum erubescendum sit.*[2]) *Mediam, Hyrcaniam, Bactra et Indos Oceani accolas quando aditurum? vel Sogdianos et Arachosios, nomine tantum notos, ceterasque gentes ad Caucasum et Tanaim pertinentes? Senescendum fore tantum terrarum vel sine proelio obeunti. Se vero ad ipsum vocare desineret: namque illius exitio esse venturum.*[3]) Alexander iis, qui literas attulerant, respondit, *Darium sibi aliena promittere: quod totum amiserit, velle partiri. Doti sibi dari Lydiam, Joniam, Aeolidem, Hellesponti oram, victoriae suae praemia. Leges autem a victoribus dici; accipi a victis. In utro statu ambo essent, si solus ignoraret, quamprimum Marte decerneret. Se quoque, cum transisset mare, non Ciliciam, aut Lydiam, (quippe tanti belli exiguam hanc esse mercedem,) sed Persepolim caput regni ejus, Bactra deinde, et Ecbatana, ultimique Orientis oram imperio suo destinasse. Quocunque ille fugere potuisset, ipsum sequi posse: desineret terrere fluminibus, quem sciret maria transisse.*[4]) Reges quidem

---

[1]) Adlatae sunt, sc. Alexandro; Statirae, sc. cui; nuptiis aliquem sibi adjungere, Eine heirathen; dotem fore etc., zur Mitgift bekäme er u. s. w.; inter — sitam: omnia, quae inter Halyn, Taurum, mare Aegeum et Pontum Euxinum sita sunt; inde, von da, von diesen Gränzen aus; se: Darium; dubitare, Anstand nehmen, Bedenken tragen; eodem vestigio stare, auf derselben Stelle stehen bleiben, hier, beständig seyn; sentire, erfahren.

[2]) Vereri, sc. se, Darium; ad sidera agere, bis in die Lüfte führen; inani ac puerili mentis affectu se efferre, aus eitler und jugendlicher Ehrfucht sich erheben; in illa aetate: A. war damals 23 Jahre alt; fortunam capere, sein G. fassen, sich im G. mäßigen; reliquias, sc. copiarum; in angustiis: uti in Cilicia; deprehendere, überfallen, überraschen; magna: quae flumina magna essent — munimenta, starke Vormauern.

[3]) Bactra st. Bactriana, die Hauptstadt statt der Provinz; vel, auch, sogar; pertinentes, sc. aditurum; pertinere, sich erstrecken; senescendum (sc. sibi) fore, er würde ergrauen müssen, wenn er etc.; sine proelio, ohne Schwertstreich; obire, durchreisen, durchziehen; se, sc. Darium.

[4]) Darium — promittere: D. promittere, quae jam ipsius

invicem haec scrisperant. Sed Rhodii urbem suam portusque dedebant Alexandro. Ille Ciliciam Socrati tradiderat; Philota *regioni circa Tyrum* jusso *praesidere*. Syriam, quae *Coele* appellatur, Andromacho Parmenio tradiderat, bello, quod supererat, interfuturus. Rex, Hephaestione *Phoenicis oram classe praetervehi* jusso, ad urbem Gazam cum omnibus copiis venit. [5]) Iisdem fere diebus sollemne erat ludicrum Isthmiorum, quod conventu totius Graeciae celebratur. In eo concilio, ut sunt Graecorum temporaria ingenia, decernunt, *ut duodecim legarentur ad regem, qui ob res pro salute Graeciae ac libertate gestas, coronam auream donum victoriae ferrent.* Iidem paullo ante incertae famae captaverant auram, ut quocunque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur. [6]) Ceterum non ipse modo rex obibat urbes, imperii jugum adhuc recusantes; sed praetores quoque ipsius, egregii duces, pleraque invaserant. Calas Paphlagoniam, Antigonus Lycaoniam: Balacrus Idarne praetore Darii superato Miletum cepit: Amphoterus et Hegelochus centum sexaginta navium classe insulas inter Achajam atque Asiam in ditionem Alexandri redegerunt. [7]) Te-

---

non essent; dici: dari; in utro statu ambo essent, in welcher Lage Beide seyen; Marte decernere, es auf ein Treffen ankommen lassen; ult. orientis ora, die äußerste Gränze des Orients; ille: Darius; quem sciret, pro: quum sciret, se.

[5]) Dedebant Alexandro: quum Tyrum obsideret; Philota — praesidere: Philotas jussus esset, regioni c. T. praesidere; oram classe praetervehi, an der Küste kreuzen; Gaza, eine ansehnliche feste Stadt in Palästina, gegen Aegypten zu.

[6]) Solemne lud. Isth.: solemnes ludi Isthmici. Diese Spiele erhielten ihren Namen von dem corinthischen Isthmus, d. i. die Erdenge, welche den Peloponnes, das heutige Morea, mit Griechenland verbindet; sie wurden alle fünf Jahre gefeiert, und waren dem Neptun und Melicerta heilig; ut — ingenia, wie sich die Griechen immer nach den Zeitumständen richten, o. so wie der Charakter der Griechen schon wankelmüthig ist; res gerere, Thaten verrichten, ausführen; donum victoriae: praemium victoriae, graece ἀριστεῖον; incertae — auram, ist poetisch: incertae famae auram captare, auf das leise Wehen eines unsichern Gerüchtes lauschen, im Deutschen sagen wir: hören, wo der Wind herkommt; iidem paullo ante etc., Ebendieselben lauschten kurz vorher auf jedes unsichere Gerücht, um diejenige Partei zu ergreifen, auf die ihre unschlüssigen Gemüther das Glück lenken würde.

[7]) Urbes obire, von einer Stadt zur andern ziehen, nämlich, um sie zu Paaren zu treiben; imperii jugum recusare, das J. seiner Regierung ausschlagen, ihn als Oberherrn nicht anerkennen wollen; praetor, Feldherr; invaserant: aggressi erant; Calas, Statthalter von

nedo quoque recepta, Chium, incolis ultro vocantibus, statuerant occupare: sed Pharnabazus, Darii praetor, comprehensis qui res ad Macedonas trahebant, rursus Apollonidi et Athanagorae, suarum partium viris, urbem cum modico praesidio militum tradit. Praefecti Alexandri in obsidione urbis perseverabant; non tam suis viribus, quam ipsorum, qui obsidebantur, voluntate. Nec fefellit opinio. [8]) Namque inter Apollonidem et duces militum orta seditio, irrumpendi in urbem occasionem dedit. Cumque porta effracta cohors Macedonum intrasset; oppidani, olim consilio proditionis agitato, aggregant se Amphotero et Hegelocho; Persarumque praesidio caeso, Pharnabazus cum Apollonide et Athanagora vincti traduntur. Duodecim triremes cum suo milite ac remige; praeter eas triginta naves et piratici lembi, Graecorumque tria millia a Persis mercede conducta. [9]) His in supplementum copiarum suarum distributis, piratisque supplicio affectis, captivos remiges adjecere classi suae. Forte Aristonicus, Methymnaeorum tyrannus, cum piraticis navibus, ignarus omnium quae ad Chium acta erant, prima vigilia ad portus claustra successit; interrogatusque a custodibus *quis esset? Aristonicum ad Pharnabazum venire* respondit. Illi *Pharnabazum quidem jam quiescere, et non posse tum adiri; ceterum patere socio atque hospiti portum,*

---

Phrygien am Hellespont, eroberte Paphlagonien wieder, welches vielleicht abgefallen war; Antigonus, Statthalter von Großphrygien, eroberte Lycaonien wieder, welches zwischen Phrygien und Cilicien lag, und wahrscheinlich vom Alexander bei seinem Zuge aus Phrygien nach Cilicien unterjocht worden war; Miletus, die vornehmste Stadt im alten Jonien, der Geburtsort des Weltweisen und Sternkundigen Thales, jetzt nur noch im heutigen Natolien in ihren prächtigen Ruinen merkwürdig; insulas, die cycladischen Inseln, vorzüglich Andrus und Siphnus; Asiam, sc. minorem.

[8]) Tenedos, eine Insel im ägäischen Meere bei Troas; Chios, jetzt Scio, bei den Türken Saki-Adbassi, Mastixinsel, eine bergige, aber sehr fruchtbare Insel im Archipelagus, bekannt durch das schreckliche Blutbad, welches die Türken im Jahre 1823 unter den dortigen griechischen Einwohnern anrichteten; qui — trahebant: qui partibus Macedonum favebant; rursus: Beide hatten schon früher eine Besatzung in die Stadt geführt; suis viribus, sc. confidebant; ipsorum: incolarum; voluntas: studium; fefellit, sc. eos.

[9]) Olim consilium proditionis agitare, schon lange mit einem verrätherischen Anschlage umgehen; se aggregare, sich hinzugesellen; cum suo milite: der Sing. st. des Plur.; piratici lembi, Raubschiffe, Kaperschiffe; conducta, sc. traduntur, v. capiuntur.

*et postero die Pharnabazi copiam fore*, affirmant. [10]) Nec dubitavit Aristonicus primus intrare: secuti sunt ducem piratici lembi: ac dum applicant navigia crepidini portus, objicitur a vigilibus claustrum, et qui proximi excubabant, ab iisdem excitantur: nulloque ex his auso repugnare, omnibus catenae injectae sunt. Amphotero deinde Hegelochoque traduntur. Hinc Macedones transiere Mitylenem, quam Chares Atheniensis nuper occupatam, duorum millium Persarum praesidio tenebat: sed cum obsidionem tolerare non posset; urbe tradita pactus, *ut incolumi abire liceret*, Imbrum petit. Deditis Macedones pepercerunt. [11])

VI. Darius desperata pace, quam per literas legatosque impetrari posse crediderat, ad reparandas vires, bellumque impigre renovandum intendit animum. *Duces ergo copiarum Babyloniam convenire; Bessum quoque, Bactrianorum ducem, quam maximo posset exercitu coacto, descendere ad se* jubet. Sunt autem Bactriani inter illas gentes promtissimi, horridis ingeniis, multumque a Persarum luxu abhorrentibus; siti haud procul Scytharum bellicosissima gente, et rapto vivere assueti: semperque in armis errant. [1]) Sed Bessus suspecta perfidia, haud sane aequo ani-

---

[10]) In supplementum, zur Ergänzung; supplicio afficere, am Leben strafen, hinrichten lassen; classi adjicere, unter die F. stecken, vertheilen; Methymnaeorum tyrannus: Methymna (jetzt Molino), eine Stadt auf der Insel Lesbos (jetzt Meletin o. Metaline), berühmt durch ihren vorzüglichen Wein; agi, vorfallen, vorgehen; prima vigilia ad portus claustra (catenas ferreas in faucibus portus), um die erste Nachtwache zu dem verschlossenen Eingange des Hafens kommen; quiescere: dormire; ejus est copia, man kann vor ihn kommen, ihn sprechen.

[11]) Naves crepidini portus applicare, im Hafen anlanden: crepido heißt jede Anhöhe, Damm, festes Ufer, hier: die den Hafen umgebende Mauer; claustrum objicere, die Sperrkette vorziehen; alicui catenas injicere, Jem. in Ketten legen; Mitylene, die Hauptstadt der Insel Lesbos; auf diesem Platze steht jetzt Castro. Sie war ein vorzüglicher Sitz der Gelehrsamkeit und die Mutterstadt des Alcäus, der Sappho und des Pittacus; praesidio tenere, besetzt halten; pactus: et pactus est; incolumi (sc. modo) abire, frei abziehen, freier Abzug; Imbrus, eine Insel im ägäischen Meere, ohnweit des thracischen Chersones, jetzt Lembro.

Inh. Während sich Darius von Neuem zum Kriege rüstet, erobert Alexander Gaza, und läßt dessen Befehlshaber auf eine grausame Art hinrichten.

[1]) Ad reparandas vires animum intendere, sein Augenmerk, seine Aufmerksamkeit auf die Wiederherstellung der Streitkräfte o. auf die

mo in secundo se continens gradu, regem terrebat. Nam cum regnum affectaret, proditio, qua sola id assequi poterat, timebatur. Ceterum Alexander, quam regionem Darius petisset, omni cura vestigans, tamen explorare non poterat: more quodam Persarum, arcana regum mira celantium fide. Non metus, non spes elicit vocem, qua prodantur occulta. Vetus disciplina regum silentium vitae periculo sanxerat. Lingua gravius castigatur, quam ullum probrum: nec magnam rem sustineri posse credunt ab eo, cui tacere grave sit; quod homini facillimum voluerit esse natura. [2]) Ob hanc causam Alexander omnium, quae apud hostem gererentur, ignarus, urbem Gazam obsidebat. Praeerat ei Betis, eximiae in regem suum fidei; modicoque praesidio muros ingentis operis tuebatur. Alexander, aestimato locorum situ, *agi cuniculos* jussit, facili ac levi humo acceptante occultum opus; quippe multam arenam vicinum mare evomit, nec saxa cotesque, quae interpellent specus, obstabant. Igitur ab ea parte, quam oppidani conspicere non possent, opus orsus, ut a sensu ejus averteret, *turres muris admoveri* jubet. [3]) Sed eadem humus admovendis inutilis turribus, desidente

---

Verstärkung seines Heeres richten; impigre, thätig; quam — coacto, nachdem er so viel Volk, als möglich, würde zusammengebracht haben; descendere: venire, — descendere, weil Bactria sehr hoch lag; promtissimi, sc. ad bellum: fortissimi, audacissimi; horridis ingeniis, von wildem Charakter, wild; multum a luxu abhorrere, die Ueppigkeit sehr verabscheuen; in armis errare: armatos circumvagari.

[2]) Suspecta fide esse, verdächtig seyn, Andere: *suspectus perfidiae*; haud — gradu, da er sich nicht mit der gehörigen Gelassenheit in seinem zweiten Range betrug: in — gradu: in loco post regem primo; regnum affectare, nach dem Throne streben; vestigans: explorans; arcana mira fide celare, die Geheimnisse außerordentlich verschwiegen halten. Von den Planen der pers. Könige hatten nur die Großen Kenntniß, die sie außerordentlich verschwiegen hielten; vocem elicere, ein Wort herauslocken; vetus etc., eine alte Verordnung ihrer Könige verbindet sie bei Verlust ihres Lebens zur Verschwiegenheit; lingua, die Zunge, Schwatzhaftigkeit; magnam rem sustinere, sich einem wichtigen Geschäfte unterziehen, zu einem wichtigen Geschäfte fähig seyn.

[3]) Muri ingentis operis, die M. dieses ungeheuern Werkes, o. die ungeheuern Festungswerke; locorum situm aestimare, die Lage des Orts untersuchen, beaugenscheinigen; cunicolos agere, Minen führen, anlegen; facili etc., indem der weiche und leichte Boden zu diesem verborgenen Werke geeignet war; specus interpellare, die Höhlungen (das Miniren) unterbrechen; ut — averteret, sc. Alexander, um

sabulo agilitatem rotarum morabatur, et tabulata turrium perfringebat; multique vulnerabantur impune, cum idem recipiendis, qui admovendis turribus labor eos fatigaret. Ergo receptui signo dato, *postero die muros corona circumdari* jussit. Ortoque sole, priusquam admoveret exercitum, opem Deûm exposcens, sacrum patrio more faciebat. Forte praetervolans corvus glebam, quam unguibus ferebat, subito amisit: quae cum regis capiti incidisset, resoluta defluxit; ipsa autem avis in proxima turre consedit. [4]) Illita erat turris bitumine ac sulphure: in qua alis haerentibus, frustra se allevare conatus, a circumstantibus capitur. Digna res visa, de qua vates consulerentur: et erat non intactus ea superstitione mentis. Ergo Aristander, cui maxima fides habebatur, *urbis quidem excidium augurio illo portendi, ceterum periculum esse* inquit, *ne rex vulnus acciperet.* Itaque monuit, *ne quid eo die inciperet.* Ille, quamquam unam urbem sibi, quo minus securus Aegyptum intraret, obstare aegre ferebat, tamen paruit vati, signumque receptui dedit. [5]) Hinc animus crevit obsessis: egressique porta recedentibus inferunt signa; cunctationem hostium fore suam occasionem rati. Sed acrius, quam constantius proelium inierunt: quippe ut Macedonum signa circumagi videre, repente sistunt gradum. Jamque ad regem proeliantium clamor pervenerat; cum denuntiati periculi haud sane memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus sumsit, et ad prima signa pervenit. Quo conspecto Arabs quidam Darii miles, majus fortuna sua facinus ausus, clypeo gladium tegens, quasi transfuga genibus regis advolvitur. [6])

---

ihre Aufmerksamkeit davon abzuleiten, oder damit sie es nicht merken möchten.

[4]) Desidente sabulo, beim Nachgeben des Sandes; impune, ohne sich wehren zu können; cum idem etc., weil das Zurückschieben ihnen eben so viel Mühe kostete, als das Hinrollen; receptui signum dare, zum Rückzuge das Zeichen geben; corona circumdare, umzingeln und stürmen; exercitum, sc. muris; exposcens: implorans; amittere, fahren, fallen lassen; resoluta defluxit: resoluta est, et defluxit, zerfiel sie in Stücke.

[5]) Haerere, hängen bleiben; se allevare, sich in die Höhe schwingen; de qua st. ut de ea; non intactus, Andere: *intacta*; et— mentis: Alex. etiam hac superstitione haud liber erat; vulnus accipere: vulnerari; intrare: ingredi.

[6]) Porta egredi, einen Ausfall machen; recedentibus signa inferre, die Zurückziehenden angreifen; fore suam occasionem: sibi utilitati, commodo fore; proelium acrius, quam constantius inire, mehr hitzig, als standhaft beim Beginnen des Treffens seyn; si-

Ille *assurgere supplicem, recipique inter suos* jussit. At gladio barbarus strenue in dextram translato, cervicem appetit regis: qui exigua corporis declinatione evitato ictu, in vanum manum barbari lapsam amputat gladio; denuntiato in illum diem periculo, ut arbitrabatur ipse, defunctus. Sed, ut opinor, inevitabile est fatum. 7) Quippe dum inter primores promtius dimicat, sagitta ictus est: quam per loricam adactam, stantem in humero medicus ejus Philippus evellit. Plurimus deinde sanguis manare coepit; omnibus territis, quia numquam tam alte penetrasse telum, lorica obstante, cognoverant. Ipse nec oris quidem colore mutato, *supprimi sanguinem, et vulnus obligari* jussit. Diu ante ipsa signa vel dissimulato, vel victo dolore persliterat; cum suppressus paullo ante sanguis medicamento, manare latius coepit: et vulnus, quod recens adhuc dolorem non moverat, frigente sanguine intumuit. Linqui deinde animo, et submitti genu coepit: quem proximi exceptum in castra receperunt. Et Betis interfectum ratus urbem ovans victoria repetit. 8) At Alexander, nondum percurato vulnere, aggerem, quo moenium altitudinem aequaret, exstruxit; et *pluribus cuniculis muros subrui* jussit. Oppidani ad pristi-

---

gna hostium circumaguntur, der Feind wendet sich um; gradum sistere, Halt machen; ad prima signa, an die Spitze des Heeres — man trug die Fahnen beim Angriffe voraus; majus — audere, eine für sein Glück (o. für seinen Stand — als gemeiner Soldat) zu kühne That wagen.

7) Gladium strenue in dextram transferre, den D. hastig in die Rechte nehmen; cervicem appetere, nach dem Nacken hauen; exigua c. declinatione ictum evitare, durch eine kleine Beugung des K. dem Streiche entgehen; in vanum etc., und hieb dem Barbaren die Hand, welche den Fehlhieb gethan, ab; defungi, überstehen; fatum: die Alten erkannten, obwohl nur dunkel, in ihren mythologischen Sagen ein einziges, allmächtiges, über Alles herrschendes Wesen, von dessen Hand die Lenkung der Dinge herrührt.

8) Promtius: fortius; per loricam adigi, durch den Panzer dringen; stare, stecken bleiben; quia nunquam tam alte penetrasset, Andere: *quia non quam alte penetrasset*; oris colorem mutare, die Farbe verändern, sich entfärben; supprimere, stillen; dolorem dissimulare, den Schmerz nicht merken lassen; latius manare, stärker fließen, rinnen; dolorem adhuc non movere, noch keinen Schmerz verursachen, noch nicht schmerzen; sanguis friget, das Blut erkaltet, stockt; animo linqui, in Ohnmacht fallen; genu submitti, auf das Knie niedersinken; excipere, auffangen, aufheben; victoria ovantem urbem repetere, unter Jauchzen und Frohlocken über den Sieg in die Stadt zurückkehren.

num fastigium moenium novum exstruxere munimentum: sed ne id quidem turres aggeri impositas aequare poterat. Itaque interiora quoque urbis infesta telis erant. Ultima pestis urbis fuit cuniculo subrutus murus, per cujus ruinas hostis intravit. Ducebat ipse rex antesignanos; et dum incautius subit, saxo crus ejus affligitur. Innixus tamen telo, nondum prioris vulneris obducta cicatrice, inter primores dimicat; ira quoque accensus, quod duo in obsidione urbis ejus acceperat vulnera. 9) Betim, egregia edita pugna, multisque vulneribus confectum, deseruerant sui: nec tamen segnius proelium capessebat, lubricis armis suo pariter atque hostium sanguine. Sed cum undique * * * adducto, insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiam in hoste mirator, *non ut voluisti*, inquit, *morieris, Beti: sed quidquid tormentorum in captivum inveniri potest, passurum esse te cogita.* Ille non interrito modo, sed contumaci quoque vultu intuens regem, nullam ad minas ejus reddidit vocem. Tum Alexander, *videtisne obstinatum ad tacendum?* inquit. *Num genu posuit? num supplicem vocem misit? Vincam tamen silentium, et si nihil aliud, certe gemitu interpolabo.* 10) Ira deinde vertit in rabiem; jam tum peregrinos ritus nova subeunte fortuna. Per talos enim spirantis lora trajecta sunt, religatumque ad currum traxere circa urbem equi: gloriante rege, *Achillem, a quo genus ipse deduceret, imitatum se esse poena in hostem capienda.* Cecidere Persarum Arabumque circa decem millia: nec Macedonibus incruenta victoria fuit. Obsidio certe non tam

---

9) Pluribus cuniculis muros subruere, an mehreren Orten die Mauer unterminiren; oppidani etc., die Städter (die Belagerten) führten auf der alten Mauer eine neue auf; infesta telis: telis objecta, exposita; ultima pestis etc., zum größten Unglück der Stadt stürzte durch eine Mine die Mauer ein; antesignani, die Vortruppen; subit: adit, sc. murum; affligi: vulnerari; obductus, zugeheilt.

10) Egregiam pugnam edere, trefflich, tapfer kämpfen; vulneribus confectus, mit Wunden bedeckt, viele W. erhalten haben; proelium capessere, das T. fortsetzen; lubricis etc., obgleich seine Waffen von eigenem und dem feindlichen Blute schlüpfrig waren — daher er sie kaum halten konnte; sed cum undique adducto: Freinshemius ergänzt diese Lücke auf folgende Art: sed cum undique unus telis omnium peteretur, ad postremum exhaustis viribus vivus in potestatem hostium pervenit; insolenti gaudio efferri, eine außerordentliche Freude bezeigen; nullam ad minas vocem reddere, keinen Laut auf die Drohungen von sich geben, nichts antworten; videtis etc., seht ihr nicht, wie hartnäckig er schweiget; genu ponere, den Fuß beugen; interpollabo: interpellabo.

claritate urbis nobilitata est, quam geminato periculo regis. Qui Aegyptum adire festinans, Amyntam cum decem triremibus in Macedoniam ad inquisitionem novorum militum misit. Namque proeliis etiam secundis atterebantur copiae, devictarumque gentium militi minor quam domestico fides habebatur. [11])

VII. Aegyptii, olim Persarum opibus infensi, quippe avare et superbe imperitatum sibi esse credebant, ad spem adventus ejus erexerant animos; utpote qui Amyntam quoque transfugam, et cum precario imperio venientem, laeti recepissent. Igitur ingens multitudo Pelusium, qua intraturus rex videbatur, convenerat. Atque ille septimo die, posteaquam a Gaza copias moverat, in regionem Aegypti, quam nunc *Castra Alexandri* vocant, pervenit. [1]) Deinde, pedestribus copiis *Pelusium petere* jussis, ipse cum expedita delectorum manu Nilo amne vectus est: nec sustinuere adventum ejus Persae, defectione quoque perterriti. Jamque haud procul Memphi erat: in cujus praesidio Mazaces praetor Darii relictus, Orio amne superato, octingenta talenta Alexandro, omnemque regiam supellectilem tradidit. A Memphi eodem flumine vectus, ad interiora Aegypti penetrat; compositisque rebus ita, ut nihil ex patrio Aegyptiorum more mutaret, adire Jovis Hammonis oraculum statuit. [2]) Iter expeditis quoque et paucis vix tolerabile in-

---

[11]) Vertit, sc. se; jam etc., indem er schon damals bei seinem ungewöhnlichen Glücke fremde Gebräuche annahm — Curtius spielt hier auf den Hochmuth und die Grausamkeit der orientalischen Despoten an; lora per talos trajicere, Riemen durch die Fersen ziehen; trahere, schleppen, schleifen; imitatum esse: Alexander übertraf noch den Achill an Grausamkeit; denn dieser übte seine Rache erst nach dem Tode des Hector auf vorerwähnte Weise an ihm aus; ad inquisitionem novorum militum: ad novos milites comparandos; atterere, vermindern, schwächen; fidem habere, trauen.

Inh. Alexander zieht nach Aegypten, besucht den Jupiter Ammon, welchem er verschiedene Fragen vorlegt. Beschreibung jenes Orts.

[1]) Olim Persarum opibus: jam pridem P. potentiae; ad spem adventus alicujus animum erigere, Jem. versicherte Ankunft mit Vergnügen erwarten; venientem: licet veniret; precarium imperium (erbettelter Oberbefehl): quod ex arbitrio suorum militum pendebat; Pelusium, die östliche Gränzstadt und der Schlüssel von Unterägypten; qua, sc. parte; copias movere, mit den T. aufbrechen.

[2]) Cum exp. delectorum manu Nilo vehi, mit einer auserlesenen Truppenabtheilung auf dem Nile sich einschiffen; sustinuere: exspectavere; Memphis, eine uralte Stadt Aegyptens, ehemals der

grediendum erat: terra coeloque aquarum penuria est: steriles arenae jacent, quas ubi vapor solis accendit, fervido solo exurente vestigia, intolerabilis aestus exsistit. Luctandumque est, non tantum cum ardore et siccitate regionis, sed etiam cum tenacissimo sabulo, quod praealtum, et vestigio cedens, aegre moliuntur pedes. [3]) Haec Aegyptii vero majora jactabant. Sed ingens cupido animum stimulabat adeundi Jovem, quem generis sui auctorem, haud contentus mortali fastigio, aut credebat esse, aut credi volebat. Ergo cum iis, quos ducere secum statuerat, secundo amne descendit ad Mareotim paludem. Eo legati Cyrenensium dona attulere, *pacem, et ut adiret urbes suas*, petentes. Ille, donis acceptis, amicitiaque conjuncta, destinata exsequi pergit. [4]) Ac primo quidem et sequenti die tolerabilis labor visus, nondum tam vastis nudisque solitudinibus aditis, jam tamen sterili et emoriente terra. Sed ut aperuere se campi alto obruti sabulo, haud secus quam profundum aequor ingressi, terram oculis requirebant. Nulla arbor, nullum culti soli occurrebat vestigium. Aqua etiam defecerat, quam utribus cameli devexerant: et in arido solo ac fervido sabulo nulla erat. [5]) Ad haec sol omnia incenderat, siccaque et adusta

---

Sitz der alten Könige; amnem superare: trajicere; ad interiora, sc. loca, in das Innere; res componere, Alles in Ordnung bringen, ordnen, einrichten; ex patrio more, an der vaterländischen Sitte; adire, hinzugehen, besuchen; Hamnon v. Ammon, ein Beiname des Jupiters (v. ἄμμος).

[3]) Iter expeditis etc., man mußte einen Marsch antreten, den sogar Truppen ohne Gepäck und kaum Wenige aushalten können; Erde und Luft sind daselbst wasserarm; es liegt da ein unfruchtbarer Sand, und wenn diesen die Sonnenhitze entzündet, brennt der erhitzte Boden an die Fußsohlen, und die Hitze ist dann unerträglich; tenax, festhaltend, nicht nachgebend, zähe; e vestigio cedere, bei jedem Tritte nachgeben; pedes moliri, die Füße bewegen, fortschreiten.

[4]) Majora jactare, für größer ausgeben; generis sui auctorem, für seinen Stammvater; fastigium mortale, die höchste Würde der Sterblichen; secundo amne descendere, den Fluß hinabfahren; Mareotis palus, ein großer See in Aegypten, nahe bei Alexandrien. Cyrenenses: Die Einwohner von Cyrene und Cyrenaica in Afrika, heut zu Tage Barca; amicitiam conjungere, ein Bündniß schließen; destinata exequi pergere, das Beschlossene fortfahren zu vollziehen, hier: den Marsch, die Reise fortsetzen.

[5]) Labor, Anstrengung, Beschwerlichkeit; nondum etc., weil man noch nicht in die ungeheure öde Wüste (Einöde) gekommen war, obwohl schon die Erde unfruchtbar und erstorben war; obruere, bedecken; terram oculis requirere, sich nach dem Lande umsehen; vestigium oc-

erant omnia; cum repente, sive illud Deorum munus, sive casus fuit, obductae coelo nubes condidere solem; ingens aestu fatigatis, etiamsi aqua deficeret, auxilium. Enimvero, ut largum quoque imbrem excusserunt procellae, pro se quisque excipere eum, quidam ob sitim impotentes sui, ore quoque hianti captare coeperunt. Quatriduum per vastas solitudines absumtum est. [6]) Jamque haud procul oraculi sede aberant, cum complures corvi agmini occurrunt, modico volatu prima signa antecedentes: et modo humi residebant, cum lentius agmen incederet; modo se pennis levabant, antecedentium iterque monstrantium ritu. Tandem ad sedem consecratam Deo ventum est. Incredibile dictu, inter vastas solitudines sita, undique ambientibus ramis, vix in densam umbram cadente sole, contecta est: multique fontes dulcibus aquis passim manantibus alunt silvas. [7]) Coeli quoque mira temperies, verno tempori maxime similis, omnes anni partes pari salubritate percurrit. Accolae sedis sunt ab Oriente proximi Aethiopum: in Meridiem versus Arabes spectant, *Troglodytis* cognomen est: quorum regio usque ad rubrum mare excurrit. [8]) At qua vergit ad Occidentem, alii Aethiopes colunt, quos *Scenitas* vocant: a Septemtrione Nasamones sunt, gens Syrtica, navigiorum spoliis quaestuosa; quippe obsident litora, et aestu destituta navigia notis sibi vadis occupant. Incolae nemoris, quos *Hammonios* vocant, dispersis tuguriis habitant: medium ne-

---

currit, es zeigt sich eine Spur; deficere, mangeln, ausgehen; devexerant: gestaverant.

[6]) Adustus, versengt; munus, Gabe, Geschenk, ein Werk; nubes coelo obducunt, die W. überziehen den H.; excutere, herabgießen, schütten; sui impotens, ohnmächtig; absumtum: consumtum.

[7]) Occurrere, entgegen kommen; modico volatu prima signa antecedere, im mäßigen Fluge vor den ersten Fahnen herziehen; se pennis levare, auffliegen; iter monstrans, Wegweiser. — Die Raubvögel folgen in Wüsten den Karavanen, um gleich darüber herfallen zu können, wenn etwas fällt. Unser Auctor scheint aber etwas Wunderbares darein zu legen; incredibile etc., dieser liegt, es ist unglaublich zu sagen, zwischen ungeheuern Einöden, ist allenthalben mit einem so undurchdringlichen Walde umgeben, daß kaum die Sonne durch den dichten Schatten dringt.

[8]) Coeli etc., auch das Klima ist außerordentlich gemäßigt; verno tempori, sc. Graeciae Italiaeque; omnes anni partes: omnia anni tempora; pari salubritate percurrere, gleich gesund bleiben; spectare, liegen, wohnen; est, sc. iis; Troglodytae, Höhlenbewohner; excurrit: se extendit, pertinet.

mus pro arce habent, triplici muro circumdatum. Prima munitio tyrannorum veterem regiam clausit: in proxima conjuges eorum cum liberis et pellicibus habitant; hic quoque Dei oraculum est: ultima munimenta satellitum armigerorumque sedes erant. 9) Est etiam aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem, *aquam Solis* vocant: sub lucis ortum tepida manat; medio die, cum vehementissimus est calor, frigida eadem fluit; inclinato in vesperam calescit; media nocte fervida exaestuat; quoque propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit; donec sub ipsum diei ortum assueto tepore languescat. Id quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo Diis artifices accommodaverunt: umbilico maxime similis est habitus, smaragdo et gemmis coagmentatus. 10) Hunc, cum responsum petitur, navigio aurato gestant sacerdotes; multis argenteis pateris ab utroque navigii latere pendentibus. Sequuntur matronae virginesque, patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo *propitiari Jovem* credunt, *ut certum edat oraculum.* At tum quidem regem propius adeuntem maximus natu e sacerdotibus *filium* appellat; *hoc nomen illi parentem Jovem reddere* affirmans. Ille *se vero* ait, *et accipere, et agnoscere*; humanae sortis oblitus. 11) Consuluit deinde, *an totius orbis imperium fatis sibi desti-*

---

9) Qua, sc. parte; vergere, neigen, wo zu liegen; scenitae ($\sigma\kappa\eta\nu\eta$), Zeltbewohner; a Septemtrione: Sept. versus; navigiorum spoliis quaestuosa, das sich vom Plündern der Schiffe nährt; aestu, bei anschwellender Fluth, zur Zeit der Ebbe; destituta: derelicta, die Schiffe blieben auf den Sandbänken sitzen, und wurden im Stiche gelassen; notis sibi vadis, an ihnen bekannten Furthen; dispersis tuguriis, in zerstreuten Hütten; pro arce habere, statt einer Festung dienen; prima munitio: intima; sedes, Wohnort, Aufenthaltsort.

10) Sub lucis ortum, gegen Tagesanbruch; inclinato (sich neigen), sc. die; fervida aestuat, brauset sie heiß auf; quoque: et quo; nox vergit (sc. se) ad lucem, die Nacht neigt sich gegen den Tag, der Tag nähert sich; multum: eo plus; decrescere, abnehmen; assueto tepore languescere, die gewöhnliche Lauigkeit wieder bekommen; effigies, Gestalt; accomodaverunt: tribuerunt; umbilicus, i, ein Nabel, eine Nabelgestalt. Das steinerne Bild des Gottes war einem Nabel ähnlich. Man muß hier nur den einzigen Nebenbegriff der Rundung beachten, an die Form der in der Naturgeschichte so bekannten Ammonshörner denken, so ist hier keine Ungereimtheit.

11) Patera, Schale; pendere, herabhängen; inconditum carmen, ein nicht wohlklingendes, nicht zusammenstimmendes Lied; propitiare, besänftigen, Jem. Gnade erflehen, Jem. sich geneigt machen;

*naret pater?* Vates, aeque in adulationem compositus, *terrarum omnium rectorem fore* ostendit. Post haec institit quaerere, *an omnes parentis sui interfectores poenas dedissent.* Sacerdos *parentem ejus* negat *ullius scelere posse violari: Philippi autem omnes interfectores luisse supplicia:* adjecit, *invictum fore, donec excederet ad Deos.* [12]) Sacrificio deinde facto, dona et sacerdotibus, et Deo data sunt; permissumque amicis, *ut ipsi quoque consulerent Jovem.* Nihil amplius quaesiverunt, quam *an auctor esset sibi divinis honoribus colendi suum regem? Hoc quoque acceptum fore Jovi* vates respondit, *ut ipsi victorem regem divino honore colerent.* Vere et salubriter aestimanti fidem oraculi vana profecto responsa videri potuissent: sed fortuna, quos uni sibi credere coëgit, magna ex parte avidos gloriae magis, quam capaces facit. [13]) *Jovis* igitur *filium* se non solum appellari passus est, sed etiam jussit: rerumque gestarum famam, dum augere vult tali appellatione, corrumpit. Et Macedones, assueti quidem regio imperio, sed majore libertatis umbra, quam ceterae gentes, immortalitatem affectantem contumacius, quam aut ipsis expediebat, aut regi, aversati sunt. Sed haec suo quaeque tempori reserventur. Nunc cetera exsequi pergam. [14])

---

reddere: tribuere; humanae sortis: humanitatis, humanae naturae.

[12]) Aeque — compositus, der Priester, ein eben so abgerichteter Schmeichler, sc. ac ille maximus natu ex sacerdotibus; institit: perrexit; rectorem: dominatorem, dominum; poenas dedissent: poenis affecti essent; negat st. dicit non; scelere violari, durch ein Verbrechen, durch eine Mordthat, Schandthat sich entehren, beflecken, — nämlich als Gott; supplicia luere, am Leben gestraft werden, Strafe erleiden; esse, bleiben; excedere: transire.

[13]) An auctor esset: suaderet; divinis honoribus aliquem colere, Sem. göttl. Ehre erweisen; acceptum: gratum; vere et salubriter fidem oraculi aestimare, nach Wahrheit und ohne Vorurtheil die Glaubwürdigkeit des O. prüfen; vanus, betrügerisch, lügenhaft; sed fortuna etc., allein das Glück macht Diejenigen, die sich ihm ganz allein überlassen, größtentheils mehr begierig nach Ruhm, als dessen fähig.

[14]) Corrumpere, verringern, schmälern, beflecken; majore libertatis umbra, unter einem größern Schatten von Freiheit; ceterae gentes: Diese Behauptung greift nur Platz hinsichtlich der asiatischen Völkerschaften, welche unter Despoten standen, aber nicht in Ansehung der Griechen; immortalitatem affectare, nach Unsterblichkeit streben; contumacius aversari, mit mehr Starrsinn verabscheuen; suo tempori reservare (für die rechte Zeit aufbewahren): haec narrabo, si in

VIII. Alexander, ab Hammone rediens, ut a mari ad Mareotim paludem, haud procul insula Pharo sitam, venit, contemplatus loci naturam, primum in ipsa insula statuerat urbem novam condere. Inde, ut apparuit magnae sedis insulam haud capacem, elegit urbi locum, ubi nunc est Alexandria, appellationem trahens ex nomine auctoris. Complexus quidquid loci est inter paludem et mare, octoginta stadiorum muris ambitum destinat; et, qui aedificandae urbi praeessent, relictis, Memphim petit. Cupido, haud injusta quidem, ceterum intempestiva, incesserat, non interiora modo Aegypti, sed etiam Aethiopiam invisere. Memnonis Tithonique celebrata regia cognoscendae vetustatis avidum trahebat paene extra terminos solis. [1]) Sed imminens bellum, cujus multo major supererat moles, otiosae peregrinationi tempora exemerat. Itaque Aegypto praefecit Aeschylum Rhodium, et Peucesten Macedonem; quatuor millibus militum in praesidium regionis ejus datis: *claustra Nili fluminis Polemonem tueri* jubet; triginta ad hoc triremes datae. [2]) Africae deinde, qua Aegypto juncta est, praepositus Apollonius: vectigalibus ejusdem Africae, Aegyptique, Cleomenes. Ex finitimis urbibus commigrare Alexandriam jussis, novam urbem magna multitudine implevit. Fama

---

historia mea ad ea tempora pervenero, quibus acciderint; exsequi: referre, narrare.

Inh. Alexandrien wird in Aegypten gebaut; verschiedene Anordnungen und Kriegsverrichtungen.

[1]) Rediens, bei s. Zurückkunft; loci natura, die Lage des Orts; Pharos, eine Insel bei Alexandrien, wo ein berühmter Leuchtthurm vom K. Ptol. Philadelphus erbaut worden; dieser Thurm hieß auch Pharos; magnae sedis haud capacem esse, zu einer g. Stadt nicht geräumig, nicht geeignet seyn; appellationem ex n. auctoris trahere, die Benennung von dem Namen des Erbauers herleiten, erhalten; complexus etc., er nahm aber hierzu das ganze zwischen dem See und Meere gelegene Stück Land, und bestimmte für dieselbe (muris hier st. urbi) einen Umfang von 80 Stadien; — in der Folge war ihr Umfang viel größer; loci, Andere: *soli*; qui st. ut ii; aedificandae urbi praeesse, den Bau der St. leiten; injustus, unrecht, nicht zu tadeln; incesserat, sc. eum; invisere, richtiger das Gerund. invisendi; Memnon, Tithon, S. Schellers Lexikon; vetustatis cognoscendae avidum esse, begierig seyn, das Alterthum kennen zu lernen.

[2]) Major moles, größere Last, beschwerlichste Theil, der Comp. st. des Superl.; otiosae etc., ließ ihm keine Zeit zu dieser Lustreise (unnütze, überflüssige Reise); in praesidium regionis, zur Beschützung des Landes; claustra Nili, die Mündungen des Nilflußes.

est, *cum rex urbis futurae muros polenta, ut Macedonum mos est, destinasset; avium greges advolasse, et polenta esse pastas: cumque id omen pro tristi a plerisque esset acceptum; respondisse vates, magnam illam urbem advenarum frequentiam culturam, multisque eam terris alimenta praebituram.* [3]) Regem, cum secundo amne deflueret, assequi cupiens Hector, Parmenionis filius, eximio aetatis flore, in paucis Alexandro carus, parvum navigium conscendit, pluribus, quam capere posset, impositis. Itaque mersa navis omnes destituit: Hector, diu flumini obluctatus, cum madens vestis, et adstricti crepidis pedes natare prohiberent, in ripam tamen semianimis evasit; et ut primum fatigatus spiritum laxavit, quem metus et periculum intenderant, nullo adjuvante (quippe in diversum evaserant alii) exanimatus est. [4]) Rex amissi ejus desiderio vehementer afflictus est: repertumque corpus magnifico extulit funere. Oneravit hunc dolorem nuntius mortis Andromachi, quem praefecerat Syriae: vivum Samaritae cremaverant. Ad cujus interitum vindicandum, quanta maxima celeritate potuit, contendit: advenientique sunt traditi tanti sceleris auctores. Andromacho deinde Memnona substituit; affectis supplicio, qui praetorem interemerant. [5]) Tyrannos, inter eos Methymnaeorum Aristonicum et Chrysolaum, popularibus suis tradidit: quos illi (e muris) ob injurias tortos necaverunt. Athe-

---

[3]) Qua, sc. parte, wo; jussis, durch den Befehl; magna multitudine implere, stark bevölkern; fama est, es geht der Ruf; urbis futurae muros polenta, Vulg. *urbis futuris muris polentam;* polenta, Gerstenmehl — weil es an Kreide und weißer Erde daselbst mangelte; destinasset: designasset; pastas: comedisse, devorasse; magnam — culturam: magnam advenarum multitudinem illam urbem frequentaturam (bevölkern); eam: urbem; alimenta praebere, Nahrung verschaffen, ernähren.

[4]) Secundo a. defluere, den Nil hinabfahren; eximio aetatis flore, in der Blüthe der Jugend; in — carus, ein Liebling Alexanders; itaque etc., das Schiff ging also mit Allen unter; flumini obluctari, mit dem Strome kämpfen, ringen; adstricti crepidis pedes, die mit Halbstiefeln geschnürten Füße; in ripam evadere, an's U. kommen; spiritum laxare, leichter athmen, wieder zu Athem kommen; intendere, ausspannen, b) verhindern; in diversum, sc. latus: in diversam ripam, auf das jenseitige Ufer.

[5]) Amissi ejus desiderio vehementer afflictum esse, über s. Verlust außerordentlich niedergeschlagen seyn; oneravit: auxit; interitus, Verderben, b) grausamer Tod, Grausamkeit; contendit, sc. in Syriam; auctor, Urheber, Rädelsführer; substituere, an Jem. Stelle setzen; supplicio afficere, hinrichten lassen.

niensium deinde, Rhodiorumque et Chiorum legatos audit. Athenienses *victoriam* gratulabantur; et, *ut captivi Graecorum suis restituerentur*, orabant: Rhodii et Chii *de praesidio* querebantur. Omnes aequa desiderare visi, impetraverunt. Mitylenaeis quoque ob egregiam in partes suas fidem et pecuniam, quam in bellum impenderant, obsides reddidit, et magnam regionem finibus eorum adjecit. Cypriorum quoque regibus, qui et a Dario defecerant ad ipsum, et oppugnanti Tyrum miserant classem, pro merito honos habitus est. [6]) Amphoterus deinde, classis praefectus, ad liberandam Cretam missus, (namque et Persarum et Piratarum armis pleraque ejus insulae obsidebantur), *ante omnia mare a piraticis classibus vindicare* jussus: quippe obnoxium praedonibus erat, in bellum utroque rege converso. His compositis, Herculi Tyrio ex auro crateram, cum triginta pateris dicavit: imminensque Dario, *iter ad Euphratem pronuntiari* jussit. [7])

IX. At Darius, cum ab Aegypto divertisse in Africam hostem comperisset, dubitaverat, utrumne circa Mesopotamiam subsisteret, an interiora regni sui peteret: haud dubie potentior auctor praesens futurus ultimis gentibus impigre bellum capessendi, quas aegre per praefectos suos moliebatur. Sed ut idoneis auctoribus fama vulgavit, *Alexandrum cum omnibus copiis, quamcunque ipse adisset regionem, petiturum:* haud ignarus, quam cum strenuo res esset, *omnia longinquarum gentium auxilia Babyloniam contrahi* jussit. [1])

---

[6]) Popularibus: civibus, Mitbürgern; e muris tortos necaverunt: in murorum fastigio, ut undique conspici posset. So Cäsar B. G. 2. 13, ex muro passis manibus pacem petere, K. 30 irridere ex muro, und beim Liv. 4. 34, signum ex muro tollunt; tortos: torserunt et necaverunt; victoriam gratulari, zum S. Glück wünschen; praesidium, Besatzung; visi: quia visi sunt; in partes suas: in partes Macedonicas contra Persas; et magnam etc., und erweiterte ihre Gränzen mit einem ansehnlichen Gebiete; deficere, abfallen; pro merito alicui honorem habere, Jem. nach Verdienst Ehre erweisen, in Ehren halten.

[7]) Piratarum, Andere: *Spartanorum*; obsidere, besetzt halten; vindicare: liberare; obnoxium esse, bloßgestellt, preisgegeben seyn; in bellum etc., weil beide Könige in Krieg verwickelt waren; his compositis, nach diesen Anordnungen; imminere, drohen, auf Einen loszugehen, Einen bedrohen, auf dem Fuße nachfolgen.

Inh. Darius rückt nach Arbela, und kann dem Alexander den Uebergang über den Euphrat und Tigris nicht verwehren.

[1]) Ab Aegypto in Africam: Veteribus enim Aegyptus modo Asiae, modo Africae adjiciebatur. Fuerunt etiam, quibus

Bactriani, Scythaeque, et Indi convenerant: nam et ceterarum gentium copiae partibus simul adfuerunt. Celerum, cum dimidio ferme major esset exercitus, quam in Cilicia fuerat, multis arma deerant: quae summa cura comparabantur. [2]) Equitibus equisque tegumenta erant ex ferreis laminis serie inter se connexis: quîs antea praeter jacula nihil dederat, scuta gladiique adjiciebantur: equorumque domandi greges peditibus distributi sunt, ut major pristino esset equitatus: ingensque, ut crediderat, terror hostium, ducentae falcatae quadrigae, unicum illarum gentium auxilium, secutae sunt. [3]) Ex summo temone hastae praefixae ferro eminebant: utrimque a jugo ternos direxerant gladios: et inter radios rotarum plura spicula eminebant in adversum: aliae deinde falces summis rotarum orbibus haerebant; et aliae in terram demissae, quidquid obvium concitatis equis fuisset, amputaturae. Hoc modo instructo exercitu ac perarmato,

---

Nilus esset terminus utriusque continentis. Schmieder. Divertere, eine Seitenwendung nehmen, sich wenden, ziehen; dubilare, zweifelhaft, unentschlossen seyn; subsistere, stehen bleiben; petere, sich ziehen; haud dubie etc., ohne Zweifel durch s. Gegenwart ein mächtigerer Sporn für die entferntesten Völker, den Krieg thätig zu beginnen, die er ohnehin mit Mühe durch seine Statthalter in Bewegung setzte: potentior auctor: non imperii respectu, sed efficaciae in persuadendo. Ea enim hic intelligenda est potentia. Scheffer. Idoneis auctoribus, durch glaubwürdige Gewährsmänner; ipse: Darius; petere, auf Einen losgehen, ihm auf dem Fuße folgen; est mihi res tecum, ich habe es mit dir zu thun; longinquarum: longe remotarum; B. contrahi: Alles dieses ist schon in diesem Buche vorgekommen, unser Auctor wiederholt sich hier unnöthiger Weise.

[2]) Convenerant, sc. eo; die Scythen waren Nachbaren der Bactrianer, und waren nach Arrian den Persern nicht unterthänig, sondern sie standen mit ihnen im Bunde. Unter den Indiern sind diejenigen zu verstehen, welche diesseits des Indus wohnten. Curtius zählt diese drei Völkerschaften auf, weil sie dem ersten Treffen nicht beiwohnten. Die Namen der Uebrigen, welche zugegen gewesen waren, führt er nicht mehr an; partibus simul adfuerunt: ad exercitum Darii sese una adjunxerunt.

[3]) Equitibus etc., die Reiter und Pferde hatten Harnische aus Eisenblech, welche untereinander reihenweise verbunden waren, damit sich Mann und Pferd bewegen konnte, oder nach Große: Reiter und Pferde waren mit eisernen schuppenartigen Panzern bedeckt; quis: quibus; equorumque etc., außerdem wurden noch nicht zugerittene Heerden Pferde unter das Fußvolk vertheilt; major, stärker; quadrigae falcatae, vierspännige Sichelwagen.

Babylone copias movit. [4]) A parte dextra erat Tigris, nobilis fluvius; laevam tegebat Euphrates: agmen Mesopotamiae campos impleverat. Tigri deinde superato, cum audisset, *haud procul abesse hostem*, Satropatem equitum praefectum cum mille delectis praemisit. Mazaeo praetori sex millia data, quibus transitu amnis arceret; eidem mandatum, *ut regionem, quam Alexander esset aditurus, popularetur atque ureret*; quippe credebat, inopia debellari posse nihil habentem, nisi quod rapiendo occupasset: ipsi autem commeatus alii terra, alii Tigri amne subvehebantur. Jam pervenerat ad Arbela vicum, nobilem sua clade facturus. [5]) Hic commeatuum sarcinarumque majore parte deposita, Lycum amnem ponte junxit, et per dies quinque, sicut ante Euphratem, trajecit exercitum. Inde octoginta fere stadia progressus, ad alterum amnem, *Bumado* nomen est, castra posuit. Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis et vasta planities. Ne stirpes quidem et brevia virgulta operiunt solum: liberque prospectus oculorum et ad ea, quae procul recessere, permittitur. [6]) Itaque si qua campi eminebant, jussit *aequari, totumque fastigium extendi*. Alexandro, qui numerum copiarum ejus, quantum procul conjectari poterant, aestimabant, vix fecerunt fidem, tot millibus caesis, majores copias esse reparatas. Ceterum omnis periculi, et maxime multitudinis contemtor, undecimis castris pervenit ad Euphratem: quo pontibus juncto *equites*

---

[4]) Ex summo temone, ganz vorne an der Deichsel; ferro praefixum, mit E. beschlagen; jugum, Querholz (an der Wage); ternos direxerant gladios: terni gladii eminebant; radius, die Speiche; rotarum orbes, die Felgen der R.; et aliae in terram demissae, und einige gingen gegen die Erde herunterwärts zu; amputare, verstümmeln, in Stücke zerschneiden; hoc etc., mit diesem so eingerichteten und wohlausgerüsteten Heere brach D. von B. auf.

[5]) Arceret, sc. hostem; transitu amnis arcere, den Uebergang über den Fluß verwehren, streitig machen; urere, versengen; debellari: vinci; Arbela vicum (jetzt Arbil), es war kein Flecken, sondern eine ziemlich ansehnliche Stadt. Die Schlacht fiel eigentlich bei dem Dorfe Gaugamela vor; ipsi autem etc., ihm selbst aber wurden Lebensmittel zu Lande und auf dem Fluße zugeführt; aliquid nobile facere, etwas berühmt machen.

[6]) Deponere, niederlegen, zurücklassen; amnem ponte jungere, über einen F. eine B. schlagen; Bumadus, jetzt Chasir; opportuna etc., die Gegend war bequem zur Ausbreitung der Truppen, und die ungeheure Ebene für die Reiterei geeignet; liber etc., und die Aussicht war auch in die Ferne frei, o. und man konnte auch ungehindert in die Ferne sehen.

*primos ire, phalangem sequi* jubet; Mazaeo, qui ad inhibendum transitum ejus cum sex millibus equitum occurrerat, non auso periculum sui facere. 7) Paucis deinde, non ad quietem, sed ad reparandos animos, diebus datis militi, strenue hostem insequi coepit: metuens, ne interiora regni sui peteret, sequendusque esset per loca omni solitudine atque inopia vasta. Igitur quarto die praeter Arbela penetrat ad Tigrim. Tota regio ultra amnem recenti fumabat incendio: quippe Mazaeus, quaecunque adierat, haud secus quam hostis urebat. Ac primo caligine, quam fumus effuderat, obscurante lucem, insidiarum metu substitit: deinde ut speculatores praemissi *tuta omnia* nuntiaverunt, paucos equitum ad tentandum vadum fluminis praemisit: cujus altitudo primo summa equorum pectora, mox ut in medium alveum ventum est, cervices quoque aequabat. 8) Nec sane alius ad Orientis plagam tam violentus invehitur; multorum torrentium non aquas solum, sed etiam saxa secum trahens. Itaque a celeritate, qua defluit, *Tigri* nomen est inditum; quia Persica lingua *Tigrim* sagittam appellant. Igitur pedes, velut divisus in cornua, circumdato equitatu, levatis super capita armis, haud aegre ad ipsum alveum penetrat. Primus inter pedites rex egressus in ripam, vadum militibus manu, quando vox exaudiri non poterat, ostendit. 9) Sed gradum fir-

---

7) Si qua campi, wenn etwas auf der Ebene; totum fastigium extendere, jede Erhöhung o. jeden Hügel gleich machen; Alexandro etc. construe: ii, qui aestimabant, vix Alexandro f. fecerant etc.; ejus: Darii; quantum, in wie fern; fidem alicui facere, Sem. etwas glauben machen; majores copias reparare, ein stärkeres Heer wieder auf die Beine bringen, wieder aufstellen; non auso — facere: cum Mazaeus non ausus esset, vires suas experiri; sui p. facere, sich in ein Gefecht einlassen.

8) Ad quietem, zum Ausruhen, Ausrasten; animos reparare, wieder Muth bekommen, fassen; sequendusque esset etc., und man ihm durch öde und verwüstete Gegenden nachsetzen müßte; recenti incendio fumare, von dem unlängst angelegten Feuer rauchen; urere, sengen und brennen; caligine etc.: quum caligo, quam fumus effuderat (verbreiten), lucem obscuraret; ins. m. subsistere, aus Furcht vor einem Hinterhalte stehen bleiben, Halt machen; tentare, untersuchen; cujus etc., welcher den Pferden Anfangs bis an die Brust, bald aber, als man in die Mitte des Flußbettes kam, sogar bis an den Hals ging.

9) Alius, sc. fluvius; ad o. plagam: in Oriente; violentum invehi, schnell fließen, reißend seyn; secum trahere, mit sich führen; Tigri — inditum: Tigris appellatus est; igitur pedes etc., es drang also das Fußvolk in der Form eines halben Mondes von

mare vix poterant, cum modo saxa lubrica vestigium fallerent, modo rapidior unda subduceret. Praecipuus erat labor eorum, qui humeris onera portabant: quippe cum semetipsos regere non possent, in rapidos gurgites incommodo onere auferebantur: et dum sua quisque spolia consequi studet, major inter ipsos, quam cum amne, orta luctatio est: cumulique sarcinarum passim fluitantes plerosque perculerant. [10]) Rex monere, *ut satis haberent, arma retinere; cetera se redditurum.* Sed neque consilium, neque imperium accipi poterat: obstrepebat hinc metus; praeter hunc invicem natantium mutuus clamor. Tandem qua leniore tractu amnis aperit vadum, emersere: nec quidquam praeter paucas sarcinas desideratum est. Deleri potuit exercitus, si quis ausus esset vincere: sed perpetua fortuna regis avertit inde hostem. Sic Granicum tot millibus equitum peditumque in ulteriore stantibus ripa superavit: sic angustis in Ciliciae callibus tantam multitudinem hostium. [11]) Audaciae quoque, qua maxime viguit, ratio minui potest; quia nunquam in discrimen venit, an temere fecisset. Mazaeus, qui, si transeuntibus flumen supervenisset, haud dubie oppressurus fuit incompositos, in ripa demum, et jam perarmatos, adequitare coepit. Mille admodum equites praemiserat. Quorum paucitate Alexander explorata, deinde contemta, praefectum Paeonum equitum Aristona *laxatis habenis invehi* jussit. Insignis eo die pugna equitum et praecipue Aristonis fuit: praefectum equitatus Persarum Satropatem, directa in gutture hasta transfixit;

---

der Reiterei auf beiden Seiten umgeben, die Waffen über die Köpfe hebend, ohne Beschwerde durch den Fluß; vadum, seichtes Wasser, der Weg (durch das seichte Wasser).

[10]) Gradum firmare, einen sichern Schritt machen, festen Fuß fassen; vestigium fallere, ausgleiten; subduceret, sc. eos, niederreißen, fortreißen; praecipuus: plurimus; labor, Anstrengung; regere: sine onere vix pedem proferre; in r. gurgites inc. onere auferri, sammt der beschwerlichen Last vom reißenden Strome fortgerissen werden — gurges steht hier poetisch st. flumen; spolia consequi, s. Pack, s. Bündel erhaschen — in diesem befand sich die vom Feinde gemachte Beute; luctatio, Streit; percellere, umwerfen, über'n Haufen werfen.

[11]) Satis habere: contentum esse; retinere, zu erhalten suchen; redditurum (sc. iis): compensaturum; accipi, sc. auribus: audiri; obstrepebat: impediebat; invicem ist ein Pleonasmus; natantium, Andere: *nutantium* v. *mutantium*; tandem etc., endlich kamen sie da, wo der Fluß im sanftern Laufe die Furth eröffnet, an's Land; avertere, abwenden, entfernen; superavit: transivit; calles angusti, enge Wege, enge Päße.

fugientemque per medios hostes consecutus, ex equo praecipitavit, et obluctanti caput gladio demsit: quod relatum magna cum laude ante regis pedes posuit. [12])

X. Biduo ibi rex stativa habuit: in proximum deinde iter pronuntiari jussit. Sed prima fere vigilia luna deficiens, primum nitorem sideris sui condidit; deinde sanguinis colore suffuso lumen omne foedavit: sollicitisque sub ipsum tanti discriminis casum ingens religio, et ex ea formido quaedam incussa est. *Diis invitis in ultimas terras trahi se* querebantur. *Jam nec flumina posse adiri; nec sidera pristinum praestare fulgorem: vastas terras, deserta omnia occurrere; in unius hominis jactationem tot millium sanguinem impendi. Fastidio esse patriam; abdicari Philippum patrem; coelum vanis cogitationibus peti.* [1]) Jam pro seditione res erat; cum ad omnia interritus, *duces principesque militum fre-*

---

[12]) Audaciae etc., der Anschein von Verwegenheit, wodurch er sich am meisten auszeichnete, läßt sich auch aus diesem Grunde entschuldigen, weil man hinsichtlich derselben nie untersuchte, ob er ohne Ueberlegung gehandelt habe; supervenire, überfallen, über den Hals kommen; fuit st. fuisset; incompositus, in Unordnung, in Verwirrung befindlich; perarmatus, wohl gerüstet, bewaffnet; laxatis habenis in hostem invehi jubere, mit verhängtem Zügel auf den Feind lossprengen lassen; directa in gutture hasta transfigere, die Lanze gerade durch die Gurgel stoßen; et — demsit, und da er sich noch wehrte, hieb er ihm den Kopf ab.

Inh. Eine Mondfinsterniß macht die Macedonier muthlos; die ägyptischen Wahrsager ermuthigen sie wieder. Alexander schlägt die Perser, welche das platte Land verheeren, zurück. Darius Gemahlinn stirbt vor Gram in der Gefangenschaft. Alexander beweint sie. Des Darius Argwohn, Betrübniß und Wünsche.

[1]) Pronuntiare, ankündigen, bekannt machen; prima v., um die erste Nachtwache; luna deficit, der M. verfinstert sich; nitorem sideris sui condere, den Glanz s. Gestirns verbergen, o. s. Schein verlieren; deinde etc., er wurde hierauf blutroth und ganz verunstaltet, und da sie wegen der bevorstehenden entscheidenden Schlacht beunruhigt waren, bemächtigte sich ihrer ein außerordentlicher Aberglaube, und ein daraus entsprungener Schreck; adiri: trans iri; praestare, Andere: *servare*; pristinum fulgorem praestare, den vorigen (gewöhnlichen) Glanz beibehalten, von sich geben; deserta omnia, lauter Wüsten; occurrere, sc. iis, in den Weg kommen, aufstoßen; in unius etc., wegen der Eitelkeit eines einzigen M. werde das Blut von so viel Tausenden daran gewendet; fastidio, sc. ei, Alexandro; abdicare, verläugnen — weil er sich für einen Gott hielt; vanis cogitationibus coelum peti: vanum Alexandrum se dei filium credi velle.

*quentes adesse praetorio, Aegyptiosque vates*, quos coeli ac siderum peritissimos esse credebat, *quid sentirent, expromere* jubet. At illi, qui satis scirent, temporum orbes implere destinatas vices, lunamque deficere, cum aut terram subiret, aut sole premeretur; rationem quidem ipsis perceptam non edocent vulgus: ceterum affirmant, *solem Graecorum, lunam esse Persarum; quoties illa deficiat, ruinam stragemque illis gentibus portendi:* veteraque exempla percensent *Persidis regum, quos adversis Diis pugnasse, lunae ostendisset defectio.* ²) Nulla res efficacius multitudinem regit, quam superstitio: alioqui impotens, saeva, mutabilis, ubi vana religione capta est, melius vatibus, quam ducibus suis, paret. Igitur edita in vulgus Aegyptiorum responsa rursus ad spem et fiduciam erexere torpentes. Rex, impetu animorum utendum ratus, secunda vigilia castra movit: dextra Tigrim habebat; a laeva montes, quos *Gordaeos* vocant. ³) Hoc ingresso iter speculatores, qui praemissi erant, sub lucis ortum, *Darium adventare* nuntiaverunt. Instructo igitur milite, et composito agmine antecedebat. Sed Persarum exploratores erant mille ferme, qui speciem agminis magni fecerant: quippe ubi explorari vera non possunt, falsa per metum augurantur. His cognitis, rex cum paucis suorum assecutus agmen refugientium ad suos, alios cecidit, alios cepit: equitesque praemisit simul speculatum, simul ut ignem, quo barbari cremaverant vicos, exstingue-

---

²) Pro seditione: instar seditionis; praetorium, das königl. Zelt, Hauptquartier; peritissimus, ein recht guter Kenner; satis: bene; temporum etc., daß der Kreislauf der Zeit seinen bestimmten Wechsel habe, und der M. sich verfinstere, wenn er entweder unter die Erde gehet (d. h. wenn der Mond in den Schatten der Erde zu stehen kommt, und also s. Lichtes beraubt wird), oder durch die Sonne verfinstert (gedrückt) wird; — in diesem Falle ist keine Mondfinsterniß, sondern eine Sonnenfinsterniß. Curtius beweist hierdurch seine Unwissenheit in der Sternkunde; ratio mihi percepta, die mir bekannte Ursache; ruina, Untergang, Verderben; percensere, anführen; quos st. quibus, eos — ostendisset; adversis Diis, wider den Willen der Götter.

³) Efficacius regere, wirksamer, stärker beherrschen; impotens, zügellos; mutabilis, sc. est; vana religione captum esse, von einem eitlen Aberglauben eingenommen seyn; responsa in vulgus edere, die A. unter dem Volke bekannt machen; torpentes (sc. metu) ad spem erigere, die Zaghaften zur H. aufmuntern, bei den Zaghaften die H. beleben; impetu animorum uti, sich der muthvollen Hitze bedienen; dextra, sc. manu.

rent. [4]) Quippe fugientes raptim tectis acervisque frumenti injecerant flammas: quae cum in summo haesissent, ad inferiora nondum penetraverant. Exstincto igitur igne, plurimum frumenti repertum est: copia aliarum quoque rerum abundare coeperunt. Ea res ipsa militi ad persequendum hostem animum incendit: quippe urente et populante eo terram, festinandum erat, ne incendio cuncta praeriperet. In rationem ergo necessitas versa; quippe Mazaeus, qui antea per otium vicos incenderat, jam fugere contentus, pleraque inviolata hosti reliquit. Alexander *haud longius centum quinquaginta stadiis Darium abesse* comperierat. [5]) Itaque ad satietatem quoque copia commeatuum instructus, quatriduo in eodem loco substitit. Interceptae deinde Darii literae sunt, quibus Graeci milites sollicitabantur, *ut regem interficerent, aut proderent:* dubitavitque, *an eas pro concione recitaret,* satis confisus Graecorum quoque erga se benevolentiae ac fidei. Sed Parmenio deterruit; *non esse talibus promissis imbuendas aures militum: patere vel unius insidiis regem: nihil nefas esse avaritiae.* Secutus consilii auctorem, castra movit. [6]) Iter facienti spado unus ex captivis, qui Darii uxorem comitabantur, *deficere eam* nuntiat, *et vix spiritum ducere.* Itineris continui labore, animique aegritudine fatigata, inter socrus et virginum filiarum manus collapsa erat; deinde et exstincta. Id ipsum nun-

---

[4]) Instructo milite: acie instructa; agmen componere, den Zug ordnen; exploratores: speculatores, hier Vortrab, Andere: *moratores*; qui — fecerant, welche wie ein ganzes Heer ausgesehen hatten: augurari wird hier passive gebraucht, welches schwerlich bei einem andern Schriftsteller vorkommen dürfte; augurari, muthmaßen, glauben, Andere: *augentur*; assequi, nachsetzen.

[5]) Flammas alicui injicere, Feuer (brennende Stoffe) in etwas werfen; ad inferiora penetrare, zu dem Untern bringen, das Untere, die untern Theile ergreifen; animum incendere alicui, Jem. Muth anfeuern; eo, sc. hoste; incendio cuncta praeripere, vorher Alles durch das Feuer verwüsten; in rationem (sc. festinandi) ergo necessitas versa, eine neue Ursache zur Eile gebot also die Nothwendigkeit.

[6]) Intercipere, auffangen; sollicitare, zu verführen suchen, reizen; dubitare, unentschlossen seyn; deterruit (sc. eum): prohibuit, abhalten; aures militum aliquo imbuere, etwas vor die O. der S. bringen, den S. bekannt machen; patere etc., der König sey hierdurch sogar den Nachstellungen eines einzigen Menschen ausgesetzt; die Habsucht erlaube sich Alles; patere — regem will sagen: es könne sich leicht unter dem Heere des Alex. Einer finden, der ihm nach dem Leben strebe; consilii auctor, Rathgeber.

tians, alius supervenit. Et rex haud secus quam si parentis suae mors nuntiata esset, crebros edidit gemitus: lacrimisque obortis, quales Darius profudisset, in tabernaculum, in quo mater erat Darii, defuncto assidens corpori, venit. Hic vero renovatus est moeror, ut prostratam humi vidit. Recenti malo priorum quoque admonita, receperat in gremium adultas virgines, magna quidem mutui doloris solatia; sed quibus ipsa deberet esse solatio. 7) In conspectu erat nepos parvulus, ob id ipsum miserabilis, quod nondum sentiebat calamitatem, maxima ex parte ad ipsum redundantem. Crederes, Alexandrum inter suas necessitudines flere, et solatia non adhibere, sed quaerere. Cibo certe abstinuit: omnemque honorem funeri, patrio Persarum more, servavit: dignus hercule, qui nunc quoque tantum mansuetudinis et continentiae ferat fructum. Semel omnino eam viderat, quo die capta est; nec ut ipsam, sed ut Darii matrem videret: eximiamque pulchritudinem formae ejus non libidinis habuerat incitamentum, sed gloriae. E spadonibus, qui circa reginam erant, Tyriotes, inter trepidationem lugentium elapsus per eam portam, quae, quia ab hoste aversa erat, levius custodiebatur, ad Darii castra pervenit: exceptusque a vigilibus, in tabernaculum regis perducitur, gemens et veste lacerata. 8) Quem ut conspexit Darius, mul-

---

7) Iter facienti, während des Marsches; deficere, äußerst schwach seyn; labor, Anstrengung, Beschwerlichkeit; fatigatus, entkräftet, abgemattet, erschöpft; crebros gemitus edere, oft, einmal über das andere seufzen; lacrimae alicui oboriuntur, die T. treten Jem. in die Augen; profundere, vergießen; moeror, Traurigkeit, Betrübniß; prostratam, sc. Sysigambin, Darii matrem; malum, Unglücksfall; solatia mutui doloris, Trost für den wechselseitigen Schmerz; sed quibus st. etsi vero iis.

8) In conspectu (sc. Sysigambi) esse, vor Augen haben; miserabilis, beklagens-, bedaurungswerth; calamitas, Unglück; ad me redundat, es betrifft mich; crederes, man sollte glauben; necessitudines: necessarias, Verwandte; solatia adhibere, Trost geben; certe cibo abstinere, sich wirklich der Speisen enthalten, nichts essen, fasten; omnem honorem funeri servare, alle Ehre für das Leichenbegängniß sich vorbehalten, d. h. mit allen Ehrenbezeigungen die Leiche beerdigen lassen; tantum m. et c. fructum ferre, die Früchte von seiner so großen Sanftmuth und Enthaltsamkeit erndten; nec: nec venerat; eximiamque etc., und er sah ihre ausnehmend schöne Gestalt nicht für ein Anreizungsmittel zum sinnlichen Vergnügen, sondern zu seinem Ruhme an; trepidatio, Bangigkeit, Bestürzung; aversum esse, in entgegengesetzter Richtung, rückwärts sich befinden; levius custodire, etwas schlecht bewachen; excipere, auffangen, anhalten.

tiplici doloris exspectatione commotus, et quid potissimum timeret, incertus, *Vultus tuus*, inquit, *nescio quod ingens malum praefert: sed cave miseri hominis auribus parcas. Didici enim esse infelix: et saepe calamitatis solatium est nosse sortem suam. Num, quod maxime suspicor, et loqui timeo, ludibria meorum nuntiaturus es; mihi, et ut credo, ipsis quoque, omni graviora supplicio?* Ad haec Tyriotes, *istud quidem procul abest*, inquit: *quantuscunque enim reginis honor ab iis, qui parent, haberi potest, tuis a victore servatus est: sed uxor tua paullo ante excessit e vita.* [9]) Tum vero non gemitus modo, sed etiam ejulatus, totis castris exaudiebantur: nec dubitavit Darius, quin interfecta esset, quia nequisset contumeliam pati. Exclamatque amens dolore: *quod ego tantum nefas commisi, Alexander? quem tuorum propinquorum necavi, ut hanc vicem saevitiae meae reddas? Odisti me, non quidem provocatus: sed finge, justum intulisse te bellum; cum feminis ergo agere debueras?* Tyriotes affirmare *per Deos patrios*, *nihil in eam gravius esse consultum: ingemuisse etiam Alexandrum morti, et non parcius flevisse, quam ipse lacrimaretur.* [10]) Ob haec ipsa amantis animus in sollicitudinem suspicionemque revolutus est; desiderium captivae profecto a consuetudine stupri ortum esse conjectans. Submotis igitur arbitris, uno dumtaxat Tyriote retento, jam non flens, sed suspirans, *videsne in te, Tyriote, locum mendacio non esse? tormenta jam hic erunt; sed ne exspectaveris per Deos, si quid tui tibi regis reverentiae est: num, quod et scire expeto, et quaerere pudet, ausus est et dominus, et juvenis?* Ille *quaestioni corpus* offerre, *Deos testes* invocare, *caste sancteque habitam esse reginam.* [11]) Tandem ut fides facta

---

[9]) Multiplici doloris exspectatione (Andere: *multiplici exspectatione* v. *multiplicis doloris exspectatione*) commotus, durch die vielfältige schmerzhafte Erwartung gerührt o. bewegt; praeferre: prae se ferre, anzeigen, verkündigen, verrathen; ludibria, Entehrung; graviora omni supplicio, drückender, als jedes Unglück, o. jede Marter; ab iis, qui parent, von Unterthanen; servatus: praestitus, tributus.

[10]) Amens dolore, vor Schmerz außer sich; ut — reddas: ut hoc modo crudelitatem meam ulciscaris. E d d. c. n o t. V a r. Finge, gesetzt; agere, sc. bellum; nihil gravius in aliquem consulere, nicht gewaltsam gegen Jem. verfahren, Jem. nichts zu Leide thun; parcius, weniger.

[11]) Ob haec ipsa etc., und gerade dieses erregte in dem Gemüthe des Liebenden wieder Kummer und Verdacht; revolvere, eigentl. zurückwälzen; stuprum, unerlaubte Liebe; arbitros submovere, die

est, vera esse quae affirmaret spado, capite velato diu flevit: manantibusque adhuc lacrimis, veste ab ore rejecta, ad coelum manus tendens, *Dii patrii*, inquit, *primum mihi stabilite regnum: deinde, si de me jam transactum est, precor, ne quis Asiae rex sit, quam iste tam justus hostis, tam misericors victor.* [12])

XI. Itaque quamquam pace frustra bis petita, omnia in bellum consilia converterat; victus tamen continentia hostis, ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos cognatorum principes misit: quos Alexander, consilio advocato, introduci jussit. E quibus maximus natu, *Darium*, inquit, *ut pacem a te jam hoc tertio peteret, nulla vis subegit: sed justitia et continentia tua expressit. Matrem, conjugem, liberosque ejus, nisi quod sine illo sunt, captos esse non sensit: pudicitiae earum, quae supersunt, curam haud secus quam parens agens*, reginas *appellas: speciem pristinae fortunae retinere pateris.* [1]) *Vultum tuum video, qualis Darii fuit, cum dimitteremur ab eo: et ille tamen uxorem, tu hostem luges. Jam in acie stares, nisi cura te sepulturae ejus moraretur. Et quid mirum est, si tam ab amico animo pacem petit? quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? Antea imperio tuo destinabat Halyn amnem,*

---

Zeugen beseitigen, entfernen; in te locus mendacio non est, lügen hilft dir hier nichts; jam: mox; sed me etc., erwarte sie (die Götter), doch nicht um der Götter willen, wofern du noch einige Ehrfurcht für deinen König hast; pudet, sc. me; quaestio, Untersuchung, Folter; offerre st. offerebat, Infinit. historicus; sancte, ehrbar; habere, halten.

[12]) Facta est, sc. Dario; vestem ab ore rejicere, das K. vom Antlitz zurückwerfen, sich wieder enthüllen; de me transactum est, um mich ist es geschehen.

Inh. Darius macht zum dritten Male Friedensvorschläge. Parmenio räth dem Al. zum Frieden der angetragenen Geldsummen wegen. Al. verwirft seinen Rath, und entgegnet ihm, er sey kein Kaufmann. Al. fordert den Darius auf, sich entweder zu schlagen, oder zu ergeben.

[1]) Pacem petere, um Frieden bitten; omnia consilia in bellum convertere, alle seine Gedanken auf den Krieg richten, o. sich mit aller Macht zum Kriege rüsten; victus: commotus; pacis conditiones ferre, Friedensvorschläge thun; principes: nobilissimos; consilium advocare, einen Kriegsrath berufen; subegit: coëgit; expressit: evicit, ut pacem peteret; nisi — sunt, als daß sie nicht bei ihm, o. um ihn sind; pudicitiae alicujus curam agere, für Jem. Keuschheit, Schamhaftigkeit Sorge tragen; species pristinae fortunae, der Glanz der vorigen Hoheit; retinere, sc. eas.

*qui Lydiam terminat. Nunc, quidquid inter Hellespontum et Euphraten est, in dotem filiae offert, quam tibi tradit: Ochum filium, quem habes, pacis et fidei obsidem retine: matrem et duas virgines filias redde; pro tribus corporibus triginta millia talentum auri precatur accipias.* [2]) *Nisi moderationem animi tui notam haberem, non dicerem hoc esse tempus, quo pacem non dare solum, sed etiam occupare deberes. Respice, quantum post te reliqueris: intuere, quantum petas! Periculosum est praegrave imperium: difficile est continere, quod capere non possis. Videsne, ut navigia, quae modum excedunt, regi nequeant? Nescio, an Darius ideo tam multa amiserit, quia nimiae opes magnae jacturae locum faciunt. Facilius est, quaedam vincere, quam tueri: quam hercule expeditius manus nostrae rapiunt, quam continent.* [3]) *Ipsa mors uxoris Darii te admonere potest, minus jam misericordiae tuae licere, quam licuit.* [4]) Alexander, legatis *excedere tabernaculo* jussis, *quid placeret*, ad consilium refert. Diu nemo quid sentiret ausus est dicere, incerta regis voluntate. Tandem Parmenio, *ante suasisse*, ait, *ut captivos apud Damascum redimentibus redderet; ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis, qui multi vincti virorum fortium occuparent manus. Et nunc magnopere censere, ut unam anum, et duas puellas, itinerum agminumque impedimenta, triginta millibus talentis auri permutet.* [4]) *Opimum regnum occupari posse conditione,*

---

[2]) Hostis, Feindinn; in acie stare, auf dem Schlachtfelde stehen; et quid mirum est, ist es denn zu verwundern; armis, sc. iis; odia tollere, den Haß, die Gehäßigkeit beseitigen, entfernen; imperium, Reich; in dotem offerre, zur Mitgift anbieten; tradit, sc. in matrimonium; habes, sc. tecum, bei dir; corpora, Personen; precatur, sc. ut.

[3]) Moderationem alicujus notam habere, Jem. Mäßigung kennen; tempus, Zeitpunkt; solum, sc. petenti; occupare, im Voraus darum ansuchen, ohne Zaudern darnach greifen; praegrave: praegrande, maximum; continere: retinere, servare; capere, umfassen, überblicken; navigia, quae modum excedunt, zu große Schiffe; nescio an, vielleicht; nimiae opes, ein zu großes Reich, eine zu große Macht; magnae j. locum facere, Veranlassung zu einem großen Verluste geben; tueri, behaupten; vincere: bello acquirere; quam hercule etc., fürwahr! unsere Hände rauben etwas leichter, als sie es festhalten.

[4]) Minus — licuit, daß deiner Barmherzigkeit nun weniger vergönnt ist, als vorher, d. h. daß du nun deine B. weniger ausüben kannst, als vorher — weil Darius Gemahlinn todt war; quid — refert, A. trug die Sache einem Kriegsrathe vor, was man für gut befinden

*non bello; nec quemquam alium inter Istrum et Euphraten possedisse terras ingenti spatio intervalloque discretas. Macedoniam quoque respiceret potius, quam Bactra et Indos intueretur.* Ingrata oratio regi fuit. Itaque ut finem dicendi fecit; *et ego*, inquit, *pecuniam quam gloriam mallem, si Parmenio essem. (Nunc Alexander de paupertate securus sum: et me non mercatorem memini esse, sed regem.) Nihil quidem habeo venale; sed fortunam meam utique non vendo.* [5]) *Captivos si placet reddi; honestius dono dabimus, quam pretio remittemus.* Introductis deinde legatis ad hunc modum respondit: *Nuntiate Dario, (gratiarum actionem apud hostem supervacaneam esse: et) me, quae fecerim clementer et liberaliter, non amicitiae ejus tribuisse: sed naturae meae: (nec adversus calamitates, sed adversus hostium vires contendere.) Bellum cum captivis et feminis gerere non soleo: armatus sit oportet, quem oderim. Quod si saltem pacem bona fide peteret; deliberarem forsitan, an darem.* [6]) *Verum enimvero, cum modo milites meos literis ad proditionem, modo amicos ad perniciem meam pecunia sollicitet; ad internecionem mihi persequendus est, non ut justus hostis, sed ut percussor veneficus. Conditiones vero pacis, quas fertis, si accepero, victorem eum faciunt. Quae post Euphraten sunt, liberaliter donat: ubi igitur me*

---

würde; incerta regis voluntate: quia voluntatem (Gesinnung) regis ignorabant; ante, sc. se; redimentibus reddere, gegen ein Lösegeld ausliefern; redigere, lösen; qui vincti etc., welche in so großer Menge gefesselt, die Hände tapferer Männer beschäftigen, d. h. zu deren Bewachung man in ihrer Gefangenschaft viele tapfere Männer benöthige, — die man dann gegen den Feind brauchen könnte; magnopere censere, vorzüglich, gänzlich der Meinung seyn; permutare, gegen — vertauschen; suasisse — redderet — occuparent — censere — permutet: Vulg. suasissem — redderes — occupaverant — censerem — permutes.

[5]) Opimum etc., man könne ein herrliches Reich bloß durch einen Friedensvertrag ohne Schwertstreich erhalten, und es habe noch Niemand vor ihm so große und weitläufige Länder zwischen dem J. und dem E. besessen; finem dicendi facere, aufhören zu sprechen; et: etiam; Alexander: appositio; memini: bene scio; nihil venale habeo, ich habe nichts zu verkaufen, mir ist nichts feil; utique, schlechterdings.

[6]) Honestius etc., so ist es rühmlicher für mich, sie ihm zu schenken, als für Geld zurückzuschicken; aliquid clementer et liberaliter facere, etwas aus Groß- und Edelmuth thun; calamitas, Unglück, Elend; hostium vires, feindliche Streitkräfte; bona fide, mit gutem Gewissen, aufrichtig.

*affamini? nempe ultra Euphraten sum. Summum ergo dotis, quam promittit, terminum, castra mea transeunt. Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse, quod ceditis.* [7]) *Eadem liberalitate dat mihi filiam suam: nempe quam scio alicui servorum suorum nupturam. Multum vero mihi praestat, si me Mazaeo generum praeponit! Ite, nuntiate regi vestro: et quae amisit, et quae adhuc habet, praemia esse belli: hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximae lucis assignatura fortuna est.* (*Et me in Asiam non venisse, ut ab aliis acciperem, sed ut aliis darem. Si secundus, et non par mihi vellet haberi; facerem forsitan, quae petit.* [8]) *Ceterum, nec mundus duobus solibus potest regi; nec duo summa regna salvo statu terrarum potest habere. Proinde aut deditionem hodie, aut in crastinum bellum paret: nec aliam sibi, quam expertus est, polliceatur fortunam.*) Legati respondent: *cum bellum in animo sit, facere eum simpliciter, quod spe pacis non frustraretur. Ipsos petere, quamprimum dimittantur ad regem: eum quoque bellum parare debere.* Dimissi nuntiant, *adesse certamen.* [9])

XII. Ille quidem confestim Mazaeum cum tribus millibus equitum, ad itinera, quae hostis petiturus erat, occupanda praemisit. Alexander, corpori uxoris ejus justis persolutis, omnique graviore comitatu intra eadem munimenta cum modico praesidio relicto, ad hostem contendit. In duo cornua diviserat peditem, in utrumque latus equite circum-

---

[7]) Verum enim vero, allein (zur Verstärkung); pecunia sollicitari, durch G. reizen, zu verleiten suchen; ad internecionem, bis auf den Tod; ut percussor veneficus, als ein Meuchelmörder und Giftmischer; post st. trans; liberaliter donare, freigebig schenken; summum terminum castra transeunt, das L. reicht über die äußerste Gränze.

[8]) Multum, sc. honoris, praestare, viel Ehre erweisen; hoc regente: bello determinante, definiente terminos; proximae lucis: proximae pugnae.

[9]) Salvo statu terrarum, wenn der Erdkreis in Ruhe bleiben soll, oder bloß: ohne in Unordnung zu gerathen o. ruhig; habere, seyn, neben einander bestehen; in crastinum, sc. diem; deditionem, bellum parare, zur Ergebung, zum Kriege bereit machen, o. auf den Krieg gefaßt seyn; cum bellum etc., da er Krieg im Sinne führe; simpliciter: sincere; spe pacis non frustrari, durch Friedenshoffnungen nicht zu täuschen suchen.

Inh. Alex. rückt vor. Beschreibung des ungeheuern persischen Heeres. Die Macedonier befällt ein panischer Schrecken, von dem sie sich bald wieder erholen, und muthig zu den Waffen greifen.

dato: impedimenta sequebantur agmen. Praemissum deinde concitis equitibus Menidam jubet *explorare, ubi Darius esset.* [1]) At ille, cum Mazaeus haud procul consedisset, non ausus ultra procedere, nihil aliud, quam *fremitum hominum, hinnitumque equorum exaudisse* nuntiat. Mazaeus quoque, conspectis procul exploratoribus, in castra se recipit, adventus hostium nuntius. Igitur Darius, qui in patentibus campis decernere optabat, *armari militem* jubet, aciemque disponit. In laevo cornu Bactriani ibant equites, mille admodum; Dahae totidem: et Arachosii Susiique quatuor millia explebant. Hos quinquaginta falcati currus sequebantur. Proximus quadrigis erat Bessus, cum octo millibus equitum item Bactrianis. [2]) Massagetae duobus millibus agmen ejus claudebant. Pedites his plurium gentium non mixtas, sed suae quisque nationis junxerant copias. Persas deinde cum Mardis Sogdianisque Ariobarzanes et Orobates ducebant. Illis partibus copiarum, summae Orsines praeerat, a septem Persis oriundus, ad Cyrum quoque nobilissimum regem originem sui referens. Hos aliae gentes, ne sociis quidem satis notae, sequebantur. Post quas quinquaginta quadrigas Phradates magno Caspianorum agmine antecedebat. Indi, ceterique rubri maris accolae, nomina verius quam auxilia, post currus erant. [3]) Claudebatur hoc agmen aliis falcatis curribus quinquaginta: quis

---

[1]) Itinera petere, Wege einschlagen; justa persolvere, die letzte Ehre erweisen; comitatus, Begleitung, hier Gepäck; in utrumque latus, Andere: *utrimque lateri*, v. *utrimque latera*, v. *utrumque latus*, welche letztere Lesart vorzuziehen ist; equite: equitatu; praemissum: praemisit, et etc.; concitis equitibus, mit der Reiterei in Eilmärschen.

[2]) Considere, sich setzen, lagern; adventus h. nuntius: adventum hostium nuntians; patens campus, die Ebene; aciem disponere, das Heer in Schlachtordnung stellen; admodum: fere, circiter; explere, ausmachen.

[3]) Ejus: Bessi; agmen claudere, den Zug schließen; pedites his etc., das Fußvolk mehrerer Völkerschaften war mit diesen (Reitern) nicht vermischt, sondern jeder Anführer hatte die Truppen seiner eigenen Nation vereinigt beisammen; partes copiarum, Truppen-, Heeres-abtheilungen; a septem Persis: Welche den Pseudosmerdis sammt seinem Bruder, dem Magier umbrachten, den Darius Hystaspes aus ihrer Mitte auf den Thron setzten, und der Regierung der Magier ein Ende machten; originem suam ad Cyrum referre, s. Abkunft, s. Geschlecht bis auf den Cyrus zurückführen, d. h. vom Cyrus abstammen; post quas etc. construe: post has (gentes) Phradates magno Caspianorum agmine antecedebat quinquaginta quadrigas;

peregrinum militem adjunxerat. Hunc Armenii, quos minores vocant; Armenios Babylonii; utrosque Belitae, et qui montes Cossaeorum incolebant, sequebantur. Post hos ibant Gortuae, gentes quidem Euboicae, Medos quondam secuti; sed jam degeneres, et patrii moris ignari. Applicuerat his Phrygas et Cataonas. Parthorum deinde gens, incolentium terras, quas nunc Parthi Scythia profecti tenent, claudebant agmen. Haec sinistri cornu acies fuit. Dextrum tenebat natio majoris Armeniae, Cadusiique, Cappadoces, et Syri, et Medi. His quoque falcati currus erant quinquaginta. [4]) Summa totius exercitus, equites quadraginta quinque millia: pedestris acies ducenta millia expleverat. Hoc modo instructi decem stadia procedunt: jussique *subsistere*, armati hostem exspectabant. 46
14 Alexandri exercitum pavor, cujus causa non suberat, invasit: quippe lymphati trepidare coeperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Coeli fulgor tempore aestivo ardenti similis internitens, ignis praebuit speciem; flammasque ex Darii castris splendere, velut illati temere praesidiis, credebant. Quod si perculsis Mazaeus, qui praesidebat itineri, supervenisset; ingens clades accipi potuit. Ille segnis in eo quem occupaverat tumulo sedet, contentus non lacessi. [5])
16 Alexander, cognito pavore exercitus, *signum ut consisterent dari, ipsos arma deponere ac levare corpora*, jubet; admonens, *nullam subiti causam esse timoris; hostem procul stare.* Tandem com-

---

nomina verius quam auxilia, mehr dem Namen nach, als in Wahrheit Hilfstruppen, — weil sie schlechte Soldaten waren.

[4]) Peregrinum militem: Graecos mercenarios; Armenii — vocant, die sogenannten Kleinarmenier; Belitae: sie sind den Geographen ganz unbekannt; applicuerat: conjunxerat; tenere, besetzt halten; acies, Schlachtordnung; dextrum tenere, inne haben, sich befinden, stehen.

[5]) Summa totius exercitus, das ganze Heer. Nach den glaubwürdigsten Schriftstellern bestand das Heer aus Einer Million; subsistere, Halt machen; pavor me invadit, mich überfällt, ergreift Schrecken; subesse, dahinter seyn, vorhanden seyn; lymphati trepidare, wie Wahnsinnige zittern; pectora percurrere: pervadere, die Herzen durchdringen; coeli etc., am Himmel schimmerte zur Sommerszeit ein Glanz, dem Wetterleuchten gleich, hervor, und sah wie Feuer aus, und sie glaubten, daß die Flammen aus dem L. des D. diesen Glanz von sich geben, und sie gleichsam aus Unbedachtsamkeit auf f. Truppen gestoßen seyen; perculsis, sc. terrore; itineri praesidere, die Straße decken, beschützen; supervenire, über etwas kommen, überfallen; ingentem cladem accipere, eine ungeheure Niederlage erleiden; sedere: morari; lacessi: oppugnari.

potes sui pariter arma et animos recepere: nec quidquam ex praesentibus tutius visum est, quam eodem loco castra munire. Postero die Mazaeus, qui cum delectis equitum in edito colle, ex quo Macedonum prospiciebantur castra, consederat; sive metu, sive quia *speculari modo* jussus erat, ad Darium rediit. Macedones eum ipsum collem, quem deseruerat, occupaverunt: nam et tutior planitie erat; et inde acies hostium, quae in campo explicabatur, conspici poterat. [6])
20 Sed caligo, quam circa humidi effuderant montes, universam quidem rei faciem non abstulit; ceterum agminum discrimina atque ordinem prohibuit perspici. Multitudo inundaverat campos: fremitusque tot millium etiam procul stantium aures impleverat. Fluctuari animo rex, et modo suum, modo Parmenionis consilium sera aestimatione perpendere; quippe eo ventum erat, unde recipi exercitus, nisi victor, sine clade non posset. [7]) (Movebat etiam eum multitudo hostium, respectu paucitatis suae gentis: sed interdum reputabat, quantas res cum hac gente gessisset, quantosque populos fudisset. Itaque, cum spes metum vinceret, periculosius bellum differre ratus, ne desperatio suis cresceret); dissimulato eo, *mercenarium equitem ex Paeonia*
23 *praecedere* jubet. Ipse phalangem, sicut antea dictum est, in duo cornua extenderat: utrumque cornu equites tegebant.[8]) Jamque nitidior lux, discussa caligine, aciem hostium ostenderat; et Macedones, sive alacritate, sive taedio exspectationis, ingentem, pugnantium more, edidere clamorem. Redditus et a Persis, nemora vallesque circumjectas terribili so-
24 no impleverat. Nec jam contineri Macedones poterant, quin

---

[6]) Corpora levare, ausruhen; sui compotem esse, sich fassen; arma et animos recipere, wieder die Waffen ergreifen und Muth bekommen; ex praesentibus, bei den gegenwärtigen Umständen; prospicere, übersehen; explicari, sich ausbreiten.

[7]) Caligo, Dunkelheit — durch Nebel, Dünste; circa, Adv.; effundere, verbreiten, verursachen; faciem: adspectum rei, hostium exercitus; discrimina agminum, die verschiedenen Abtheilungen des Heeres; ordinem: ordines, Reihen und Glieder; animo fluctuari (coepit), zweifelhaft seyn, wanken; sera aestimatione perpendere, zu spät in Erwägung ziehen; unde — posset, construe: unde exercitus sine clade (aut bleibt weg, welches auch einige codices nicht haben) recipi (sich zurückziehen) non posset, nisi victor.

[8]) Movebat — cresceret, ist aus dem Justin B. 11. 9.; movere, Eindruck machen, beunruhigen; suis st. apud suos; dissimulato eo, er verbarg seine Unruhe, o. dieses, und &c.; equitem: equitatum.

cursu quoque ad hostem contenderent. Melius adhuc ratus in eodem tumulo castra munire, *vallum jaci* jussit: strenueque opere perfecto, in tabernaculum, ex quo tota acies hostium conspiciebatur, secessit. [9])

XIII. Tum vero universa futuri discriminis facies in oculis erat: armis insignibus equi virique splendebant: et, omnia intentiore cura praeparari apud hostem, sollicitudo praetorum agmina sua interequitantium ostendebat: ac pleraque inania, sicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor, sollicitam exspectatione mentem turbaverant. [1]) Igitur sive dubius animi, sive ut suos experiretur, consilium adhibet: *quid optimum factu esset*, exquirens. Parmenio, peritissimus inter duces artium belli, *furto*, *non proelio opus esse* censebat: *intempesta nocte opprimi possse hostes; discordes moribus, linguis, ad haec somno et improviso periculo territos, quando in nocturna trepidatione coituros? At interdiu primum terribiles occursuras facies Scytharum Bactrianorumque: hirta illis ora, et intonsas comas esse; praeterea eximiam vastorum magnitudinem corporum.* [2]) *Vanis et inanibus militem magis quam justis formidinis causis moveri. Deinde*

---

[9]) Nitidus, hell; alacritate, taedio exspectationis, aus Muth, aus Ueberdruß des Wartens; reddere, erwiedern; cursu, im vollen Laufe; vallum jaci: aggerem circa castra duci; strenue, hurtig, schnell.

Inh. Alexander berathschlagt sich mit s. Heerführern, verwirft Parmenios und Polysperchons Rath, des Nachts die Schlacht zu liefern, und muntert nach einem erquickenden Schlafe mit unerschrockener Miene s. Heer zum Kampfe auf. Beschreibung der Schlachtordnung.

[1]) Tum vero etc., damals hatte er die bevorstehende Gefahr gänzlich vor Augen; facies: nämlich die große Ebene, und das zahllose Heer; intentiore cura praeparare, mit angestrengterer Sorgfalt Anstalten treffen, o. sich zum Treffen anschicken; sollicitudo, Geschäftigkeit; agmina interequitare, die Truppen, Heeresabtheilungen durchreiten; ac pler. inania, und meistens unbedeutende Sachen; sicut, zum Beispiele; mentem exspectatione sollicitam turbare, das wegen der Erwartung besorgte Gemüth bestürzt machen, beunruhigen.

[2]) Dubius animi, aus Unentschlossenheit; consilium adhibere, Kriegsrath halten; furtum, List; opprimere, überfallen; discordes etc., wann würde er, an Sitten und Sprache verschieden, und überdieß durch die unvorhergesehene Gefahr erschreckt, bei der nächtlichen Bestürzung sich in Ordnung stellen (sich vereinigen) können? occurrere, vorkommen, darstellen, aufstoßen; occursuras, sc. esse Macedonibus; hirta ora, mit struppigen Haaren bedeckte Gesichter; eximia vasto-

*tantam multitudinem circumfundi paucioribus posse. Non in Ciliciae angustiis, et inviis callibus, sed in aperta et lata planitie dimicandum fore.* Omnes fere Parmenioni assentiebant: Polyperchon *haud dubie in eo consilio positam victoriam* arbitrabatur. Quem intuens rex; (namque Parmenionem nuper acrius quam vellet increpitum, rursus castigare non sustinebat) *latrunculorum,* inquit, *et furum ista sollertia est, quam praecipitis mihi; quippe illorum votum unicum est fallere.* ³) *Meae vero gloriae semper aut absentiam Darii, aut angustias locorum, aut furtum noctis obstare non patiar: palam luce aggredi certum est: malo me fortunae poeniteat, quam victoriae pudeat. Ad haec illud quoque accedit, vigilias agere barbaros, et in armis stare, ut ne decipi quidem possint, compertum habeo. Itaque ad proelium vos parate.* Sic incitatos ad corpora curanda dimisit. ⁴) Darius illud, quod Parmenio suaserat, hostem facturum esse conjectans, *frenatos equos stare, magnamque exercitus partem in armis esse, ac vigilias intentiore cura servari* jusserat: ergo ignibus tota ejus castra fulgebant. Ipse cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium circumibat, *Solem Mithren, sacrumque et aeternum* invocans *ignem, ut illis dignam vetere gloria, majorumque monumentis fortitudinem inspirarent. Et profecto, si qua divinae opis auguria humana mente concipi possent, Deos stare secum.* ⁵) *Illos nuper Macedonum animis subitam incussisse formidinem; adhuc lymphatos ferri agique,*

---

rum corporum magnitudo, die außerordentliche Größe ihrer ungeheuern Körper, d. i. riesenartige Körpergröße; corporum, sc. illis esse.

³) Vanis etc., unbedeutende und ungegründete Dinge machen auf die Krieger mehr Eindruck, als wirklich furchtbare Gegenstände; deinde — posse: Macedones, utpote pauciores a tanto Persarum numero circumiri posse; ponere, beruhen, sich gründen; increpitum: quia eum increpuerat; castigare non sustinebat: objurgare nolebat; solertia, Erfindsamkeit, Kunstgriff; praecipitis: suadetis.

⁴) Furtum noctis, ein heimlicher, nächtlicher Ueberfall; certum est, sc. mihi, es ist beschlossen; decipere, überlisten; parare, sich bereit halten; incitare, ermuntern; corpora curare, sich pflegen.

⁵) Intentiore cura, mit angestrengterer Sorgfalt; ignibus fulgere, von den Wachtfeuern leuchten; stantium, sc. militum; agmina circumire, von einer Heeresabtheilung (Corps) zur andern gehen; Mithras, eine Hauptgottheit der Perser, die Sonne und das Feuer vorstellend; inspirare, einflößen; et profecto etc., und fürwahr! wenn der menschliche Geist die Zeichen der göttlichen Hülfe begreift (erfaßt), so seyen die Götter mit ihnen, o. auf ihrer Seite.

*arma jacientes: expetere praesides Persarum imperii Deos debitas e vecordibus poenas. Nec ipsum ducem saniorem esse; quippe ritu ferarum praedam modo, quam expeteret, intuentem, in perniciem, quae ante praedam posita esset, incurrere.* Similis apud Macedones quoque sollicitudo erat: noctemque, velut in eam certamine edicto, metu egerunt. [6]) Alexander, non alias magis territus, *ad vota et preces Aristandrum vocari* jubet. Ille in candida veste, verbenas manu praeferens, capite velato praeibat preces regi, Jovem, Minervam Victoriamque propitianti. Tunc quidem sacrificio rite perpetrato, reliquum noctis adquieturus in tabernaculum rediit. Sed nec somnum capere, nec quietem pati poterat. Modo e jugo montis aciem in dextrum Persarum cornu demittere agitabat: modo recta fronte concurrere hosti; interdum haesitare, an potius in laevum torqueret agmen? [7]) Tandem gravatum animi anxietate corpus altior somnus oppressit. Jamque luce orta duces ad accipienda imperia convenerant, insolito circa praetorium silentio attoniti: quippe alias arcessere ipsos, et interdum morantes castigare assueverat: tunc ne ultimo quidem rerum discrimine excitatum esse mirabantur; et non somno quiescere, sed pavore marcere credebant. Non tamen quisquam e custodibus corporis intrare tabernaculum audebat: et jam tempus instabat, nec miles injussu ducis, aut arma capere poterat, aut in ordines ire. Diu Parmenio cunctatus, *cibum ut caperent*, ipse pronuntiat. [8]) Jamque exire necesse erat: tunc demum intrat tabernaculum, saepiusque

---

[6]) Subitam incutere formidinem, plötzlich in Furcht versetzen; ferri agique, umhergetrieben werden; praesides Dei, Schutzgötter; e vecordibus debitas poenas exigere, die Tollkühnen zur gebührenden Strafe ziehen; expetere, darnach trachten; in perniciem incurrere, ins Verderben rennen; edicere, bekannt machen, bestimmen; egerunt: transegerunt.

[7]) Verbenas, Opferkräuter; preces praeire, Gebete vorsagen; adquiescere, Ruhe genießen; somnum capere, schlafen; e jugo montis: a colle, quem occupaverat; aciem demittere, das Heer herabmarschiren lassen; recta fronte hosti concurrere, gerade auf die Fronte (vorne) des Feindes losgehen; in laevum cornu agmen torquere, sich mit dem Heere auf den linken Flügel werfen.

[8]) Tandem etc., endlich überfiel den von der Angst des Gemüthes beschwerten Körper ein ziemlich tiefer Schlaf; attonitus, wie vom Donner gerührt, äußerst bestürzt; ultimo rerum discrimine, bei diesem äußersten Entscheidungspunkte; pavore marcere, vor Schrecken in Ohnmacht liegen, aus Furcht unthätig seyn; in ordines ire, in Reihe und Glied sich stellen; cibum capere, Speise zu sich nehmen.

nomine compellatum, cum voce non posset, tactu excitavit. *Multa lux*, inquit, *est: instructam aciem hostis admovit: tuus miles adhuc inermis exspectat imperium. Ubi est vi-*
22 *gor ille animi tui? nempe excitare vigiles soles.* Ad haec Alexander: *credisne, me prius somnum capere potuisse, quam exonerarem animum sollicitudine, quae quietem morabatur? signumque pugnae tuba dari* jussit. ⁹) Et cum in eadem admiratione Parmenio perseveraret (*quod securus somnum cepisset*); *minime*, inquit, *mirum est: ego enim, cum Darius terras ureret, vicos excideret, alimenta cor-*
24 *rumperet, potens mei non eram: nunc vero quid metuam, cum acie decernere paret? Hercule votum meum implevit. Sed hujus quoque consilii ratio postea reddetur: vos ite ad copias, quibus quisque praeest. Ego jam adero, et quid fieri*
25 *velim, exponam.* ¹⁰) Raro admodum admonitu amicorum, cum metus discriminis aderat, uti solebat. Tunc quoque munimento corporis sumto processit ad milites. Haud alias tam alacrem viderant regem: et vultu ejus interrito, cer-
26 tam spem victoriae augurabantur. Atque ille *proruto vallo* 50
*exire copias* jubet, aciemque disponit. In dextro cornu locati sunt equites, quos *agema* appellant. ¹¹) Praeerat his Clitus: cui junxit Philotae turmas, ceterosque praefectos equitum lateri ejus applicuit. Ultima Meleagri ala stabat: quam phalanx sequebatur. Post phalangem Argyraspides erant: his Nicanor, Parmenionis filius, praeerat. In subsidiis cum manu sua Coenos: post eum Orestes Lyncestesque.

---

⁹) Exire: castris; tactu excitare, durch Berühren, Schütteln aufwecken; instructam aciem admovere, in Schlachtordnung anrücken; multa lux est, es ist schon heller Tag; vigor, Lebhaftigkeit, Munterkeit; exonerarem: liberarem.

¹⁰) In eadem admiratione perseveraret, sich noch eben so fort wunderte; quod securus somnum cepisset, Andere: *quod solutum se curis somnum cepisse dixisset*; excidere, zerstören; rationem consilii reddere, die Ursache des Planes angeben; exponere, aus einander setzen.

¹¹) Raro admodum etc., er pflegte sehr selten von der Vorstellung seiner Vertrauten, wenn Furcht vor der Gefahr vorhanden war, Gebrauch zu machen. Freinsh. verbessert diese viel besprochene Stelle: Raro — ad milites: raro admodum, admonitu magis amicorum, quam metu discriminis, quod adeundum erat, uti solebat munimento corporis; tum quoque sumto processit etc.; munimentum corporis sumere, den Harnisch anlegen; certam spem victoriae augurari, sich im voraus gewisse Hoffnung zum Siege machen; vallum proruere, den Wall niederreißen; proruto, Vulg. *prorupto.*

Post illos Polyperchon, dux peregrini militis. Hujus agminis Amyntas princeps erat. Philagus Balacros regebat, in societatem nuper adscitos. Haec dextri cornu facies erat. [12]) In laevo Craterus Peloponnensium equites habebat Achaeorumque; et Locrensium, et Maleôn turmis sibi adjunctis. Hos Thessali equites claudebant, Philippo duce. Peditum acies equitatu tegebatur. Frons laevi cornu haec erat. Sed ne circumiri posset a multitudine, ultimum agmen valida manu cinxerat. Cornua quoque subsidiis firmavit, non recta fronte, sed a latere positis: ut, si hostis circumvenire aciem tentasset, parata pugnae forent. Hic Agriani erant, quibus Attalus praeerat, adjunctis sagittariis Cretensibus. [13]) Ultimos ordines avertit a fronte, ut totam aciem orbe muniret. Illyrii hic erant, adjuncto milite mercede conducto. Thracas quoque simul objecerat leviter armatos. Adeoque aciem versatilem posuit, ut, qui ultimi stabant, ne circumirentur, verti tamen, et in frontem circumagi possent. Itaque non prima, quam latera; non latera munitiora fuere, quam terga. [14]) His ita ordinatis, praecipit, *ut, si falcatos currus cum fremitu barbari emitterent, ipsi laxatis ordinibus impetum occurrentium silentio exciperent:* haud dubius sine noxa transcursuros, si nemo se opponeret. *Sin autem sine fremitu immisissent, eos ipsi clamore terrerent, pavidosque equos telis utrimque suffoderent.* Qui cornibus

---

[12]) Ala, Abtheilung; Argyraspides: von ihren Schilden so genannt; in subsidiis esse, im Rückhalte (Reserve) stehen; princeps: praefectus, dux — Amyntas war gerade abwesend in Macedonien auf Werbung; in societatem adsciscere, in's Bündniß aufnehmen; haec etc., so sah der rechte Flügel aus.

[13]) Maleon, gen. plur. für Maleorum st. Maliensium, die Einwohner einer Stadt oder eines Distrikts in Thessalien, von Malia: oder des Vorgebirges im lacedämonischen Gebiet Malea; claudere, sich anschließen; multitudine, sc. hostium; ultimum agmen valida manu cingere, hinter das letzte Treffen eine starke Truppenanzahl stellen; firmare, verstärken; recta linea, in gerader Linie, gegen die Fronte; a latere, gegen die Seite zu; circumire, überflügeln.

[14]) Ultimos ordines etc., die hintersten Glieder stellte er mit dem Rücken gegen die Fronte, um die ganze Schlachtordnung von allen Seiten her zu decken; orbis ist eine Stellung des Heeres (gleich einem Kreise), wo es von allen Seiten dem angreifenden Feinde die Spitze bieten kann; objecerat, sc. hosti, entgegen stellen; adeoque aciem etc., er gab dem Heere eine zu allen Wendungen so geschickte Stellung; verti, sich wenden, schwenken; in frontem circumagi, Fronte machen; prima, sc. acies, das erste Treffen, die Fronte; latera, die Seiten, die Flanken; non munitiora, nicht mehr gedeckt, gesichert.

praeerant, *extendere ea jussi, ita ut nec circumvenirentur, si arctius starent; nec tamen mediam aciem exinanirent.* Impedimenta cum captivis, inter quos mater liberique Darii custodiebantur, haud procul acie in edito colle constituit, modico praesidio relicto. Laevum cornu, sicut alias, Parmenioni tuendum datum: ipse in dextro stabat.[15]) Nondum ad teli jactum pervenerant, cum Bion quidam transfuga, quanto maximo cursu potuerat, ad regem pervenit: nuntians, *murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equites emissurum esse credebat; notatumque certo signo locum, ut fraus evitari a suis posset. Adservari* transfuga jusso, duces convocat: expositoque quod nuntiatum erat, monet, *ut regionem monstratam declinent, equitemque periculum edoceant.* Ceterum hoc tantus exercitus exaudire non poterat, usum aurium intercipiente fremitu duorum agminum: sed in conspectu omnium duces et proximum quemque interequitans alloquebatur.[16])

XIV. *Emensis tot terras in spem victoriae, de qua dimicandum foret, hoc unum superesse discrimen. Granicum* hic *amnem, Ciliciaeque montes, et Syriam Aegyptumque praeeuntibus raptas,* ingentia spei gloriaeque incitamenta, referebat. *Reprehensos ex fuga Persas pugnaturos, quia fugere non possent. Tertium diem jam metu exsangues, armis suis oneratos, in eodem vestigio haerere. Nullum desperationis illorum majus indicium esse, quam quod urbes, quod agros suos urerent; quidquid non corrupissent, hostium esse confessi.* [1]) *Nomina modo vana gentium ingno-*

---

[15]) Currus emittere, die Wagen loslassen; ordines laxare, die Glieder öffnen; silentio excipere, ruhig aufnehmen, hier: durchgehen lassen; se opponere, sich entgegenstellen; suffoderent: transfoderent; arctius, zu gedrängt; mediam aciem exinanire, das mittlere Treffen zu sehr schwächen; tueri, befehligen.

[16]) Ad teli jactum, auf Pfeileswurf; quanto — poterat, in möglichst schnellem Laufe, o. so schnell als möglich; murices ferrei, eiserne Fußangeln; qua, sc. parte, wo; equites emittere, die Reiterei vorrücken lassen; fraus, Betrug, Falle; adservari transfuga jusso, er ließ den Ueberläufer in Verwahrung bringen, und etc.; regio monstrata, bezeichnete Gegend; periculum edocere, von der G. unterrichten; usum aurium intercipere, die O. betäuben; in conspectu o., im Angesichte des ganzen Heeres.

Inh. Alexanders und Darius Reden an ihre Truppen.

[1]) Terras in spem victoriae emetiri, Länder in der Hoffnung des Sieges durchziehen; discrimen, Entscheidungspunkt, entscheidendes Treffen; praeeuntibus, sc. Persis, Andere: *praetereuntibus*, der Dat. st. des Abl.: a praetereuntibus Macedonibus; ingentia — re-

*tarum ne extimescerent. Neque enim ad belli discrimen pertinere, qui ab his Scythae, quive Cadusii appellentur. Ob id ipsum, quod ignoti essent, ignobiles esse. Nunquam ignorari viros fortes: at imbelles, ex latebris suis erutos, nihil praeter nomina afferre. Macedones virtute assecutos, ne quis toto orbe locus esset, qui tales viros ignoraret. Intuerentur barbarorum inconditum agmen: alium nihil praeter jaculum habere; alium funda saxa librare: paucis justa arma esse. Itaque illinc plures stare: hinc plures dimicaturos.* [2]) *Nec postulare se, ut fortiter capesserent proelium, ni ipse ceteris fortitudinis fuisset exemplum. Se ante prima signa dimicaturum. Spondere pro se, quot cicatrices, totidem corporis decora: scire ipsos, unum paene se praedae communis exsortem, in illis colendis ornandisque usurpare victoriae praemia. Haec se fortibus viris dicere. Si qui dissimiles eorum essent, illa fuisse dicturum: pervenisse eo, unde fugere non possent. Tot terrarum spatia emensis, tot amnibus montibusque post tergum objectis, iter in patriam et penates manu esse faciendum.* Sic duces, sic proximi militum instincti sunt. [3]) Darius in laevo cornu erat magno suorum agmine, delectis equitum peditumque stipatus: contemseratque paucitatem hostis; vanam aciem esse, extentis cornibus ratus. Ceterum, sicut curru eminebat, dextra laevaque ad circumstantium

---

ferre, als außerordentliche Anreizungen zur Hoffnung und zum Ruhme anführen; reprehensos — possent, die auf der Flucht (von euch) eingeholten Perser würden nur deßhalb kämpfen, weil sie nicht weiter fliehen könnten; metu anxius, vor F. erblasset; in — haerere, auf derselben Stelle stehen bleiben; majus indicium, stärkerer Beweis.

[2]) Nomina vana, leere, unbedeutende N.; belli discrimen, entscheidendes Treffen; ignorari: ignotos esse; eruere, herausgraben, b) heraustreiben, reißen; afferre, sc. secum, mitbringen; assequi, dahin bringen; inconditus, unordentlich; alius — alius, der Eine, der Andere; justa arma, gehörige, rechte W.; plures, sc. homines.

[3]) Proelium capessere, ein Treffen anfangen, liefern, o. bloß: kämpfen; ante p. signa, an der Spitze; pro se spondere, für sich gut stehen, bürgen; quot — decora, so viel Wunden er bekäme, für so viele Zierden des K. hielt er sie; exsortem esse, keinen Theil an etwas haben, nehmen; in illis — praemia: ad illos remunerandos ditandosque se impendere victoriae fructus. Edd. c. not. Var.; colere kann auch hier heißen: Achtung beweisen, schätzen; illa: haec, folgendes; pervenisse eo, Andere: *pervenisse eos*; terrarum spatia, Länderstrecken; objicere post tergum, hinter den Rücken liegen; iter manu facere, den Weg sich mit der Faust bahnen; proximus, zunächst stehend; instincti: incitati, incensi.

agmina oculos manusque circumferens, *Terrarum*, inquit, *quas Oceanus hinc alluit, illinc claudit Hellespontus, paullo ante domini, jam non de gloria, sed de salute, et, quod saluti praeponitis, de libertate pugnandum est. Hic dies imperium, quo nulla amplius vidit aetas, aut constituet, aut finiet.* 4) *Apud Granicum minima virium parte cum hoste certavimus: in Cilicia victos Syria poterat excipere: magna munimenta regni Tigris atque Euphrates erant. Ventum est eo, unde pulsis ne fugae quidem locus est. Omnia tam diutino bello exhausta post tergum sunt: non incolas suos urbes, non cultores habent terrae. Conjuges quoque et liberi sequuntur hanc aciem, parata hostibus praeda, nisi pro carissimis pignoribus corpora opponimus. Quod mearum fuit partium, exercitum, quem paene immensa planities vix caperet, comparavi: equos, arma distribui: commeatus, ne tantae multitudini deessent, providi: locum, in quo acies explicari posset, elegi.* 5) *Cetera in vestra potestate sunt: audete modo vincere; famamque, infirmissimum adversus fortes viros telum, contemnite. Temeritas est, quam adhuc pro virtute timuistis: quae ubi primum impetum effudit, velut quaedam animalia amisso aculeo torpet. Hi vero campi deprehendere paucitatem, quam Ciliciae montes absconderant. Videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam et exhaustam: nam ultimi, quos locavit aversos, terga jam praebent. Obteri mehercule equorum ungulis possunt; etiamsi nil praeter falcatos currus emisero.* 6) *Et bello vicerimus, si vincimus*

---

4) Stipatus: circumdatus; vanam, Andere: *raram*; vanam aciem: mediam aciem vanam; vanus, dünn, zu sehr von Truppen entblößt; circumferre, herumkehren, wenden; claudere, begränzen; domini: nos domini. Darius spricht als Majestät im Plur.; salus, Erhaltung, Leben; nulla, Andere: *nullum*; aetas, Zeitalter, Welt; constituere, befestigen.

5) Munimenta, Schutzwehren, Vermauern; locus fugae, Ort zur Flucht; conjuges (Weiber) — sequantur — more antiquo Asiaticorum; pro — opponere, für die geliebtesten Pfänder das Leben wagen; mearum partium est: meum est; aliquam rem providere, für etwas sorgen.

6) Infirmum telum, schwache Waffe; temeritas, Verwegenheit; primum impetum effudit, die erste Hitze ist bei ihm vorüber; torpere, erstarrt, unthätig seyn — Curtius spielt hier auf die Bienen an; deprehenderunt, haben uns sehen lassen; rarus, dünn, schwach; media acies vana et exhausta, das unbedeutende und von Soldaten entblößte Mitteltreffen (Centrum); obterere, zermalmen, zertreten; emittere, loslassen.

*proelio: nam ne illis quidem ad fugam locus est: hinc Euphrates, illinc Tigris prohibet inclusos. Et quae antea pro illis erant, in contrarium conversa sunt. Nostrum mobile et expeditum agmen est; illud praeda grave. Implicatos ergo spoliis nostris trucidabimus: eademque res et causa victoriae erit, et fructus. Quod si quem e vobis nomen gentis movet; cogitet, Macedonum illic arma esse, non corpora. Multum enim sanguinis invicem hausimus; et semper gravior in paucitate jactura est.* [7]) *Nam Alexander, quantuscunque ignavis et timidis videri potest, unum animal est: et si quid mihi creditis, temerarium et vecors; adhuc nostro pavore, quam sua virtute, felicius. Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest ratio. Licet felicitas adspirare videatur, tamen ad ultimum temeritati non sufficit. Praeterea breves et mutabiles vices rerum sunt; et fortuna nunquam simpliciter indulget. Forsitan ita Dii fata ordinaverunt, ut Persarum imperium, quod secundo cursu per ducentos triginta annos ad summum fastigium evexerant, magno motu concuterent magis, quam affligerent; admonerentque nos fragilitatis humanae, cujus nimia in prosperis rebus oblivio est.* [8]) *Modo Graecis ultro bellum inferebamus: nunc in sedibus nostris propulsamus illatum. Jactamur invicem varietate fortunae Videlicet imperium, quod mutuo affectamus, una gens non capit. Ceterum, etiamsi spes non subesset, necessitas tamen stimulare deberet: ad extrema perventum est. Matrem meam, duas filias, Ochum in spem hujus imperii genitum, illos*

---

7) Et bello — proelio: si hac una pugna vicerimus, etiam totius belli victores erimus; Euphrates et Tigris. Curtius läßt den Darius so sprechen, als wenn die Macedonier zwischen diesen beiden Flüßen ständen, obwohl sie schon weit über den Tiger hinaus waren; implicare, einwickeln, einhüllen, überladen; movet: reformidat, horret; non corpora. Darius will hierdurch sagen, daß die eigentlichen Macedonier in den frühern Kriegen aufgerieben, und seine gegenwärtigen Krieger nur Fremdlinge seyen; hausimus: profudimus; gravis, schmerzlich, empfindlich.

8) Unum animal est, ist doch nur ein T.; vecors, unsinnig, dumm. — D. spricht hier ganz verächtlich und niedrig von dem großen Helden; allein dieser belehrte den Weichling bald eines Bessern; felicius, mehr glücklich; diuturnum esse, von Bestand seyn; ratio subest, die Vernunft liegt zum Grunde; adspirare, begünstigen; vices: mutationes; simpliciter, nur einem allein, unbedingt; indulgere, zu Willen seyn, huldigen; secundo cursu, unter einem glücklichen Laufe, unter Begünstigung des Glückes; affligere, vernichten, stürzen; cujus etc., die man im Glücke gar sehr vergißt.

*principes, illam sobolem regiae stirpis, duces vestros regum instar, vinctos habet: nisi quid in vobis est, ipse ego majore parte captivus sum.* 9) *Eripite viscera mea ex vinculis: restituite mihi pignora, pro quibus ipse mori non recuso, parentem, liberos: nam conjugem in illo carcere amisi. Credite, nunc omnes tendere ad vos manus; implorare patrios Deos; opem vestram, misericordiam, fidem exposcere, ut servitute, ut compedibus, ut precario victu ipsos liberetis. An creditis aequo animo iis servire, quorum reges esse fastidiant? Video admoveri hostium aciem: sed quo propius discrimen accedo, hoc minus iis, quae dixi, possum esse contentus.* 10) *Per ego vos Deos patrios, aeternumque ignem, qui praefertur altaribus, fulgoremque Solis intra fines regni mei orientis, per aeternam memoriam Cyri, qui ademtum Medis Lydisque imperium primus in Persidem intulit: vindicate ab ultimo dedecore nomen gentemque Persarum. Ite alacres et spe pleni, ut, quam gloriam accepistis a majoribus vestris, posteris relinquatis. In dextris vestris jam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. Effugit mortem, quisquis contemserit: timidissimum quemque consequitur. Ipse non patrio more solum, sed etiam ut conspici possim, curru vehor: nec re-*

---

9) Modo, vor Kurzem, — unter dem Sohne des Darius Hystaspis und unter dem Xerxes; propulsare, abwehren; jactamur invicem etc., das veränderliche Glück treibt wechselseitig mit uns (mit dem D. und A.) sein Spiel; capere, behaupten, o. zu groß seyn; spes, sc. vincendi; subesse, vorhanden seyn; stimulare, sc. nos ad fortitudinem; filius in spem imperii natus, v. genitus, Kronprinz; soboles regiae stirpis, Sprößlinge von königl. Geblüte; duces, die Statthalter, wie schon bemerkt wurde, waren zugleich Heerführer in ihrer Provinz, und glichen daselbst beinahe den Königen an Macht; nisi quod in vobis est, wenn ich bei euch nicht Hülfe finde; nisi quod, Andere: *nisi quid*; majore parte: ego et domus mea separari nequimus; major domus meae pars captiva est; ergo ipse ego majore parte captivus sum, quamvis meo quidem corpore inter vos sim.

10) Viscera: matrem et liberos, quos tam caros habemus, ut viscera, daher: Kinder, Angehörige; ex vinculis: sie waren nie gefesselt; D. sucht nur hierdurch das Heer zu erbittern; parentem: matrem; precario victu: ex clementia (Gnade) victoris pendente; servire, Sklaven seyn; quorum — fastidiant (Andere: *fastidiunt*), deren Könige zu seyn, sie sich schämen würden; die Griechen waren den Persern äußerst verhaßt.

*cuso, quo minus imitemini me, sive fortitudinis exemplum, sive ignaviae fuero.* [11])

XV. Interim Alexander, ut et demonstratum a transfuga insidiarum locum circumiret, et Dario, qui laevum cornu tuebatur, occurreret, agmen *obliquum incedere* jubet. Darius quoque eodem suum obvertit; Besso admonito, *ut Massagetas equites in laevum Alexandri cornu a latere invehi juberet.* Ipse ante se falcatos currus habebat: quos signo dato universos in hostem effudit. [1]) Ruebant laxatis habenis aurigae, quo plures nondum satis proviso impetu obtererent. Alios ergo hastae multum ultra temones eminentes, alios ab utroque latere dimissae falces laceravere: nec sensim Macedones cedebant; sed effusa turbaverant fuga ordines. Mazaeus quoque perculsis metum incussit, mille equitibus *ad diripienda hostis impedimenta circumvehi* jussis; ratus, captivos quoque, qui simul asservabantur, rupturos vincula, cum suos appropinquantes vidissent. Non fefellerat Parmenionem, qui in laevo cornu erat: propere igitur Polydamanta mittit ad regem, qui et periculum ostenderet, et, *quid fieri juberet*, consuleret. Ille, audito Polydamante, *abi, nuntia*, inquit, *Parmenioni, si acie vicerimus, non nostra solum nos recuperaturos; sed omnia, quae hostium sunt, occupaturos.* [2]) *Proinde non est, quod quidquam virium subducat ex acie; sed, ut me et Philippo patre dignum est, contemto sarcinarum damno fortiter di-*

---

[11]) Memoria, Andenken; in Persidem inferre, auf die Perser bringen; vindicare, schützen, bewahren; spes f. temporis, die H. für die Zukunft; timidissimum quemque, jeden furchtsamen; sed etiam, sondern vielmehr; sive fortitudinis etc., ich mag euch nun ein Beispiel von Tapferkeit oder Feigheit geben.

Inh. Beschreibung des blutigen Treffens bei Arbela. Alex. verfolgt nach erlangtem Siege den Darius.

[1]) Locus: wo die Fußangeln waren; circumire, umgehen; alicui occurrere, auf Einen stoßen; agmen obliquum incedit, das Heer marschirt seitwärts auf; eo suum obvertere, sein Heer eben dahin wenden, dieselbe Richtung nehmen lassen; admoneo, befehlen; a latere invehi, in die Flanke fallen, eindringen; in hostem effundere, auf den Feind loslassen.

[2]) Laxatis habenis ruere, mit verhängten Zügeln fortrennen; quo st. ut eo; impetus, Anfall; dimissae: demissae, herabhangend; effusa fuga ordines turbare, durch eine völlige F. die Glieder in Unordnung bringen; perculsis metum incutere, den Bestürzten Furcht einjagen; diripere, plündern; circumvehi, um den Feind herumziehen; non fefellerat, merken, nicht entgehen; acie vincere, die Schlacht gewinnen; occupare, sich bemeistern, bemächtigen.

*micet.* Interim barbari impedimenta turbaverant; caesisque plerisque custodum, captivi, vinculis ruptis, quidquid obvium erat, quo armari possent, rapiunt: et aggregati suorum equitibus Macedonas, ancipiti circumventos malo, invadunt; laetique circa Sysigambim, *vicisse Darium, ingenti caede prostratos hostes, ad ultimum etiam impedimentis exutos esse,* nuntiant: quippe eandem fortunam ubique esse credebant, et victores Persas ad praedam discurrisse.[3]) Sysigambis, hortantibus captivis, *ut animum a moerore allevaret,* in eodem, quo antea fuit, perseveravit. Non vox ulla excidit ei: non oris color, vultusve mutatus est: sed sedit immobilis, (credo, praecoce gaudio verita fortunam irritare), adeo ut, quid mallet, intuentibus fuerit incertum. Inter haec Amyntas, praefectus equitum Alexandri, cum paucis turmis opem impedimentis laturus advenerat, incertum suone consilio, an regis imperio; sed non sustinuit Cadusiorum Scytharumque impetum: quippe vix tentato certamine effugit ad regem, amissorum impedimentorum testis magis, quam vindex. [4]) Jam consilium Alexandri vicerat dolor: et ne cura recuperandi sua militem a proelio averteret, non immerito verebatur. Itaque Areten, ducem hastatorum, quos *sarissophoros* vocabant, adversus Scythas mittit. Inter haec currus, qui circa prima signa turbaverant aciem, in phalangem invecti erant. Macedones confirmatis animis in medium agmen accipiunt. Vallo similis acies erat: junxerant hastas, et ab utroque latere temere incurrentium ilia suffodiebant. [5]) Cir-

---

[3]) Proinde etc., es ist also nicht nöthig, einige Streitkräfte dem Treffen zu entziehen; contemto sarcinarum damno, ohne den Verlust des Gepäckes zu achten; custodum: praesidiorum, Bedeckung; captivi etc., die Gefangenen zersprengten die Fesseln, und ergriffen, was ihnen nur immer aufstieß, um sich damit bewaffnen zu können; aggregari, sich hinzugesellen, sich anschließen; ancipiti malo circumventum esse, von beiden Seiten umringt, bedrängt seyn; Laetique: Spadones et captivi; ingente caede prostratos hostes: ingentem cladem accepisse hostes; exuere, ausziehen, b) verlieren, nehmen, rauben.

[4]) Animum a moerore allevare, das Herz erleichtern, das Gemüth aufheitern; in eodem — perseverare, fort so bleiben, wie zuvor; excidere, entfallen; os, Gesicht; praecox, zu vorschnell, zu voreilig; verita: quia verita est; irritare, aufbringen; intuentibus, sc. eam; suo consilio, aus eigenem Antriebe; impetum non sustinere, den Anfall nicht aushalten; certamen tentare, ein Gefecht beginnen; vindex, Retter.

[5]) Dolor, Unwille, Unruhe; a proelio avertere, vom Treffen abhalten; non immerito: sine causa; sarissophoros v. σαρισσα;

cumire deinde currus, et propugnatores praecipitare coeperunt. Ingens ruina equorum aurigarumque aciem compleverat. Hi territos regere non poterant: equi crebra jactatione cervicum non jugum modo excusserant, sed etiam currus everterant. Vulnerati interfectos trahebant: nec consistere territi, nec progredi debiles poterant. Paucae tamen evasere quadrigae in ultimam aciem, iis, quibus inciderunt, miserabili morte consumtis: quippe amputata virorum membra humi jacebant, et quia calidis adhuc vulneribus aberat dolor, trunci quoque et debiles arma non ommittebant; donec multo sanguine effuso, exanimati procumberent. [6]) Interim Aretes, Scytharum, qui impedimenta diripiebant, duce occiso, gravius territis instabat. Supervenere deinde missi a Dario Bactriani, pugnaeque vertere fortunam. Multi ergo Macedonum primo impetu obtriti sunt: plures ad Alexandrum refugerunt. Tum Persae clamore sublato, qualem victores solent edere, ferociter in hostem, quasi ubique profligatum, incurrunt. Alexander territos castigare, adhortari, proelium, quod jam elanguerat, solus accendere; confirmatisque tandem animis, *ire in hostem* jubet. [7]) Rarior acies erat in dextro cornu Persarum; namque inde Bactriani decesserant ad opprimenda impedimenta. Itaque Alexander laxatos ordines invadit, et multa caede hostium invehitur. At qui in laevo cornu erant Persae, spe posse eum includi, agmen suum a tergo dimicantis opponunt: ingensque periculum in medio haerens adisset, ni equites Agriani calcaribus subditis circumfusos regi barbaros adorti

---

circa p. signa, im Vordertreffen; invehi, eindringen; confirmatis animis, mit festem, standhaftem Muthe; hastas jungere, Lanze an Lanze halten; ilia temere incurrentium suffodere, die Bäuche der wild anrennenden Pferde durchbohren.

[6]) Circumire: circumdare; propugnatores: qui ex curribus propugnabant; ingens etc., eine sehr große Menge von todten Pferden und Wagenlenkern bedeckten das Schlachtfeld; jugum excutere, das Kummet herabwerfen; trahere, mit sich fortschleppen; in ultimam aciem evadere, in's Hintertreffen bringen; iis, quibus etc., wo jene, auf welche sie stießen, das Opfer eines erbärmlichen Todes wurden; trunci et debiles, die Verstümmelten und Entkräfteten; arma non omittere, die W. nicht aus den Händen lassen.

[7]) Gravius: acrius; pugnae fortunam vertere, dem Gefechte eine andere Wendung geben; ferociter in hostem incurrere, muthig auf den F. stürzen; castigare, einen Verweis geben, verweisen; elanguescere, ermatten, erschlaffen; animis, sc. suorum; animum alicujus confirmare, Jem. Muth einsprechen, o. machen, ermuthigen.

essent, aversosque caedendo in se obverti coëgissent. [8]) Turbata erat utraque acies. Alexander a fronte et a tergo hostem habebat: qui averso ei instabant, ab Agrianis militibus premebantur: Bactriani, impedimentis hostium direptis, reversi, ordines suos recuperare non poterant: plura simul abrupta a ceteris agmina, ubicunque alium alii fors miscuerat, dimicabant. Duo reges junctis prope agminibus proelium accendebant. Plures Persae cadebant: par ferme utrimque numerus vulnerabatur: curru Darius, Alexander equo vehebatur: utrumque delecti tuebantur, sui immemores. Quippe amisso rege nec volebant salvi esse, nec poterant. [9]) Ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebant egregium. Maximum tamen periculum adibant, qui maxime tuebantur; quippe sibi quisque caesi regis expetebat de-
59 cus. Ceterum, sive ludibrium oculorum, sive vera species fuit, qui circa Alexandrum erant, vidisse se crediderunt, paullulum super caput regis placide volantem aquilam, non sonitu armorum, non gemitu morientium territam: diuque circa equum Alexandri pendenti magis, quam volanti, similis apparuit. [10]) Certe vates Aristander, alba veste indutus, et dextra praeferens lauream, militibus in pugnam intentis avem monstravit, *haud dubium victoriae auspicium*. Ingens ergo alacritas

---

[8]) Rarior acies erat, die Schlachtordnung oder das Treffen war nicht dicht beisammen, oder mehr entblößt; opprimere, überfallen; invadere: aggredi; laxatus, verdünnt, geschwächt; magna caede invehi, unter einem großen Gemetzel eindringen; spe: sperantes; agmen a tergo dimicantis opponere, dem im Kampfe Begriffenen eine Heeresabtheilung in den Rücken stellen, im Rücken angreifen; ingensque etc., hier wäre er mitten unter den Feinden in der größten Gefahr gewesen, wenn nicht die agriganischen Reiter, die Barbaren, welche den König umzingelt hatten, spornstreichs angegriffen, und durch ihr Einhauen von hinten gezwungen hätten, sich gegen sie zu wenden.

[9]) Averso: a tergo; premere, zusetzen, drängen; ordines recuperare, den Platz wieder einnehmen, ihre Reihen wieder gewinnen; agmina, Truppenabtheilungen; ubicumque etc., kämpften da, wo ein Jeder zufällig auf einen Feind stieß; junctis prope agminibus, fast mit vereinigten Heeren, d. h. fast dicht beisammen; tuebantur: defendebant; sui immemores, ihrer uneingedenk, ohne Schonung ihres eigenen Lebens; nec volebant salvi esse, nicht leben wollen.

[10]) Mortem occumbere: mori; egregius, ehrenvoll; p. adire, einer Gefahr sich unterziehen, aussetzen; tuebantur, sc. reges suos; decus expetere, nach der Ehre, dem Ruhme streben; sive ludibrium etc., es mag nun eine Täuschung der Augen, oder eine wirkliche Erscheinung gewesen seyn; terreri, sich schrecken, verscheuchen lassen; pendere, hängen, b) schweben.

ac fiducia paullo ante territos accendit ad pugnam: utique postquam auriga Darii, qui ante ipsum sedens equos regebat, hasta transfixus est. Nec aut Persae, aut Macedones dubitavere, quin ipse rex esset occisus. Lugubri ergo ululatu et incondito clamore gemituque totam fere aciem adhuc aequo Marte pugnantium turbavere cognati Darii et armigeri: laevoque cornu in fugam effuso, destituerant currum: quem a dextra parte stipati in medium agmen receperunt. [11]) Dicitur acinace stricto Darius dubitasse, an fugae dedecus honesta morte vitaret. Sed eminens curru nondum omnem suorum aciem proelio excedentem destituere erubescebat. Dum inter spem et desperationem haesitat, sensim Persae cedebant, et laxaverant ordines. Alexander, mutato equo, quippe plures fatigaverat, resistentium adversa ora fodiebat, fugientium terga. Jamque non pugna, sed caedes erat; cum Darius quoque currum suum in fugam vertit. [12]) Haerebat in tergis fugientium victor: sed prospectum oculorum nubes pulveris, quae ad coelum ferebatur, abstulerat: ergo haud secus quam in tenebris errabant; ad sonitum notae vocis, ut signum, subinde coëuntes. Exaudiebantur tantum strepitus habenarum, quibus equi currum trahentes identidem verberabantur: haec sola fugientis vestigia excepta sunt. [13])

XVI. At in laevo Macedonum cornu, quod Parmenio, sicut ante dictum est, tuebatur, longe alia fortuna utriusque partis res gerebatur. Mazaeus, cum omni suorum equitatu vehementer invectus, urgebat Macedonum alas. Jamque abundans multitudine aciem circumvehi coeperat; cum Parmenio equites *nuntiare* jubet *Alexandro, in quo discrimine ipsi essent, nisi mature subveniretur; non posse sisti*

---

[11]) In pugnam intentis, auf das Treffen gespannt, im Treffen begriffen; alacritas, Muth; utique, zumal, vorzüglich. — Nach Diodor durchbohrte Alexander selbst den Wagenlenker; inconditus, wild; aequo Marte pugnare, mit gleichem Glücke, mit gleichem Vortheile kämpfen; in fugam effundi, gänzlich fliehen; destituerant, sc. a laeva parte; stipati, die zur Rechten stehenden.

[12]) Proelio excedere, den Wahlplatz verlassen; haesitare, schweben; ordines laxare, die Glieder öffnen; Alexander resistentium etc., Alexander hieb von vorne in die Widerstandleistenden, und von hinten in die Fliehenden ein; caedes, Gemetzel; currum in fugam vertere, mit dem W. die Flucht ergreifen.

[13]) In tergis fugientium haerere, den Fliehenden immer im Rükken seyn, heftig verfolgen; prospectum auferre, die Aussicht benehmen; errare: circumerrare; ad sonitum notae vocis coire, auf den Schall einer bekannten Stimme sich vereinigen; haec sola etc., dieß war das einzige Merkmal, wo der Feind hinfloh.

*fugam.* [1]) Jam multum viae processerat rex, imminens fugientium tergis: cum a Parmenione tristis nuntius venit. *Refrenare equos* jussi, qui vehebantur, agmenque constitit; frendente Alexandro, *eripi sibi victoriam e manibus, et Darium felicius fugere quam sequi se.* Interim ad Mazaeum superati regis fama pervenerat. Itaque, quamquam validior erat, fortuna tamen partium territus, perculsis languidius instabat. Parmenio ignorabat quidem causam sua sponte pugnae remissae; sed occasione vincendi strenue est usus. Thessalos equites ad se vocari jubet. [2]) *Ecquid*, inquit, *videtis istos, qui ferociter modo instabant, pedem referre, subito pavore perterritos? Nimirum nobis quoque regis nostri fortuna vincit. Omnia Persarum caede strata sunt. Quid cessatis? an ne fugientibus quidem pares estis?* Vera dicere videbatur, et spes languentes quoque erexerat. Subditis calcaribus proruere in hostem: et illi jam non sensim, sed citato gradu recedebant; nec quidquam fugae, nisi quod terga nondum verterant, deerat. Parmenio tamen, ignarus quaenam in dextro cornu fortuna regis esset, repressit suos: Mazaeus, dato fugae spatio, non recto itinere, sed majore et ob id tutiore circumitu Tigrim

---

Inh. Parmenio, dem der Feind hart zusetzt, nöthigt Alexandern zurückzukehren. Die Macedonier erhalten endlich einen vollständigen Sieg, und zwingen den Feind nach einem Verluste von vielen Tausenden, in der Flucht sein Heil zu suchen.

[1]) At in laevo, allein auf dem l. F. der M., welches P., wie vorher gemeldet wurde, befehligte, sah es von beiden Theilen ganz anders aus; vehementer invehi, einen heftigen Anfall thun; multitudine abundare, an der Menge einen Ueberfluß haben; multitudine abundans, mit f. überlegenen Macht; circumvehi, sc. equitibus, umzingeln; equites, sc. nonnullos; fugam (sc. suorum) sistere, die F. hemmen, verhindern.

[2]) Multum viae procedere, eine große Strecke vorrücken; processerat, Andere: *praecesserat*, And. *praeceperat*, And. *perceperat*; tergis fugientium imminere, den Fliehenden auf dem Nacken sitzen, sie hitzig verfolgen; equos refrenare, die P. zurückhalten (mit dem Zaume), aufhalten, den Zügel anziehen; jussi, sc. sunt; qui vehebantur, sc. equis: equites; agmen consistere, Halt machen; frendere, mit den Zähnen knirrschen (vor Zorn); frendente A.: A. frendebat et dixit; Darium etc., D. sey glücklicher auf der Flucht, als er im Nachsetzen; superati regis, daß der König rc.; fortunae partium territus, durch das Glück der Gegenpartei erschrokken; languidius, nicht mehr so heftig; Parmenio etc., Parmenio kannte zwar nicht die Ursache, daß das Gefecht von selbst nachließ; strenue: celeriter.

superat, et Babylonem cum reliquiis devicti exercitus intrat. [3]) Darius paucis fugae comitibus ad Lycum amnem contenderat: quo trajecto dubitavit, an solveret pontem, quippe *hostem jam affore* nuntiabatur. Sed tot millia suorum, quae nondum ad amnem pervenerant, ponte reciso, praedam hostis fore videbat. Abeuntem, cum intactum sineret pontem, dixisse constat, *Malle insequentibus iter dare, quam auferre fugientibus.* Ipse ingens spatium fuga emensus, media fere nocte Arbela pervenit. Quis tot ludibria fortunae, ducum agminumque caedem multiplicem, devictorum fugam, clades nunc singulorum, nunc universorum, aut animo assequi queat, aut oratione complecti? Propemodum seculi res in unum illum diem fortuna cumulavit. [4]) Alii qua brevissimum patebat iter, alii diversos saltus, et ignotos sequentibus calles petebant. Eques pedesque confusi sine duce, armatis inermes, integris debiles implicabantur. Deinde, misericordia in metum versa, qui sequi non poterant, inter mutuos gemitus deserebantur. Sitis praecipue fatigatos et saucios perurebat, passimque omnibus rivis prostraverant corpora, praeterfluentem aquam hianti ore captantes. Quam cum diu avidi turbidam hausissent, tendebantur extemplo praecordia premente limo; resolutisque et torpentibus membris, cum supervenisset hostis, novis vulneribus excitabantur. [5]) Quidam, occupatis proximis rivis, diverterant lon-

---

[3]) Ecquid: num; pedem referre, weichen, sich zurückziehen; subito pavore perterritum esse, von einer plötzlichen Furcht in Schrecken versetzt seyn; vincit, Andere: *vicit;* omnia etc., die Perser haben eine gänzliche Niederlage erlitten; parem esse, gewachsen seyn; languere, ermüden, unthätig seyn; proruere, hervorstürzen, stürzen; citato gradu, eiligen Schritts, eilfertig; terga vertere, den Rücken kehren; quaenam fortuna — esset, wie es — aussah; reprimere, zurückhalten; spatium fugae dari, Zeit zur F. lassen; majore et tutiore circumitu, auf einem g. u. sich. Umwege; reliquiae, Trümmer.

[4]) Solvere, rescindere, abbrechen; malle, sc. se; insequi, verfolgen; iter dare, auferre, den Weg offen lassen, abschneiden; ingens spatium f. emetiri, eine sehr große Strecke mittelst der F. zurücklegen; ludibria fortunae, Mißhandlung, Streiche des Glückes; animo assequi, sich vorstellen; oratione complecti, mit der Rede umfassen, hier: beschreiben; res, Begebenheiten; cumulare, zusammenhäufen.

[5]) Alii etc., Einige suchten auf dem kürzesten Wege, Andere über verschiedene Gebirge und auf, den Nachsetzenden unbekannten, Fußsteigen zu fliehen; confusus, verwirrt; integer, frisch, kraftvoll; implicari, verwirrt, vermischt seyn; perurere, quälen; omnibus rivis cor-

gius, ut, quidquid occulti humoris usquam manaret, exciperent; nec ulla adeo avia et sicca lacuna erat, quae vestigantium sitim falleret. E proximis vero itineri vicis senum ululatus feminarumque exaudiebantur, barbaro ritu *Darium* adhuc *regem* clamantium. Alexander, ut supra dictum est, inhibito suorum cursu ad Lycum amnem pervenerat, ubi ingens multitudo fugientium oneraverat pontem, et plerique, cum hostis urgeret, in flumen se praecipitaverant, gravesque armis et proelio ac fuga defatigati gurgitibus hauriebantur. [6]) Jamque non pons modo fugientes, sed ne amnis quidem capiebat, agmina sua improvide subinde cumulantes: quippe ubi intravit animos pavor, id solum metuunt, quod primum formidare coeperunt. Alexander instantibus suis, *impune abeuntem hostem sequi permitteret; hebetia tela esse, et manus fatigatas, tantoque cursu corpora exhausta, et praeceps in noctem diei tempus* causatus est. Revera de laevo cornu, quod adhuc in acie stare credebat, sollicitus, reverti ad ferendam opem suis statuit. Jamque signa converterat, cum equites, a Parmenione missi, illius quoque partis victoriam nuntiant. [7]) Sed nullum eo die majus periculum adiit, quam dum copias reducit in castra. Pauci eum et incompositi sequebantur ovantes victoria; quippe omnes hostes aut in fugam effusos, aut in acie credebant cecidisse: cum repente ex adverso apparuit agmen equitum, qui primo in-

---

pora prosternere, sich an allen B. hinwerfen; quam cum etc., und sie es lange trübe mit Begierde hineingetrunken hatten, schwoll ihnen sogleich wegen des drückenden Schlammes der Leib auf, ihre Glieder erschlafften und erstarrten, und sie wurden, wenn der Feind ihnen auf den Hals kam, erst durch neu beigebrachte Wunden aufgeweckt.

[6]) Longius divertere, weiter sich wegwenden, gehen; ut etc., um was immer für eine irgendwo rinnende Quelle aufzufinden, und es gab keine vom Wege so entfernte und trockene Pfütze, welche dem Durste der Suchenden entgangen wäre; clamantium — weil sie von ihm, als Könige, Hülfe verlangten, obschon er deren selbst bedurfte; cursum alicujus inhibere, Jem. im Verfolgen zurückhalten, Halt machen lassen — weil Parmenios Flügel vom Mazäus gedrängt wurde; urgere, drängen, auf den Hals kommen; armis graves, durch ihre Rüstung beschwert; gurgitibus hauriri, vom Strome verschlungen werden.

[7]) Improvide cumulare, sich unvorsichtig anhäufen; intravit: incessit, occupavit; instari alicui v. aliquem, in Jem. bringen; impune, ohne Gefahr, sicher; sequi: persequi; tantoque cursu: tanto itinere; praeceps in noctem diei tempus causari, vorwenden, erklären, zur Ursache anführen, vorschützen, daß der Tag sich zu Ende neige, o. daß die Nacht einbreche; in acie stare, im Treffen begriffen seyn.

hibuere cursum, deinde Macedonum paucitate conspecta, turmas in obvios concitaverunt. Ante signa rex ibat, dissimulato magis periculo, quam spreto. Nec defuit ei perpetua in dubiis rebus felicitas; namque praefectum equitatus avidum certaminis, et ob id ipsum incautius in se ruentem, hasta transfixit: quo ex equo lapso, proximum, ac deinde plures eodem telo confodit. [8]) Invasere turbatos amici quoque: nec Persae inulti cadebant; quippe non universae acies, quam hae tumultuariae manus, vehementius iniere certamen. Tandem barbari, cum obscura luce fuga tutior videretur esse, quam pugna, diversis agminibus abiere. Rex, extraordinario periculo defunctus, incolumes suos reduxit in castra. Cecidere Persarum, quorum numerum victores finire potuerunt, millia XL., Macedonum minus quam CCC desiderati sunt. Ceterum hanc victoriam rex majore ex parte virtuti, quam fortunae suae debuit: animo, non ut antea loco, vicit. [9]) Nam et aciem peritissime instruxit: et promtissime ipse pugnavit: et magno consilio jacturam sarcinarum impedimentorumque contemsit, cum in ipsa acie summum rei videret esse discrimen: dubioque adhuc pugnae eventu pro victore se gessit: perculsos deinde hostes fudit: fugientes, quod in illo ardore animi vix credi potest, prudentius quam avidius persecutus est. Nam si parte exercitus adhuc in acie stante, instare cedentibus perseverasset; aut sua culpa victus esset, aut aliena virtute vicisset. [10]) Jam si multitudinem equitum occurrentium extimuisset; victori aut foede

---

[8]) Nullum majus, eleganter, pro: maximum; incompositus, unordentlich, in Unordnung (befindlich); victoria ovare, über den Sieg frohlocken; in f. effusos: in fugam conjectos, v. profligatos; ex adverso, gegenüber; cursum inhibere: consistere; turmas in obvios concitare, auf die Entgegenkommenden losreiten, losgehen; periculum magis dissimulare, quam spernere, die G. mehr verbergen, als verachten; in rebus dubiis, in bedenklichen, mißlichen Umständen; eo telo, mit der nämlichen Waffe.

[9]) Turbatus, außer Fassung gebracht; tumultuariae manus, zusammengeraffte Mannschaft, hier: zufällig zusammengelaufene Mannschaft; vehementius iniere certamen: acrius pugnaverunt; obscura luce, in der Dämmerung; diversis agminibus abire, sich in verschiedenen Haufen zerstreuen; defungi, überstehen; finire, bestimmen; loco: nempe apud Issum; debere, zu verdanken haben.

[10]) Promtissime: fortissime; m. consilio, mit vieler Klugheit; cum — in ipsa etc., weil er einsah, daß die Hauptsache o. der Ausschlag vorzüglich auf diesem Treffen beruhe; in illo ardore animi, bei dem ihm eigenen Feuer; prudentius, quam avidius, mit mehr Vorsicht, als Hitze; parte — stante: quum pars — staret.

fugiendum, aut miserabiliter cadendum fuit. Ne duces quidem copiarum sua laude fraudandi sunt; quippe vulnera, quae quisque excepit, indicia virtutis sunt. Hephaestionis brachium hasta ictum est: Perdiccas, ac Coenus, et Menidas, sagittis prope occisi. Et, si vere aestimare Macedonas, qui tunc erant, volumus; fatebimur, et regem talibus ministris, et illos tanto rege fuisse dignissimos. [11])

---

[11]) Jam: porro, praeterea; fraudandi: privandi; excepit: accepit; virtutis, sc. eorum; sagittis prope occisum esse, tödtlich verwundet seyn; aestimare: dijudicare.

# Q. CURTII RUFI DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI HISTORIARUM

## LIBER V.

### I.

Quae interim ductu imperioque Alexandri vel in Graecia, vel in Illyriis ac Thracia gesta sunt, si quaeque suis temporibus reddere voluero, interrumpendae sunt res Asiae: quas utique ad fugam mortemque Darii universas in conspectu dari, et sicut inter se cohaerent tempore, ita opere ipso conjungi, haud paullo aptius videri potest. Igitur ante, quae proelio apud Arbela conjuncta sunt, ordiar dicere. Darius media fere nocte Arbela pervenit: eodemque magnae partis amicorum ejus ac militum fugam fortuna compulerat. [1]) Quibus convocatis exponit: *haud dubitare se, quin Alexander celeberrimas urbes, agrosque omni copia rerum*

---

Inh. Darius geht nach Medien. Al. bemächtigt sich Arbelas, und Babylons, dessen Lage, Umfang und verdorbene Sitten beschrieben werden.

[1]) Ductu. Unter Alex. Anführung konnten in Illyrien u. s. w. keine Thaten ausgeführt werden, weil er sich in Asien befand. Die Kritiker glauben daher, daß dieses Wort zu imperio der Erklärung wegen von den Abschreibern eingeschoben, oder statt Alexandri: Antipatri zu lesen sey; si — voluero, wenn ich Alles nach der Reihe und nach der Folge der Zeit erzählen wollte, was sich inzwischen — zugetragen hat; interrumpendae, sc. mihi; res, Begebenheiten, Thatsachen, Geschichte; quas utique etc., es scheint allerdings viel zweckmäßiger zu seyn, dieselbe (Geschichte) bis zur Flucht und dem Tode des Darius ganz vor Augen zu legen, und so wie die Begebenheiten der Zeit nach zusammenhängen, sie auch selbst in unserm Werke so zu verbinden; dicere: narrare; fortuna, Schicksal; eodemque — compulit: in eundem locum fortuna compulit majorem partem amicorum ac militum Darii fugientium.

*abundantes petiturus esset: praedam opimam paratamque ipsum et milites ejus spectare. Id suis rebus tali in statu saluti fore, quippe se deserta cum expedita manu petiturum. Ultima regni adhuc intacta esse; inde bello vires haud aegre reparaturum. Occuparet sane gazam avidissima gens, et ex longa fame satiaret se auro, mox futura praedae sibi: didicisse usu, pretiosam supellectilem, pellicesque et spadonum agmina nihil aliud fuisse, quam onera et impedimenta: eadem trahentem Alexandrum, quibus antea vicisset, inferiorem fore.* [2]) Plena omnibus desperationis videbatur oratio, quippe Babylonem urbem opulentissimam dedi cernentibus. Jam Susa, jam cetera ornamenta regni, causamque belli victorem occupaturum. At ille docere pergit: *non speciosa dictu, sed usu necessaria in rebus adversis sequenda esse. Ferro geri bella, non auro; viris, non urbium tectis: omnia sequi armatos. Sic majores suos perculsos in principio rerum, celeriter pristinam reparasse fortunam.* Igitur, sive confirmatis eorum animis, sive imperium magis quam consilium sequentibus, Mediae fines ingressus est. Paulo post Alexandro traduntur Arbela, regia supellectili ditique gaza repleta: quatuor millia talentûm fuere: praeterea pretiosae vestes; totius ut supra dictum est, exercitus opibus in illam sedem congestis. [3]) Ingruentibus deinde morbis, quos odor cadaverum totis jacentium campis vulgaverat, maturius castra movit. Euntibus a parte laeva Arabia, odorum fertilitate nobilis regio; campestre iter est. Inter Tigrim et Euphratem jacentia tam uberi et pingui solo sunt, ut a

---

[2]) Exponere, erklären; celeberrimas urbes: Babylonem, Susa, Persepolim; spectare, auf etwas sehen, nach etwas trachten; res, Angelegenheit; deserta cum exp. manu petere, mit einer leichten o. fliegenden Trupp in öde Gegenden ziehen; ultima: ultimas provincias; bello vires reparare, die Streitkräfte zum K. wieder herstellen; ex longa fame st. propter lon. famem; fames, Hunger, b) heftige Begierde; futura, sc. gens; usu didicisse: se experientia cognovisse; trahere, mit sich schleppen; inferiorem fore: devictum iri.

[3]) Non speciosa etc., im Unglücke müsse man nicht auf das Scheinbare, sondern auf das zur Rettung Dienliche sehen; tecta: domus, aedificia; sequi, ein Eigenthum seyn; perculsos in principio rerum, wenn sie auch Anfangs geschlagen worden wären; pristinam f. reparare, den vorigen Zustand wieder herstellen, sich wieder erholen; igitur, sive confirmatis etc., es mag nun seyn, daß ihr Muth wieder belebt, oder daß sie mehr seinen Oberbefehl, als seinen Rath berücksichtigten; in illam sedem congerere, in dieser Stadt zusammenhäufen.

pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui ex utroque amne manat, toto fere solo propter venas aquarum resudante. Ipsi amnes ex Armeniae montibus profluunt, ac magno deinde aquarum divortio iter, quod cepere, percurrunt: duo millia et D stadia emensi sunt, qui amplissimum intervallum circa Armeniae montes notaverunt. [4]) Iidem cum Mediae et Gordianorum terras secare coeperunt, paullatim in arctius coëunt, et quo longius manant, hoc angustius inter se spatium terrae relinquunt. Vicini maxime sunt his campis, quos incolae *Mesopotamiam* appellant; mediam namque ab utroque latere concludunt. Iidem per Babyloniorum fines in Rubrum mare prorumpunt. Alexander quartis castris ad Mennim urbem pervenit. [5]) Caverna ibi est, ex qua fons ingentem vim bituminis effundit, adeo, ut satis constet, Babylonios muros ingentis operis hujus fontis bitumine interlitos esse. Ceterum Babylonem procedenti Alexandro Mazaeus, qui ex acie in urbem eam confugerat, cum adultis liberis supplex occurrit, urbem seque dedens. Gratus adventus ejus fuit regi; quippe magni operis futura erat obsidio tam munitae urbis. Ad hoc vir illustris, et manu promptus, famaque etiam proximo proelio celebris, et ceteros ad deditionem sui incitaturus exemplo videbatur. [6]) Igitur hunc quidem

---

[4]) Morbi ingruunt, es reißen K. ein; euntibus etc., auf ihrem Marsche, der durch eine Ebene ging, hatten sie links das wegen seiner Fruchtbarkeit an Wohlgerüchen berühmte Arabien; jacentia: quae jacent; satietas, Ueberfressen; perimat, sc. ea; perimere, zu Grunde richten, den Tod bringen; manare, sich verbreiten; resudare, schwitzen; ac magno etc., und durchlaufen dann in einem großen Zwischenraume den Weg, den sie genommen haben; divortium heißt hier eigentl. die Trennung zweier Flüße, die sich immer weiter von einander entfernen; emensi sunt, sc. ii.

[5]) Cum Mediae — coeperunt. — Ein Blick auf die Landkarte zeigt gleich die Unrichtigkeit der Behauptung des Curtius; secare, schneiden, trennen, durchlaufen, durchfließen; in arctius coire, sich mehr nähern; et quo etc., und je weiter sie strömen, eine desto engere Landstrecke lassen sie zwischen sich; his campis: in his c.; aliquid medium ab utroque latere concludere, etwas von beiden Seiten umgeben; mare rubrum: sinus Persicus; prorumpunt: feruntur, effunduntur; Mennis, der Name einer Stadt, welche den Geographen ganz unbekannt ist.

[6]) Effundere, herauswerfen; muri ingentis operis, ungeheure Mauern; interlitus, dazwischen geschmiert, verküttet; obsidio magni operis est, die Belagerung kostet viel Mühe; manu promtus, fortis, persönlich tapfer; proximus, der letzte.

benigne cum liberis excepit: ceterum *quadrato agmine*, quod ipse ducebat, *velut in aciem irent, ingredi* suos jubet. Magna pars Babyloniorum constiterat in muris, avida cognoscendi novum regem: plures obviam egressi sunt. Inter quos Bagophanes arcis et regiae pecuniae custos, ne studio a Mazaeo vinceretur, totum iter floribus coronisque constraverat; argenteis altaribus utroque latere dispositis, quae non thure modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. Eum dona sequebantur, greges pecorum equorumque, leones quoque et pardales caveis praeferebantur. 7) Magi deinde, suo more patrium carmen canentes. Post hos Chaldaei, Babyloniorumque non vates modo, sed etiam artifices cum fidibus sui generis ibant. Laudes ii regum canere soliti: Chaldaei siderum motus et statas temporum vices ostendere. Equites deinde Babylonii, suo atque equorum cultu ad luxuriam magis, quam ad magnificentiam, exacto, ultimi ibant. Rex, armatis stipatus, *oppidanorum turbam post ultimos pedites ire* jussit: ipse cum curru urbem, ac deinde regiam intravit. Postero die supellectilem Darii, et omnem pecuniam recognovit. Ceterum ipsius urbis pulchritudo ac vetustas, non regis modo, sed etiam omnium oculos in semet haud immerito convertit. 8) Semiramis eam condiderat; vel, ut plerique credidere, Belus, cujus regia ostenditur. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium XXX et duorum pedum latitudine amplectitur: quadrigae inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri C cubitorum eminet spatio: turres denis pedibus quam murus altiores sunt. Totius operis ambitus CCCLXVIII stadia complectitur: singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriae proditum est. 9) Aedificia

---

7) Quadrato agmine ingredi, in Schlachtordnung einrücken; studium, Ergebenheit; disponere, aufstellen; pardalis, Panther.

8) Magi deinde, sc. sequebantur; artifices cum fidibus sui generis, Musiker mit ihren verschiedenartigen (Saiten-) Instrumenten; laudes ii, Andere: *laudes hi*; laudes, der Plur. st. des Sing.; statae temporum vices, die bestimmten Zeitabwechslungen; equites deinde etc., zuletzt ging die babylonische Reiterei, die eben so, wie ihre Pferde mehr verschwenderisch, als prächtig geschmückt waren; magnificentia: wenn die Pferde mit Edelsteinen und Gold zwar prächtig, aber zugleich auch mit Geschmak geschmückt sind; bei luxuria hingegen fehlt der Geschmak, es ist Alles auf eine plumpe Art angebracht und überladen; cum curru: quasi triumphans; haud immerito, verdientermaßen, mit Recht; omnium oculos in se convertere, aller Augen (Aufmerksamkeit) auf sich ziehen.

9) Semiramis war die Gemahlinn des Ninus, und Belus der Vater

non sunt admota muris, sed fere spatium unius jugeris absunt. Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt: per XC stadia habitatur; nec omnia continua sunt: credo, quia tutius visum est, pluribus locis spargi. Cetera serunt coluntque, ut si externa vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo subministrentur. Euphrates interfluit, magnaeque molis crepidinibus coërcetur. Sed omnium operum magnitudinem circumveniunt cavernae ingentes, in altitudinem pressae ad accipiendum impetum fluminis; quod ubi appositae crepidinis fastigium excessit, urbis tecta corriperet, nisi essent specus lacusque, qui exciperent. Coctili laterculo structi sunt: totum opus bitumine adstringitur. [10]) Pons lapideus, flumini impositus, jungit urbem. Hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus est: quippe Euphrates altum limum vehit, quo penitus ad fundamenta jacienda egesto, vix sufficiendo operi firmum reperiunt solum; arenae autem subinde cumulatae, et saxis, quibus pons sustineretur adnexae, morantur amnem; qui retentus acrius, quam si libero cursu mearet, illiditur. [11]) Arcem quoque ambitu XX stadia complexam habet. XXX pedes in terram turrium fun-

---

des Ninus; laterculo coctili instructus, aus gebranntem Ziegelstein aufgeführt; latitudine: quoad latitudinem; inter se occurrere, einander entgegenkommen, sich begegnen; commeare, neben einander fahren; altitudo — spatio, die Mauer ist 100 Ellen hoch; singulorum stadiorum structura, der Bau eines jeden Stadiums; memoriae prodere: narrare — bei Geschichtschreibern üblich.

[10]) Muris admotus, an die Mauer angebaut; totam urbem tectis occupare, die g. St. mit Häusern bebauen; continuus, aneinander hangen, stoßen; tutius: weil man bei einem Brande besser dazu kommen, und die Luft die Zwischenräume durchstreichen kann; spargi, zerstreut, von einander abgesondert seyn; serere, colere, besäen, bebauen; si ext. v. ingruat: si obsideatur; crepidinibus magnae molis coërceri, durch ungeheure Dämme eingeschlossen seyn; sed etc., allein alle diese ungeheuern Werke umgeben sehr große und tief gegrabene Höhlen, um den reißenden Fluß beim Austreten aufzunehmen, welcher, wenn er die Höhe des angelegten Dammes übersteigen sollte, die Häuser der Stadt durch die Ueberschwemmung zerstören würde, wenn nicht u. s. w.; bitumine adstringi, mit Erdharz verbunden seyn.

[11]) Pontem flumini imponere, eine Brücke über den Fluß bauen; quippe etc., denn der E. führt tiefen Schlamm mit sich, und wenn man auch diesen, den Grund zu legen, gänzlich herausgebracht hatte, so fand man doch kaum einen festen Boden, um das Werk darauf zu bauen; der Sand, welcher sich von Zeit zu Zeit anhäufte, und an den Pfeilern der Brücke ansetzte, hielt den Fluß auf, der hierdurch gehemmt, stärker anprallte (an die Pfeiler), als wenn er ungehindert fortströmen konnte.

damenta demissa sunt: ad LXXX summum munimenti fastigium pervenit. Super arce vulgatum Graecorum fabulis miraculum, pensiles horti sunt, summam murorum altitudinem aequantes, multarumque arborum umbra et proceritate amoeni. Saxo pilae, quae totum onus sustinent, instructae sunt: super pilas lapide quadrato solum stratum est, patiens terrae, quam altam injiciunt; et humoris, quo rigant terras: adeoque validas arbores sustinent moles, ut stipites earum VIII cubitorum spatium crassitudine aequent, in L pedum altitudinem emineant, et frugiferae sint, ut si terra sua alerentur. [12]) Et cum vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat: haec moles, quae tot arborum radicibus premitur, tantique nemoris pondere onerata est, inviolata durat; quippe XX lati parietes sustinent, undecim pedum intervallo distantes, ut procul visentibus silvae montibus suis imminere videantur. Syriae regem, Babylone regnantem, hoc opus esse molitum memoriae proditum est, amore conjugis victum: quae desiderio nemorum silvarumque in campestribus locis, virum compulit amoenitatem naturae genere hujus operis imitari. [13]) Diutius in hac urbe quam usquam constitit rex: nec ullus locus disciplinae militari magis nocuit. Nihil urbis ejus corruptius moribus, nec ad irritandas illiciendasque immodicas voluptates instructius. Liberos conjugesque cum hospitibus stupro coire, modo pretium flagitii detur, parentes maritique patiuntur. Convivales ludi tota Perside regibus purpuratisque cordi sunt: Babylonii maxime in vinum, et

---

[12]) Ambitu, im Umfange; triginta etc., ihre Thürme stehen 30 Fuß tief in der Erde, und sie (die Burg) ist 80 Schuh hoch; miraculum, Wunderwerk; summam murorum altitudinem aequare, eine gleiche Höhe mit den Mauern der Burg haben; sustinere, aufrecht halten, darauf ruhen; saxo instructum esse, von Stein gebaut, aufgeführt; lapide quadrato stratum, mit Quadersteinen gepflastert; patiens terrae etc., so, daß er die Erde trägt, welche hoch aufgeschüttet ist, und das Wasser, womit man sie befeuchtet, nicht durchsickern läßt; sustinere, ertragen; moles, Masse; in altitudinem eminere, hoch seyn.

[13]) Cum: etsi; manu factum opus, ein Kunstwerk; ipsam naturam exedendo perimere, die Natur selbst (natürliche Werke) verzehren; durare, fortdauern; sustinere, unterstützen; et etc., so, daß sie denjenigen, welche dieselben aus der Ferne sahen, Wälder mit Bergen (o. Berge mit Wäldern) zu seyn schienen; Syriae regem: Nabuchodonosorem intelligunt interpretes; amore c. victus, aus L. zu s. Gemahlinn; genere hujus operis, durch ein Werk der Art, o. durch ein solches W.

quae ebrietatem sequuntur, effusi sunt. Feminarum, convivia ineuntium, in principio modestus est habitus: dein summa quaeque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant: ad ultimum (honos auribus sit) ima corporum velamenta projiciunt. [14]) Nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virginumque, apud quas comitas habetur vulgati corporis vilitas. Inter haec flagitia exercitus ille domitor Asiae per XXXIV dies saginatus, ad ea quae sequebantur discrimina haud dubie debilior futurus fuit, si hostem habuisset. Ceterum, quo minus damnum sentiret, identidem incremento novabatur. Namque Amyntas Andromenis ab Antipatro Macedonum peditum sex millia adduxit: D praeterea ejusdem generis equites. Cum his DC Thracas, adjunctis peditibus suae gentis III millibus et D, et ex Peloponneso mercenarius miles ad IV millia advenerat, cum CCCLXXX equitibus. [15]) Idem Amyntas adduxerat L principum Macedoniae liberos adultos ad custodiam corporis: quippe inter epulas hi sunt regis ministri; iidemque equos ineunti proelium admovent, venantemque comitantur; et vigiliarum vices ante cubiculi fores servant: magnorumque praefectorum et ducum haec incrementa sunt et rudimenta. Igitur arci Babyloniae rex Agathone praesidere jusso cum

---

[14]) Disciplina militaris, Kriegszucht; corruptius: der Compar. st. des Superl.; nihil urbis etc., die Sitten dieser Stadt waren äußerst verdorben, und keine Stadt lieferte mehr Anreizungs- und Verführungsstoff zu unmäßigen, sinnlichen Vergnügungen; conjuges et liberi, Gattinnen und Töchter; stupro coire, Unzucht treiben; modo pretium flagitii datur, wenn nur die Schandthat bezahlt wird; convivales ludi, gesellschaftliche Spiele (bei Gastereien); cordi esse, lieben, daran Vergnügen finden; Babylonii etc., die B. sind vorzüglich dem Weintrinken und allen daraus folgenden Ausschweifungen sehr ergeben; convivia inire, sich bei Gastereien einfinden; in principio, sc. convivii; habitus honestus, ehrbare Kleidung; summa etc., dann ziehen sie alle Oberkleider aus; pudorem profanare, die Schamhaftigkeit ablegen; honos sit auribus, mit Ehren zu melden; ima c. velamenta projicere, die untersten Kleidungsstücke wegwerfen.

[15]) Meretrix, öffentliche Buhlerinn; sed, sc. etiam; comitas, Artigkeit; vulgati corporis vilitas, Preisgeben des Körpers; inter haec etc., das Heer, welches Asien bezwungen, vier und dreißig Tage hindurch sich in solchen Schandthaten gewälzt hatte, wäre gewiß zur Bestehung der darauf folgenden Gefahren zu entnervt gewesen, wenn es einen Feind gehabt hätte; quo st. ut eo; incremento novari, verstärkt, ergänzt werden; Andromenis, sc. filius; adjunctis etc., und nebstdem noch 3500 Mann Fußvolk von demselben Volke; mercenarius miles, der Sing. st. des Plur.

DCC Macedonum, trecentisque mercede conductis; praetores, qui regioni Babyloniae et civitati praeessent, Menetem et Apollodorum reliquit. [16]) His duo millia peditum dat cum mille talentis: utrique praeceptum, *ut in supplementum milites legerent*. Mazaeum transfugam Satrapia Babyloniae donat; Bagophanem, qui arcem tradiderat, se sequi jussit: Armenia Mithreni Sardium proditori data est. Ex pecunia deinde Babyloniae Macedonibus equitibus sexcenti denarii tributi: peregrinus eques quingenos accepit: ducenis pedestrium stipendium mensum est. [17])

II. His ita compositis, in regionem, quae *Satrapene* vocatur, pervenit. Fertilis terra, copia rerum et omni commeatu abundans. Itaque diutius ibi substitit; ac ne desides otio demitterent animos, judices dedit, praemiaque proposuit de virtute militari certantibus. Novem, qui fortissimi judicati essent, singulis militum millibus praefuturi erant, *Chiliarchas* vocabant, tum primum in hunc numerum copiis distributis: namque antea quingenariae cohortes fuerant; nec fortitudinis praemio cesserant. Ingens militum turba convenerat, egregio interfutura certamini, testis eadem cujusque factorum, et de judicibus latura sententiam: quippe verone an falso honos cuique haberetur, ignorari non poterat. [1])

---

[16]) Ministri, Diener, Aufwärter; admovere, hinzu=, herbeifüh=ren; proelium inire, in's Treffen gehen; vigiliarum vices servare, abwechslend Wache halten; magnorumque etc., und diese sind gleichsam der Zuwachs und gleichsam die Pflanzschule zu Statthaltern und Heerführern; Agathone — jusso: postquam A. jussus erat; civitati (urbi), Andere: *Ciliciae*.

[17]) Milites in supplementum legere, Truppen zur Ergänzung werben; satrapia donat: facit satrapam; ducenis, Andere: *duceni*; stipendium: donum; mensum, Andere: *mensium*.

Inh. Um der Unthätigkeit im Lager zu steuern, setzt Al. Preise der Tapferkeit aus, bemächtigt sich der Stadt Susa sammt den darin befindlichen Schätzen der persischen Könige, und tröstet die Sysigambis.

[1]) Satrapene ist ganz unbekannt, vielleicht st. Silacene, ein Landstrich zwischen Susa und Babylon; copia — abundare, an Allem, vorzüglich an jeder Gattung von Lebensmitteln einen Ueberfluß haben; animum demittere, den Muth sinken lassen; praemia proponere, Belohnungen aussetzen; de virtute militari, sc. praestita; praefuturi — erant, sollten — befehligen; Chiliarcha, einer, der 1000 M. befehligt; quingenariae — fuerant (Andere: *erant*), aus 500 M. bestanden; cesserant, Andere: *gesserant*; fortitudinis praemio cesserant (nach der Lesart des Lipsius und Tellier), und der Oberbefehl darüber nicht der Preis der Tapferkeit gewesen war; certamen,

Primus omnium virtutis causa donatus est Adarchias senior, qui omissum apud Halicarnasson a junioribus proelium unus maxime accenderat: proximus ei Antigenes visus est: tertium locum Philotas Angeus obtinuit: quartus Amyntae datus est: post hos Antigonus, et ab eo Lyncestes Amyntas fuit: septimum locum Theodotus, ultimum obtinuit Hellanicus. In disciplina quoque militaris rei pleraque a majoribus tradita utiliter mutavit. Nam cum ante equites in suam quisque gentem describerentur seorsum a ceteris; exemto nationum discrimine, praefectis non utique suarum gentium, sed delectis, attribuit.[2]) Tuba, cum castra movere vellet, signum dabat, cujus sonus plerumque, tumultuantium fremitu exoriente, haud satis exaudiebatur: ergo perticam, quae undique conspici posset, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum: observabatur ignis noctu, fumus interdiu. Jamque Susa adituro Abulites, regionis ejus praefectus, sive Darii jussu, ut Alexandrum praeda retineret, sive sponte, filium obviam misit, *traditurum se urbem* promittens. Benigne juvenem excepit rex, et eo duce ad Choaspen amnem pervenit, delicatam, ut fama est, vehentem aquam.[3]) Hic Abulites cum donis regalis opulentiae occurrit. Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximiae; XII Elephanti a Dario ex India acciti, non jam terror, ut speraverant, Macedonum, sed auxilium; opes victi ad victorem transferente fortuna. Ut vero urbem intravit, incredibilem ex thesauris summam pecuniae egessit, L millia talentûm argenti non signati forma, sed rudi pondere. Multi reges tantas opes longa aetate cumulaverant liberis posterisque, ut arbitrabantur, quas una hora in externi regis manus intulit. Consedit deinde in regia sella multo excelsiore, quam pro habitu corporis. Itaque

---

Streit; eadem, sc. turba; de aliquo sententiam ferre, über Jem. sein Urtheil, seine Meinung sagen; quippe etc., da man es wissen konnte, ob Jem. diese Auszeichnung verdienter oder unverdienter Weise ertheilt wurde.

[2]) Ab eo: ab st. post; * hier fehlt der Name des Achten; in disciplina rei militaris, in der Einrichtung des Kriegswesens; tradere, überliefern; nam cum etc., denn da vorher die Reiterei von den übrigen Völkerschaften abgesondert, immer unter ihre eigenen Landsleute vertheilt wurde, so hob er diesen Unterschied hinsichtlich der Nationen auf, und theilte sie nicht den Befehlshabern ihrer eigenen Nationen, sondern solchen zu, die er selbst erwählte.

[3]) Dabat, sc. antea; statuere, aufrichten; ex qua: in cujus extremitate; conspicuus, sichtbar; Susa, die Hauptstadt in der Provinz Susiana, und die ältere Residenz der persischen Könige.

pedes cum imum gradum non contingerent, unus ex regiis pueris mensam subdidit pedibus. [4]) Et cum spadonem, qui Darii fuerat, ingemiscentem conspexisset rex, *causam moestitiae* requisivit. Ille indicat, *Darium vesci in ea solitum: seque sacram ejus mensam ad ludibrium recidentem sine lacrimis conspicere non posse.* Subiit ergo regem verecundia violandi hospitales Deos. Jamque *subduci* jubebat; cum Philotas, *minime vero haec feceris, rex; sed omen quoque accipe, mensam, ex qua libavit hostis epulas, tuis pedibus esse subjectam.* Rex, Persidis fines aditurus, Susa urbem Archelao et praesidium III millium tradidit: Xenophilo arcis cura mandata est; Macedonum aetate graves, praesidere arcis custodiae jussi. [5]) Thesaurorum Callicrati tutela permissa: Satrapia regionis Susiae restituta Abuliti. Matrem quoque Darii et liberos in eadem urbe deponit. Ac forte Macedonicas vestes, multamque purpuram, dono ex Macedonia sibi missam, cum his, quae eam confecerant, *tradi Sisygambi* jussit. Omni namque honore eam, et filii quoque pietate prosequebatur. *Admonerique* jussit, *ut si cordi quoque vestis esset, conficere eam neptes suas adsuefaceret, donoque doceret dare.* [6]) Ad hanc vocem lacrimae obortae prodire animum aspernantis id munus: quippe non aliud magis in contumeliam Persarum feminae accipiunt, quam admovere lanae manus. Nuntiant qui dona tulerant, *tristem esse Sisygambim*; dignaque res excusatione et solatio visa. Ipse ergo pervenit ad eam, et, *mater*, inquit, *hanc vestem, qua indutus sum, sororum non solum donum, sed etiam opus vides: nostri decepere me mores.* [7])

---

[4]) Occurrere, entgegen kommen; Dromades (v. δρομος, Geschwindigkeit im Laufen) cameli, Dromedare; accio, kommen lassen; ut speraverant, sc. Persae; argentum non signatum forma, sed rudi pondere, ungeprägtes, rohes Silber; longa aetate cumulare, seit langer Zeit her aufhäufen; multo — corporis, der aber für s. Körpergröße zu hoch war; imus gradus: scabellum, Schämmel; pueri regii, Edelknaben; subdere, unterstellen.

[5]) Ad ludibrium decidere, zum Gespötte herabsinken; subiit regem verecundiae: puduit regem; omen, sc. bonum; ex qua etc., an dem der Feind speiste (libare eigentl. kosten), unter deinen Füßen liegt; aetate gravem esse, alt, betagt seyn.

[6]) Tutela, Aufsicht; restituta: reddita; deponere: relinquere; aliquam omni honore et filii pietate prosequi, Einem alle mögliche Ehre und kindliche Ehrfurcht erweisen; cordi esse, gefallen.

[7]) Ad hanc vocem etc., die bei diesen Worten in die Augen tretenden Thränen verriethen, daß sie dieses Geschenk verachte; in contumeliam accipere, für eine Beschimpfung ansehen; manus lanae ad-

*Cave, obsecro, in contumeliam accipias ignorationem meam. Quae tui moris esse cognovi, ut spero, abunde servata sunt. Scio, apud vos filium in conspectu matris nefas esse considere, nisi cum illa permisit. Quotiescunque ad te veni, donec, ut considerem, annueres, restiti. Procumbens venerari me saepe voluisti: inhibui. Dulcissimae matri Olympiadi nomen debitum, tibi reddo.* [8])

III. Mitigato animo ejus, rex quartis castris pervenit ad fluvium: Pasitigrim incolae vocant: oritur in montibus Uxiorum, et per L stadia silvestribus ripis praeceps inter saxa devolvitur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo praeterit, jam navium patiens. DC stadia sunt mollioris soli, per quod leni tractu aquarum Persico mari se insinuat. Alexander, amne superato, cum IX millibus peditum, et Agrianis atque Graecorum mercenariis millibus III, additis millibus Thracum, in regionem Uxiorum pervenit. [1]) Finitima Susis est, et in primam Persidem excurrit, arctum inter se et Susianos aditum relinquens. Madates erat hujus regionis praefectus, haud sane temporum homo. Quippe ultima pro fide experiri decreverat. Sed periti locorum Alexandrum docent, *occultum iter esse per calles, et aversum ab urbe: si paucos misisset leviter armatos, super capita hostium evasuros.* Cum consilium placuisset, iidem itinerum fuerunt duces. M et D mercede conducti, et Agriani fere M Tauroni praefecto dati, ac post *solis occasum iter ingredi* jussi. Ipse tertia vigilia castris motis circa lucis ortum superaverat angustias, caesaque materia cratibus et pluteis faciendis, ut qui turres admoverent, extra teli ictum essent, urbem obsidere coepit. [2]) Praerupta

---

movere, Hand an die Wolle legen, sich mit Arbeiten aus Wolle beschäftigen; opus, Arbeit.

[8]) Abunde: satis; in conspectu, in Gegenwart; nefas esse, nicht erlaubt seyn; procumbens, sc. ad genua; inhibere, nicht zulassen; reddere: dare.

Inh. Alex besiegt die Uxier, schenkt dem Statthalter derselben, dem Madates, den Gefangenen, und Allen, die sich ihm unterworfen hatten, die Freiheit, nebst der Befreiung von Abgaben. Sein Versuch, durch enge Pässe in Persien einzudringen, wird vom Ariobarzanes vereitelt.

[1]) Uxiorum. Die Uxier bewohnten die Gebirge in der Nähe von Medien, Susiana und Persis; quos etc., die er sanft durchströmt, und schiffbar wird. 600 St. weit ist der Boden weicher, durch welchen er langsamern Laufes sich in's pers. Meer ergießt.

[2]) In p. P. excurrere, sich bis an die Gränze Persiens erstrecken; arctus aditus, enger Zugang, Paß; temporum homo: homo,

erant omnia, saxis et cotibus impedita. Multis ergo vulneribus depulsi, ut quibus non cum hoste solum, sed etiam cum loco dimicandum esset, subibant tamen; quia rex inter primos constiterat, interrogans, *tot urbium victores annon erubescerent haerere in obsidione castelli exigui et ignobilis?* Simul jam inter haec eminus petebatur; cum testudine objecta milites, qui ut inde discederet perpellere nequiverant, tuebantur. Tandem Tauron super arcem urbis se cum suo agmine ostendit: ad cujus conspectum et animi hostium labare, et Macedones acrius proelium inire coeperunt. [3]) Anceps oppidanos malum urgebat; nec sisti vis hostium poterat. Paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animus fuit: magna pars in arcem concessit. Inde XXX oratoribus missis ad deprecandum, triste responsum a rege redditur, *non esse veniae locum.* Itaque suppliciorum metu perculsi, ad Sisygambim, Darii matrem, occulto itinere ignotoque hostibus mittunt, qui peterent, *ut ipsa regem mitigaret:* haud ignari, parentis eam loco diligi colique. [4]) Et Madates sororis filiam secum matrimonio junxerat, Darium propinqua cognatione contingens. Diu Sisygambis supplicum precibus repugnavit, abnuens, *deprecationem pro illis convenire fortunae, in qua esset:* adjecitque, *metuere sese, ne victoris indulgentiam fatigaret. Saepius cogitare, captivam esse se, quam reginam fuisse.* Ad ultimum victa, literis Alexandrum ita deprecata est: *ut ipsum excusaret, quod deprecaretur.* [5]) *Petere se, ut illis quoque; si minus,*

---

temporibus se accommodans, v. serviens, Andere: *temporum multorum homo*; aversus, seitwärts; super capita etc., so würden sie sich der über den Köpfen der Feinde gelegenen Anhöhen bemächtigen; super capita hostium: in loca editiora, unde hostes et a tergo lacessi possent; iidem: qui consilium dederant; itinerum duces esse, Wegweiser machen, abgeben; circa lucis ortum, gegen Tagesanbruch; superare, durchdringen; ut qui st. ut ii, qui.

[3]) Praeruptus, steil; impeditus, unzugänglich; multis etc., obgleich ihr Angriff unter vielen erhaltenen Wunden abgeschlagen wurde; ut: quum; subire, stürmen; inter primos consistere, an der Spitze stehen, fechten; annon, Vulg.: *an*; petere, sc. telis, schießen; perpellere: commovere.

[4]) Sistere, hemmen, Einhalt thun; animus, Muth; oratoribus: legatis; non esse veniae locum, es finde keine Gnade Statt; supp. m. perculsi, aus Todesfurcht.

[5]) Sororis filiam, Nichte; secum matrimonio jungere, zur Ehe nehmen; propinqua cog. contingere, nahe verwandt seyn; precibus alicujus repugnare, Jem. Bitten nicht Gehör geben; abnuens: negans; fortuna, Lage, Umstände; indulgentiam fatigare,

*sibi ignosceret. Pro necessario ac propinquo suo, jam non hoste, sed supplice, tantum vitam precari.* Moderationem clementiamque regis, quae tunc fuit, vel una haec res possit ostendere: non Madati modo ignovit, sed omnes et deditos et captivos libertate atque immunitate donavit; urbem reliquit intactam, agros sine tributo colere permisit. A victore Dario plura mater non impetrasset. Uxiorum deinde gentem subactam Susianorum Satrapiae contribuit: divisisque cum Parmenione copiis, illum *campestri itinere procedere* jubet; ipse cum expedito agmine jugum montium cepit, quorum perpetuum dorsum in Persidem excurrit. [6]) Omni hac regione vastata, tertio die Persidem, quinto angustias, quas illi *Susidas Pylas* vocant, intrat. Ariobarzanes has cum XXV millibus peditum occupaverat rupes, abscissas et undique praeruptas, in quarum cacuminibus extra teli jactum barbari stabant, de industria quieti et paventibus similes, donec in arctissimas fauces penetraret agmen. Quod ubi contemtu sui pergere vident; tum vero ingentis magnitudinis saxa per montium prona devolvunt: quae incussa saepius subjacentibus petris majore vi incidebant, nec singulos modo, sed agmina proterebant. [7]) Fundis quoque excussi lapides et sagittae ingerebantur undique. Nec id miserrimum fortibus viris erat; sed quod inulti ferarum ritu velut in fovea deprehensi caederentur. Ira igitur in rabiem versa, eminentia saxa complexi, ut ad hostem perveniant, alius alium levantes conabantur adscendere. Ea ipsa multorum simul manibus correpta et convulsa, in eos, qui commoverant, recidebant. Nec stare ergo, nec niti, nec testudine quidem protegi poterant, cum tantae molis onera propellerent barbari. [8]) Regem non dolor modo, sed etiam

---

die Güte, Gnade mißbrauchen; vinci, sich bereden lassen; ipsum, sc. id, Andere: *ipsam.*

[6]) Si minus, wenn nicht; necessarius ac propinquus, ein naher Anverwandter; pro aliquo vitam precari, um Jem. Leben bitten; quae tunc fuit: quam tunc praestitit; contribuit: adtribuit, adjecit; campestri itinere procedere, auf der Ebene vorrücken; jugum montium capere, über die Bergkette ziehen.

[7]) Ariobarzanes: Persidis satrapa; abscissa et undique praerupta rupes, ein steiler und überall jäher Felsen; extra teli jactum, außer Pfeiles Bereich, Erreichung; de industria, mit Fleiß, absichtlich; contemtu sui, ohne ihrer zu achten; sui, sc. hostium; per montium prona, über die abschüßigen Berge; incutere, anprellen; singulos, sc. milites; agmina, ganze Züge.

[8]) Excutere, schleudern; ingerere, schießen, beschießen; levare, in die Höhe heben; ea ipsa, sc. saxa; commovere, bewegen, hier:

pudor temere in illas angustias conjecti exercitus angebat. Invictus ad eam diem fuerat, nihil frustra ausus; impune Ciliciae fauces intraverat: mari quoque novum iter in Pamphyliam aperuerat: tunc haesitabat deprehensa felicitas; nec aliud remedium erat, quam reverti qua venerat. Itaque signo receptui dato, *densatis agminibus, scutisque super capita consertis, retro evadere ex angustiis* jubet. XXX fuere stadia, quae remensi sunt. [9])

IV. Tum castris undique aperto loco positis, non consultare modo *quid agendum esset*, sed vates quoque adhibere coepit a superstitione animi. Sed quid tunc praedicere Aristander, cui tum plurimum credebatur ex vatibus, poterat? Itaque damnatis intempestivis sacrificiis, *peritos locorum convocari* jubet. *Per Mediam iter* ostendebat *tutum apertumque:* sed rex dimittere milites insepultos erubescebat; ita tradito more, ut vix ullum militiae tam sollemne esset munus, quam humandi suos. *Captivos* ergo, *quos nuper exceperat, vocari* jubet: inter quos erat quidam Graecae Persicaeque linguae peritus, qui *frustra eum in Persidem montium dorso exercitum ducere* affirmat: *silvestres esse calles, vix singulis pervios; omnia contegi frondibus, implexosque arborum ramos silvas committere.* [1]) Namque Persis ab altero latere perpetuis montium jugis clauditur, quod in longitudinem MDC stadia, in latitudinem CLXX procurrit. Hoc dorsum a Caucaso monte ad rubrum mare pertinet; quaque deficit mons, aliud munimentum, fretum objectum est. Planities deinde sub radicibus montium spa-

---

sich daran halten; niti, emporklimmen; cum — barbari, da der Feind so ungeheure Steinmassen herabwälzte.

[9]) Regem — angebat, den König ängstigte nicht nur der Schmerz, sondern auch die Scham, weil er so unbesonnen das Heer in diese engen Pässe hatte eindringen lassen; impune, ohne Verlust; mari, zur See; tunc — felicitas: tunc Alexandri intercepta felicitas vacillabat; agminibus, Andere: *ordinibus;* scuta super capita conserere, die Schilde über die Köpfe zusammenhalten; remetiri: regredi.

Inh. Ein Gefangener zeigt dem Alex. einen unbekannten Weg, auf welchem die Feinde umgangen, und sammt ihrem Anführer Ariobarzanes niedergehaut werden.

[1]) Apertus undique locus, eine Ebene; a superstitione animi, aus Aberglauben; credebatur, Andere: *credebat;* damnare, verwerfen; ita tradito etc., weil es von jeher so gebräuchlich war, daß es kaum eine so feierliche Pflicht im Kriege gab, als die Seinigen zu beerdigen; dorso montium ducere, über den Rücken des Gebirges zu führen suchen; pervius, gangbar; implexosque etc., und die in einander verflochtenen Aeste der Bäume machten den Wald undurchdringlich.

tiosa procumbit, fertilis terra, multisque vicis atque urbibus frequens. Araxes amnis per hos campos multorum aquas torrentium evolvit in Medum: Medus a mari, et ad meridiem versus, minor amnis eo quem accepit, evehitur; gignendaeque herbae non alius est aptior, quidquid alluit floribus vestiens. [2]) Platani quoque et populi contegunt ripas; ita ut procul visentibus continuata videantur montibus nemora riparum. Quippe obumbratus amnis presso in solum dilabitur alveo; imminentque colles, ipsi quoque frondibus laeti, radices eorum humore subeunte. Regio non alia tota Asia salubrior habetur: temperatum coelum: hinc perpetuum jugum opacum et umbrosum, quod aestus levat; illinc mare adjunctum, quod modico tepore terras fovet. [3]) His expositis captivus interrogatus a rege, *auditune an oculis comperta haberet, quae diceret? Pastorem se fuisse, et omnes eos calles percurrisse*, respondit: *bis captum, semel a Persis in Lycia, iterum ab ipso*. Subit animum memoria regis oraculo editae sortis: quippe consulenti responsum erat, *ducem in Persidem ferentis viae Lycium civem fore*. Igitur promissis, quanta et praesens necessitas exigebat, et ipsius fortuna capiebat, oneratum, *armari* jubet *Macedonum more, et, quod bene verteret, monstraret iter: quamvis arduum et praeceps, evasurum se esse cum paucis*. [4]) *Nisi for-*

---

[2]) Ab altero latere: Susianam versus; procurrere, fortlaufen; deficio, aufhören; munimentum, Vormauer, Schutzwehr; fretum, den pers. Meerbusen; procumbere, liegen, sich eröffnen; frequens, zahlreich, viel; Araxes etc., durch diese Gefilde strömt der Araxes, der, nachdem er das Wasser vieler Gießbäche aufgenommen, in den Medus fällt; a mari: ad mare, sc. Caspium; alluere, bespülen; vestire, bekleiden.

[3]) Ita ut etc., so, daß es den aus der Ferne Sehenden scheint, als stehen die Uferhaine mit den Bergen in einer Verbindung; amnis presso etc., der Fluß fließt in einem sehr schmalen und tiefen Flußbette hin, und es erheben sich dabei Hügel, welche selbst auch mit belaubten Bäumen bewachsen sind, und deren Wurzeln angefeuchtet werden; hinc, auf der einen Seite; jugum, sc. montium; levat: mitigat, sc. coelum; illinc etc., auf der andern das angränzende Meer, welches das Land durch eine mäßige Wärme erquickt.

[4]) Expositis: narratis; auditune, ob er alles dieses selbst gesehen, oder bloß vom Hörensagen wisse? subit — regis: rex recordabatur; oraculum editae sortis, die Antwort des Orakels; igitur promissis etc., nachdem er ihm so viel versprochen hatte, als die gegenwärtige Noth erheischte, und dessen (des Wegweisers) Stande angemessen war; quod bene vertat, mit glücklichem Erfolge; evadere, durchkommen.

*te crederet, quo ipse pecoris causa isset, Alexandrum pro gloria et perpetua laude ire non posse.* Etiam atque etiam docere captivus, *quam difficile iter esset, maxime armatis.* Tum rex, *praedem me*, inquit, *accipe, neminem eorum, qui sequuntur, recusaturum ire, qua duces.* Cratero igitur ad custodiam castrorum relicto cum peditibus, quis assueverat, et iis copiis, quas Meleager ducebat, et sagittariis equitibus M, praecepit, *ut castrorum specie manente, plures de industria ignes fieri imperet, quo magis barbari crederent, ipsum regem in castris esse.* [5]) *Ceterum, si forte Ariobarzanes cognovisset, per callium anfractus eum intrare, et ad occupandum iter suum partem copiarum tentasset opponere; Craterus in eum illato terrore retineret ad propius periculum conversum agmen: sin autem ipse hostem fefellisset, et saltum occupasset; cum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset persequentium regem, id ipsum iter, quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret ingredi: quippe vacuum fore, hostibus in semet aversis.* Ipse tertia vigilia silenti agmine, ac ne tuba quidem dato signo, pergit ad demonstratum iter callium. [6]) *Tridui alimenta portare* militem jusserat leviter armatum. Sed praeter invias rupes ac praerupta saxa, vestigium subinde fallentia, nix cumulata vento ingredientes fatigabat: quippe velut in foveas delati hauriebantur; et cum a commilitonibus levarentur, trahebant magis adjuvantes, quam sequebantur. Nox quoque, et ignota regio, ac dux, incertum an satis fidus, multiplicabant metum: *si custodes fefellisset; quasi feras bestias ipsos posse deprehendi.* [7]) *Ex unius captivi vel fide, vel anima, pendere et regis salutem, et suam.* Tandem ve-

---

[5]) Forte, etwa; Alexandrum, sc. eo; etiam atque etiam: identidem; maxime: praecipue; praedem me accipe, nimm mich zum Bürgen, d. h. ich bürge dir dafür; quis adsueverat: quibus praefuit; ut etc., die vorige Gestalt des Lagers beizubehalten, und etc.

[6]) Callium anfractus, enge Wege; eum: Alexandrum; Craterus etc., so sollte Craterus durch einen ihm eingejagten Schrecken das auf die nähere Gefahr aufmerksame feindliche Heer zurückhalten; sin — fefellisset: sin autem ipse ab hoste conspectus non esset; id ipsum iter ingredi, gerade den nämlichen Weg einschlagen; in semet: Alexandrum; silenti agmine, in aller Stille.

[7]) Tridui, auf drei Tage; vestigium fallere, den Tritt unsicher machen; quippe etc., denn sie versanken, wie in Gruben, und wenn ihnen ihre Kameraden heraushelfen wollten, zogen sie vielmehr die ihnen Hülfe Leistenden mit hinunter; incertum, an satis fidus: de quo dubitabant, satisne fidus esset; fallere, entweichen; deprehendi: capi.

nere in jugum. A dextera iter ad ipsum Ariobarzanem erat: hic Philotam et Coenon cum Amynta et Polyperconte, expeditam habentes manum, reliquit, monitos, *ut quia eques pediti erat mixtus, qua pinguissimum esset solum, et pabuli fertile, sensim procederent:* duces itineris de captivis dati. Ipse cum armigeris et ala, quam *Agema* appellant, ardua semita, sed longius a stationibus hostium remota, multa cum vexatione processit. [8]) Medius erat dies, et fatigatis necessaria quies: quippe tantundem itineris supererat, quantum emensi erant; sed minus praecipitis atque ardui. Itaque refectis cibo somnoque militibus, secunda vigilia surgit. Et cetera quidem haud aegre praeteriit. Ceterum, qua se jugum montium paullatim ad planiora demittit, ingens vorago concursu cavata torrentium iter ruperat. Ad haec arborum rami alius alio implicati et coëuntes, ut perpetuam objecerant sepem. [9]) Desperatio igitur ingens, adeo, ut vix lacrimis abstinerent, incesserat. Praecipue obscuritas terrori erat: nam etiamsi qua sidera internitebant, continenti fronde tectae arbores conspicere prohibebant. Ne aurium quidem usus supererat, silvas quatiente vento; quae concutientibus ramis majorem quam pro flatu sonum reddebant. [10]) Tandem exspectata lux omnia, quae terribiliora nox fecerat, minuit: circumiri brevi spatio poterat eluvies; et sibi quisque dux itineris coeperat fieri. Evadunt ergo in editum verticem: ex quo hostium statione conspecta, strenue armati, a tergo se ostendunt nihil tale metuentibus; quorum pauci, qui congredi ausi erant, caesi sunt. Itaque hinc mo-

---

[8]) Anima: vita; pabuli fertile, reich an Futter; dati, sc. iis sunt a rege; agema (Leibschwadron), eine auserlesene Reitertrupp bei den Macedoniern, deren Stärke unbestimmt ist; multa cum vexatione, mit vieler Beschwerlichkeit.

[9]) Emetiri, zurücklegen; refici, sich erquicken; surgit: castra movet; cetera: reliquum itineris; praeterire, zurücklegen; ceterum etc., allein da, wo sich das Gebirge allmählig nach der Ebene zuzieht (niedriger wird), da unterbrach eine ungeheure Schlucht, durch den Zusammenfluß der Gießbäche ausgehöhlt, den weitern Marsch. Nebstdem waren die Aeste der Bäume so in einander geschlungen und so verwachsen, daß sie gleichsam einen ununterbrochenen Zaun entgegenstellten o. bildeten; coëuntes, Andere: *cohaerentes*.

[10]) Incesserat, sc. eos; internitere, dazwischen =, durchschimmern; continenti fronde tectae arbores, dicht belaubte Bäume; ne aurium etc., selbst die Ohren versagten ihren Dienst, indem der Wind die Waldungen rüttelte, welche durch das Aneinanderschlagen der Aeste ein stärkeres Geräusch verursachten, als selbst das Blasen des Windes; concutientibus, Andere: *concurrentibus*.

rientium gemitus, hinc ad suos recurrentium miserabilis facies, integros quoque, antea quam discrimen experirentur, in fugam avertit. [11]) Fremitu deinde in castra, quîs Craterus praeerat, illato, ad occupandas angustias, in quibus pridie haesitarat, miles educitur. Simul et Philotas cum Polyperconte Amyntaque et Coeno diversum iter ingredi jussus, alium terrorem intulit barbaris. Ergo undique Macedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppressi, memorabile tamen proelium edunt. Ut opinor, ignaviam quoque necessitas acuit; et saepe desperatio spei causa est. [12]) Nudi complectebantur armatos, et ingenti corporum mole secum ad terram detrahentes, ipsorum telis plerosque fodiebant. Ariobarzanes tamen, XL ferme equitibus et quinque millibus peditum stipatus, per mediam aciem Macedonum cum multo suorum atque hostium sanguine erupit, Persepolim urbem caput regionis occupare festinans. Sed a custodibus urbis exclusus, consecutis strenue hostibus, cum omnibus fugae comitibus renovato proelio cecidit. Craterus quoque, raptim agmine acto, supervenit. [13])

V. Rex eodem loco, quo hostium copias fuderat, castra communivit. Quamquam enim undique fugati hostes victoriam concesserant; tamen praealtae praecipitesque fossae, pluribus locis objectae, abruperant iter: sensimque et caute progrediendum erat, jam non hostium, sed locorum fraude suspecta. Procedenti ei literae redduntur a Tyridate, custode regiae pecuniae, indicantes, *eos, qui in urbe essent, audito ejus adventu, diripere velle thesauros: properaret occupare: expeditum iter esse, quamquam Araxes amnis*

---

[11]) Exspectata lux, der erwünschte Tag; brevi spatio, durch einen kleinen Umweg; eluvies: vorago; statio, Posten; strenue armari, sich schnell waffnen; facies, Anblick; integer, nicht verwundet; discrimen experiri, sich in ein Gefecht einlassen.

[12]) Fremitu in c. illato: fremitu in castris audito; haesitarat, sc. miles; diversum iter ingredi, einen andern Weg nehmen; alium terrorem inferre, von einer andern Seite Schrecken einjagen; fulgere, blitzen; ancipiti malo opprimere, von zwei Seiten hart zusetzen, drängen; memorabile proelium edere: fortiter pugnare; acuit: incitat, accendit.

[13]) Nudi: inermes; ingens corporum moles, ungeheure große Körper, hier: überlegene Stärke; ipsorum: Macedonum; sanguis, Blutvergießen, Blutbad; a custodibus: a praesidiis; excludi, nicht hineingelassen werden; raptim agmine acto, mit seiner schnell marschirenden Mannschaft.

Inh. Alex. setzt auf seinen Eilmärschen nach Persepolis 4000 Griechen in Freiheit.

*interfluat.* Nullam virtutem regis istius magis, quam celeritatem, laudaverim. Relictis enim pedestribus copiis, tota nocte cum equitibus, itineris tanto spatio fatigatis, ad Araxem prima luce pervenit. Vici erant in propinquo: quibus dirutis, pontem ex materia eorum, subditis saxis, strenue induxit. [1]) Jamque haud procul urbe erant; cum miserabile agmen, inter pauca fortunae exempla memorandum, regi occurrit. Captivi erant Graeci ad quatuor millia fere, quos Persae vario suppliciorum modo affecerant. Alios pedibus, quosdam manibus auribusque amputatis, inustisque barbararum literarum notis, in longum sui ludibrium reservaverant; et cum se quoque alienae ditionis esse cernerent, volentes regi occurrere non prohibuerant. Inusitata simulacra, non homines videbantur; nec quidquam in illis praeter vocem poterat agnosci. [2]) Plures igitur lacrimas commovere, quam profuderant ipsi. Quippe in tam multiplici variaque fortuna singulorum, intuentibus similes quidem, sed tamen dispares poenas, quis maxime miserabilis esset, liquere non poterat. Ut vero *Jovem illi tandem Graeciae ultorem aperuisse oculos* conclamavere; omnes pari supplicio affecti sibi videbantur. Rex abstersis, quas profuderat, lacrimis, *bonum habere animum* jubet; *visuros urbes suas conjugesque:* et castra inde duo ab urbe stadia communit. Graeci excesserant vallo, deliberaturi, quid potissimum a rege peterent: cumque aliis *sedes in Asia rogare*, aliis *reverti domos* placeret; Euthymon Cymaeus ita locutus ad eos fertur. [3]) *Hi, qui modo ad opem petendam ex tenebris et carcere procedere erubuimus, ut nunc est, supplicia (quorum nos pudeat magis an poeniteat, incertum est) ostentare Graeciae velut laetum spectaculum cupimus. At ii optime miserias ferunt, qui ab-*

---

[1]) Concedere, zugestehen, überlassen; fossae objectae, aufgeworfene Gräben; abruperant: interruperant; jam non etc., indem man schon nicht den Hinterhalt der Feinde, sondern die gefährlichen Wege fürchtete; occupare, sich bemächtigen, o. zuvorkommen, sc. eos; expeditus, bequem; tanto itineris spatio, durch einen so starken Marsch; subdere, unterlegen; induxit: fecit.

[2]) Agmen, Haufe Menschen; fortunae, sc. adversae; vario s. modo afficere, auf mancherlei Art martern, verstümmeln; inustis etc., sie mit barbarischen Buchstaben gebrandmarkt, und zu ihrer langwierigen Verhöhnung aufbehalten; alienae ditionis esse, fremder Herrschaft angehören, o. unter f. H. kommen; simulacrum, Bild, Gestalt, inusitatum, Gespenst.

[3]) Lacrimas commovere, sc. aliis, T. erregen, erwecken; poena, Mißhandlung; omnes, sc. Macedones; domos sagt man, wenn von mehreren die Rede ist.

*scondunt: nec ulla est tam familiaris infelicibus patria, quam solitudo, et status prioris oblivio. Nam qui multum in suorum misericordia ponunt, ignorant, quam celeriter lacrimae inarescant. Nemo fideliter diligit, quem fastidit; nam et calamitas quaerula est, et superba felicitas.* [4]) *Ita suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena deliberat: et nisi mutuo essemus miseri, olim alius alii potuissemus esse fastidio. Quid mirum est, fortunatos semper parem quaerere? Obsecro vos, olim vita defuncti, quaeramus locum, in quo haec semesa membra obruamus; ubi horribiles cicatrices celet exsilium. Grati prorsus conjugibus, quas juvenes duximus, revertemur! Liberi in flore et aetatis et rerum agnoscent, et fratres ergastuli detrimenta? Et quota pars nostri tot obire terras potest? Procul Europa in ultima Orientis relegati, senes, debiles, majore membrorum parte mulctati, tolerabimus scilicet, quae armatos et victores fatigaverunt.* [5]) *Conjuges deinde, quas captis sors et necessitas unicum solatium applicuit, parvosque liberos, trahimus nobiscum, an relinquimus? cum his venientes nemo agnoscere volet. Relinquemus ergo extemplo praesentia pignora, cum incertum sit, an visuri simus ea quae petimus? Inter hos latendum est, qui nos miseros nosse coeperunt.* Haec Euthymon. Contra Theaetetus Atheniensis orsus est dicere: *Neminem pium habitu corporis suos aestimaturum; utique saevitia hostis, non natura, calamitosos. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortuita: tristem enim de mortalitate ferre sententiam; et desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus sit.* [6]) *Deos, quod ipsi nunquam ausi optare forent,*

---

[4]) Modo, vor Kurzem; petendam, sc. ab Alexandro; ut nunc est: in praesenti rerum statu; Persis, sc. ab Alex. devictis; ex tenebris et carcere: ex carcere obscuro; supplicium, Marter, Verstümmelung; multum ponere, viel rechnen, bauen; fastidire, verachten; nam etc., denn Unglückliche klagen gern, und Glückliche sind stolz.

[5]) In consilio habere, in Betrachtung ziehen; olim: jam dudum; quid mirum etc., ist es also zu verwundern, daß Beglückte nur ihres Gleichen suchen? olim vita defuncti: diu jam semesa membra mortuis aequiparandi; gratus, angenehm, willkommen, — steht hier ironisch; ergastuli detrimenta, im Sklavenkerker Verschmachtete; obire, durchreisen; mulctati: mutilati.

[6]) Sors, Schicksal; applicare, verbinden; venientes: si venerimus; dicere ordiri, das Wort nehmen; pius, rechtschaffen, warmer Freund; utique, zumal, wenn; calamitosus, unglücklich, verstümmelt; fortuitus, was einen durch Zufall trifft, woran man nicht

*offerre patriam, conjuges, liberos, et quidquid homines vel vita aestimant, vel morte redimunt. Quin illi ex hoc carcere erumperent: alium domi esse coeli haustum, alium lucis adspectum: mores, sacra, linguae commercium etiam a barbaris expeti; quae ingenita ipsi omissuri sint sua sponte; non ob aliud tam calamitosi, quam quod illis carere coacti essent. Se certe rediturum ad penates et in patriam, tantoque beneficio regis usurum: si quos contubernii, liberorumque, quos servitus coëgisset agnoscere, amor detineret; relinquerent, quibus nil patria carius est.* 7) Pauci hujus sententiae fuere: ceteros consuetudo, natura potentior, vicit. Consenserunt, *petendum esse a rege, ut aliquam ipsis attribueret sedem.* Centum ad hoc electi sunt: quos Alexander ratus, quod ipse praestare cogitabat, petituros, *jumenta*, inquit, *assignari quae vos veherent, et singulis vestrûm mille denariûm dari jussi. Cum redieritis in Graeciam, praestabo, ne quis statum suum, si haec calamitas absit, vestro credat esse meliorem.* 8) Illi obortis lacrimis terram intuebantur, nec aut erigere vultus, aut loqui audebant: tandem rege tristitiae causam exigente, Euthymon similia iis, quae in consilio dixerat, respondit. Atque ille non fortunae solum eorum, sed etiam poenitentiae misertus, *terna millia denariûm singulis dari* jussit: denae vestes adjectae sunt; et armenta cum pecoribus ac frumento data, ut coli serique attributus iis ager posset. 9)

VI. Postero die convocatos duces copiarum docet, *nul-*

---

selbst Schuld ist; tristem, sc. eum; de mortalitate: de genere humano; misericordiam, sc. aliorum; ipse, sc. eam.

7) Offerre, ergänze im Deutschen nämlich; vita: in vita; redimere, erkaufen; coeli haustus, das Einathmen der Luft; sacra, religiöse Gebräuche, Religion; linguae commercium, Gemeinschaft der Sprache; a barbaris expeti: barbaros imitari; quae ingenita: cum haec ingenita essent; illis, dieser Vorzüge; careo, entbehren; penates, Schutzgötter der Familie, steht oft st. Angehörigen; certe: saltem; contubernium, das Beisammenleben, Ehestand, Ehegattinn; agnoscere cogere, zwingen anzuerkennen, daher aufdringen.

8) Natura potentior: quae potentior est, quam n.; jumenta assignare, Fuhren o. Lastthiere anweisen; praestare, bewirken, darthun, dafür sorgen; status, Zustand, Lage; si — absit: excepta hac calamitate.

9) Terram intueri, auf die E. sehen; vultum erigere, den Blick erheben; exigente: interrogante; poenitentia, Reue, geänderter Entschluß — weil sie eher in ihr Vaterland zurückkehren wollten; denae vestes: quinae viriles, et totidem femineae. Diod. 17. 69.

*lam infestiorem urbem Graecis esse quam regiam veterum Persidis regum. Hinc illa immensa agmina infusa: hinc Darium prius, dein Xerxem Europae impium intulisse bellum. Excidio illius parentandum esse majoribus.* Jamque barbari, deserto oppido, qua quemque metus agebat, diffugerant; cum rex phalangem nil cunctatus inducit. Multas urbes, refertas opulentia regia, partim expugnaverat, partim in fidem acceperat; sed urbis hujus divitiae vicere praeterita. [1]) In hanc totius Persidis opes congesserant barbari: aurum argentumque cumulatum erat, vestis ingens modus, suppellex non ad usum modo, sed ad ostentationem luxus comparata. Itaque inter ipsos victores ferro dimicabatur; pro hoste erat, qui pretiosiorem occupaverat praedam: et cum omnia, quae reperiebantur, capere non possent; jam res non occupabantur, sed aestimabantur. Lacerabant regias vestes, ad se quisque partem trahentes: dolabris pretiosae artis vasa caedebant: nihil neque intactum erat, nec integrum ferebatur; abrupta simulacrorum membra, ut quisque avellerat, trahebat. [2]) Neque avaritia solum, sed etiam crudelitas, in capta urbe grassata est: auro argentoque onusti vilia captivorum corpora trucidabant; passimque obvii caedebantur, quos antea pretium sui miserabiles fecerat. Multi ergo hostium manus voluntaria morte occupaverunt; pretiosissima vestium induti, e muris semetipsos cum conjugibus ac liberis in praeceps jactantes. Quidam ignes, quod paullo post facturus hostis videbatur, subjecerant aedibus,

---

Inh. Alexander läßt die sehr reiche Stadt Persepolis plündern, bringt in das Innere von Persien ein, und demüthigt das wilde Volk der Marder.

[1]) Docere, vorstellen; infundi, sich ergießen, eindringen, überschwemmen; infusa, sc. Graeciae; impium bellum: praecipue ob templa excisa; majoribus parentare, die V. rächen; agere, treiben; inducit, sc. in urbem; in fidem accipere, in Schutz nehmen.

[2]) Congerere, zusammenhäufen; cumulare, aufhäufen; vestis ingens modus, eine ungeheure Menge Kleidungsstücke; ostentatio luxus, Zeigung der Verschwendung, prahlerische Verschwendung, Pracht; comparare, anschaffen; erat: habebatur; capere, fassen (mit den Händen), fortbringen; jam res non occupabantur: res non temere rapiebantur, non proxima quaeque occupabantur; aestimare, auf ihren Werth sehen; regias: pretiosas; ad se partem trahere, ein Stück an sich reißen, sich nehmen; pretiosae artis vasa, kostbare, künstliche Gefäße; integrum ferre, ganz forttragen; abrupti etc., Jeder schleppte die abgebrochenen Theile von den Götterbildnissen mit sich fort, wie er sie losgerissen hatte.

ut cum suis vivi cremarentur. [3]) Tandem suis rex *corporibus*, *et cultu feminarum abstinere* jussit. Ingens pecuniae captivae modus traditur, prope ut fidem excedat. Ceterum aut de aliis quoque dubitamus; aut credimus, in hujus urbis gaza fuisse C et XX millia talenta: ad quae vehenda (namque ad usus belli secum portare decreverat) *jumenta et camelos a Susis et Babylone contrahi* jussit. Accessere ad hanc pecuniae summam, captis Persagadis, sex millia talentorum. [4]) Cyrus Persagadum urbem condiderat, quam Alexandro praefectus ejus Gobares tradidit. Rex arcem Persepolis, III millibus Macedonum praesidio relictis, *Nicarthidem tueri* jubet; Tyridati quoque, qui gazam tradiderat, servatus est honos, quem apud Darium habuerat: magnaque exercitus parte et impedimentis ibi relictis, Parmenionem Craterumque praefecit. Ipse cum mille equitibus, peditumque expedita manu, interiorem Persidis regionem, sub ipsum Vergiliarum sidus petiit: multisque imbribus et prope intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen, quo intenderat, perseveravit. Ventum erat ad iter perpetuis obsitum nivibus, quas frigoris vis gelu adstrinxerat. [5]) Locorum squalor et solitudines inviae fatigatum militem terrebant, *humanarum rerum terminos se videre* credentem. Omnia vasta, atque sine ullo humani cultus vestigio attoniti intuebantur; et *antequam lux quoque et coelum ipsos deficerent*, reverti jubebant. Rex castigare terri-

---

3) Grassari, wüthen; vilia captivorum corpora trucidare, die verächtlichen Gefangenen niederhauen; vilia corpora. Vor dem schienen die Gefangenen in den Augen der Mac. noch Werth zu haben, weil sie Lösegeld für dieselben zu erhalten hofften, jetzt aber, da sie eine so ungeheure Beute gemacht hatten, fiel auch diese Rücksicht weg; quos — fecerat: quos pretii spes misericordia dignos antea effecerat; hostium manus: ne in hostium manus inciderent; occupare, zuvorkommen; pretiosissima vestium induti, mit den kostbarsten Kleidern angethan; se in praeceps jactare: se praecipitare; ignes aedibus subjicere, die Häuser anzünden.

4) Suis: militibus gehört zu jubeo, ein solcher Dativ nach jubeo ist nicht nachzuahmen; corporibus et cultu feminarum abstinere, dem Blutbade ein Ende machen, und die Frauenzimmer nicht der Kleider zu berauben; ingens—traditur: ingens captivae (erbeutet) pecuniae summa fuisse traditur; de aliis, hinsichtlich anderer Dinge; vehere, fortführen, fortschaffen; contrahere, zusammenbringen, kommen lassen; Persagadae, eine der Hauptstädte der Provinz Persis.

5) Honos, Ehrenstelle, Posten; Vergiliarum sidus v. Pleiades, das Siebengestirn. Nach der Fabel bestand dieses Gestirn aus den 7 Töchtern des Atlas u. der Plejone; ventum erat etc., man kam endlich auf einen mit ewigem Schnee bedeckten Weg, der wegen der starken Kälte gefroren war.

tos supersedit: ceterum ipse equo desiliit, pedesque per nivem et concretam glaciem ingredi coepit. Erubuerunt non sequi, primum amici, deinde copiarum duces, ad ultimum milites. Primusque rex dolabra glaciem perfringens, iter sibi fecit: exemplum regis ceteri imitati sunt. [6]) Tandem propemodum invias silvas emensi, humani cultus rara vestigia et passim errantes pecorum greges reperere: et incolae, qui sparsis tuguriis habitabant, cum se callibus inviis septos esse credidissent, ut conspexere hostium agmen, interfectis, qui comitari fugientes non poterant, devios montes, et obsitos nivibus petiverunt. Inde per colloquia captivorum paullatim feritate mitigata, tradidere se regi. Nec in deditos gravius consultum. Vastatis deinde agris Persidis, vicisque compluribus redactis in potestatem, ventum est in Mardorum gentem bellicosissimam, et multum a ceteris Persis cultu vitae abhorrentem. [7]) Specus in montibus fodiunt, in quos seque ac conjuges et liberos condunt: pecorum aut ferarum carne vescuntur. Nec feminis quidem pro naturae habitu molliora ingenia sunt: comae prominent hirtae: vestis super genua est: funda vinciunt frontem; hoc et ornamentum capitis et telum est. Sed hanc quoque gentem idem fortunae impetus domuit. Itaque trigesimo die, posteaquam a Persepoli profectus erat, eodem rediit. Dona deinde amicis ceterisque pro cujusque merito dedit. Propemodum omnia, quae in ea urbe ceperat, distributa. [8])

VII. Ceterum ingentia animi bona, illam indolem, qua omnes reges antecessit, illam in subeundis periculis constantiam, in rebus moliendis efficiendisque velocitatem, in deditis fidem, in captivis clementiam, in voluptatibus permissis quoque et usitatis temperantiam, haud tolerabili vini cupiditate foedavit. Hoste et aemulo regni reparante tum cum maxime bellum; nuper subactis, quos vicerat, no-

---

[6]) Locorum squalor, rauhe Gegenden; humanarum rerum terminus, der Welt Ende; deficere, mangeln, entzogen werden; jubere, darauf dringen, mit Gewalt wollen; supersedeo, für überflüssig halten; concreta glacies, dickes Eis; perfringere, zerhauen.

[7]) Rara v., einige wenige Spuren; sparsis t., in zerstreuten Hütten; sepire, decken, schützen; interfectos: interfecerunt eos, qui etc.; feritas mitigatur, die Wildheit legt sich, verliert sich; consulere, verfahren; cultu vitae abhorrere, in der Lebensart abweichen.

[8]) Naturae habitus: naturae; molliora ingenia (sc. quam viri), sanftere, zartere Gemüthsart; comae etc., ihre Haare stehen borstenartig in die Höhe, ihre Kleidung reicht nicht bis an die Kniee; et telum: et simul telum; idem fortunae impetus, ebenfalls ein glücklicher Angriff; distributa, sc. sunt.

vumque imperium aspernantibus, de die inibat convivia, quibus feminae intererant: non quidem quas violari nefas esset; quippe pellices licentius quam decebat cum armato vivere assuetae. [1]) Ex his una Thais, et ipsa temulenta, *maximam apud omnes Graecos initurum gratiam* affirmat, *si regiam Persarum jussisset incendi. Exspectare hoc eos, quorum urbes barbari delessent.* Ebrio scorto de tanta re ferenti sententiam, unus et alter, et ipsi mero onerati, assentiunt. Rex quoque fuit avidior, quam patientior: *quin igitur ulciscimur Graeciam, et urbi faces subdimus?* Omnes incaluerant mero: itaque surgunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. [2]) Primus rex ignem regiae injecit; tum convivae et ministri, pellicesque. Multa cedro aedificata erat regia: quae celeriter igne concepto, late fudit incendium. Quod ubi exercitus, qui haud procul ab urbe tendebat, conspexit; fortuitum ratus, ad opem ferendam concurrit. Sed ut ad vestibulum regiae ventum est, vident regem ipsum adhuc adgerentem faces. Omissa igitur, quam portaverant, aqua, aridam materiam in incendium jacere coeperunt. Hunc exitum habuit regia totius Orientis,

---

Inh. Von der Thais und andern im Lager befindlichen Buhlerinnen bei einem Trinkgelage angereizt, steckt Alexander den königlichen Palast in Brand, und bricht auf, den Darius zu verfolgen.

[1]) Animi bona, Geistesgaben; indoles: ingenium; subire, unterziehen; res moliri et efficere, Thaten unternehmen und ausführen; in deditis, Andere: *in deditos*; in captivis, Andere: *in captivos*; voluptates permissae et usitatae, erlaubte und gewöhnliche W.; aemulus regni, Mitbuhler um den Thron; bellum reparare, sich wieder zum Kriege rüsten; cum maxime: quam maxime; nuper subactis etc., und die vor Kurzem unterjochten Völker die neue Regierung verachteten; de die: ante horam solitam et justam, ut longius spatium luxuriae esset; convivia inire, Schmausereien halten, schmausen; q. f. intererant, — dieses galt bei den Griechen für unanständig. S. die Vorrede zum Corn. Nepos; non quidem etc., jedoch nicht solche (nämlich ehrbare), hinsichtlich derer es unerlaubt gewesen wäre, sie zu verletzen; denn u. s. w.; cum armato: cum militibus.

[2]) Thais (gebürtig aus Athen), Namens Thais; ipsa: etiam; gratiam inire, sich beliebt machen; Graecos, Andere: *Graecorum*; scortum, öffentliche Buhlerinn; de tanta re sententiam ferre, über eine so wichtige Angelegenheit seine Meinung sagen; ferenti, Andere: *ferente*; mero oneratus, vom Weine berauscht; rex etc., der König bewies sich dabei mehr leidenschaftlich, als zurückhaltend, und sagte: warum rächen wir also nicht ꝛc.; urbi f. subdere, eine St. in Brand stecken; incalescere, erhitzt seyn.

unde tot gentes ante jura petebant; patria tot regum; unicus quondam Graeciae terror; molita mille navium classem, et exercitus, quibus Europa inundata est; contabulato mari molibus, perfossisque montibus, in quorum specus fretum immissum est. [3]) Ac ne longa quidem aetate, quae excidium ejus secuta est, resurrexit. Alias urbes habuere Macedonum reges, quas nunc habent Parthi: hujus vestigium non inveniretur, nisi Araxes amnis ostenderet. Haud procul moenibus fluxerat: inde urbem fuisse XX stadiis distantem credunt magis, quam sciunt, accolae. Pudebat Macedones, tam praeclaram urbem a comessabundo rege deletam esse. Itaque res in serium versa est; et imperaverunt sibi, ut crederent *illo potissimum modo fuisse delendam.* [4]) Ipsum, ut primum gravatam ebrietate mentem quies reddidit, poenituisse constat, et dixisse: *majores poenas Persas Graecis daturos fuisse, si ipsum in solio regiaque Xerxis respicere coacti essent.* Postero die Lycio, itineris, quo Persidem intraverat, duci, XXX talenta dono dedit. Hinc in regionem Mediae transiit, ubi supplementum novorum militum e Cilicia occurrit. Peditum erant quinque millia, equites mille: utrisque Plato Atheniensis praeerat. His copiis auctus, Darium persequi statuit. [5])

VIII. Ille jam Ecbatana pervenerat, caput Mediae. Ur-

---

[3]) Ignem regiae injicere, die Burg anzünden; multa cedro, ganz aus Cederholz; ignem concipere, F. fangen; incendium late fundere, das Feuer weit verbreiten; tendere, spannen, b) unter Zelten seyn (campiren), sich lagern; omittere, stehen, bei Seite lassen; materia: lignum; exitum: finem; jura petere, Recht suchen; patria, sc. urbs, Geburtsstadt; classem, exercitus, moliri, eine F., Heere ausrüsten; mare molibus contabulare, eine Brücke über das Meer schlagen; Curtius spielt hier auf die Schiffbrücke des Xerxes an, welche er über den Hellespont schlagen ließ; perfossis montibus. Ebenderselbe Xerxes ließ bei dem Vorgebirge Athos einen Canal durch dasselbe graben, damit seine Flotte nicht wieder Schiffbruch leide; fretum immittere, das Meer hineinleiten.

[4]) Ac ne etc., und Persepolis ist nicht einmal in dieser langen Zeit seit ihrer Einäscherung aus ihrem Schutte emporgestiegen, o. wieder aufgebaut worden; hujus: Persepolis; vestigium, Spur; credere, muthmaßen; comessabundus, schwelgerisch; rem in serium vertere, die Sache ernsthaft nehmen; et imperaverunt sibi ut crederent: et sibi ultro persuaserunt.

[5]) Ut — reddiderat, so wie er erst den Rausch ausgeschlafen hatte; Graecis, Dativus more Graecorum; ipsum: Alexandrum; respicere, wieder sitzen, — weil er schon einmal auf dem Throne gesessen war; augere, verstärken.

bem hanc nunc tenent Parthi, eaque aestiva egentibus sedes est. Adire deinde Bactra decreverat: sed veritus, ne celeritate Alexandri occuparetur, consilium iterque mutavit. Aberat ab eo Alexander stadia MD; sed jam nullum intervallum adversus celeritatem ejus satis longum videbatur. Itaque proelio magis, quam fugae se praeparabat. XXX millia peditum sequebantur, in quibus Graecorum erant quatuor millia, fide erga regem ad ultimum invicta.¹) Funditorum quoque et sagittariorum manus quatuor millia expleverat: praeter hos III millia et CCC equites erant, maxime Bactrianorum. Bessus praeerat, Bactrianae urbis regionisque praefectus. Cum hoc agmine Darius paullum declinavit via militari, jussis praecedere lixis impedimentorumque custodibus. Consilio deinde advocato, *si me cum ignavis*, inquit, *et pluris qualemcunque vitam honesta morte aestimantibus, fortuna junxisset; tacerem potius, quam frustra verba consumerem.*²) *Sed majore, quam vellem, documento, et virtutem vestram, et fidem expertus, magis etiam conniti debeo, ut dignus talibus amicis sim, quam dubitare, an vestri similes adhuc sitis. Ex tot millibus, quae sub imperio fuerunt meo, bis me victum, bis fugientem persecuti estis. Fides vestra et constantia, ut regem me esse credam, facit. Proditores et transfugae in urbibus meis regnant: non hercule qui tanto honore digni habeantur; sed ut praemiis eorum vestri sollicitentur animi. Meam tamen fortunam quam victoris maluistis sequi; dignissimi, quibus, si ego non possim, Dii pro me gratiam referant. Et mehercule referent.*³) *Nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quae non in coelum vos debitis laudibus ferat. Itaque, etiamsi consilium fugae,*

---

Inh. Darius muntert in einer Rede seine Krieger zur Schlacht auf.

¹) Eaque — est: hic locus est, quo aestatem degunt; occupare, zuvorkommen; intervallum, Entfernung; invicta fides, unerschütterliche Treue.

²) Bactrianae urbis regionisque, Andere: *Bactrianae regionis*; via militari declinare, sich von der Heerstraße entfernen, seitwärts der H. marschiren; impedimentorumque, Andere: *impedimentorum*; lixae, Troß; consilium advocare, einen Kriegsrath berufen; et pluris — aestimantibus: et cum iis, qui pluris aestimant; consumere, verschwinden.

³) Experiri, erproben; conniti, sich bestreben; imperium, Oberbefehl; non hercule etc., fürwahr nicht aus Rücksicht ihres Verdienstes, sondern um euch selbst durch ihre Belohnungen zu verführen zu suchen, o. zum Abfall zu reizen; dignissimi, ihr seyd ganz würdig; quibus st. ut vobis; gratiam referre, vergelten.

*a qua multum abhorret animus, agitassem; vestra tamen virtute fretus, obviam issem hosti. Quousque enim in regno exsulabo, et per fines imperii mei fugiam externum et advenam regem? cum liceat experto belli fortunam, aut reparare quae amisi, aut honesta morte defungi. Nisi forte satius est exspectare victoris arbitrium, et Mazaei et Mithrenis exemplo precarium accipere regnum nationis unius: ut jam malit ille gloriae suae, quam irae obsequi.* [4]) *Nec Dii siverint, ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam aut condonare possit: nec hoc imperium vivus amittam, idemque erit regni mei, qui et spiritus, finis. Si hic animus, si haec lex; nulli non parta libertas est: nemo e vobis fastidium Macedonum, nemo vultum superbum ferre cogetur. Sua cuique dextra aut ultionem tot malorum pariet, aut finem. Equidem quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum. Nec immerito mitiores vices ejus exspecto.* [5]) *Sed si justa ac pia bella Dii aversantur; fortibus tamen viris licebit honeste mori. Per ego vos decora majorum, qui totius Orientis regna cum memorabili laude tenuerunt; per illos viros, quibus stipendium Macedonia quondam tulit; per tot navium classes in Graeciam missas; per tot trophaea regum oro et obtestor, ut nobilitate vestra gentisque dignos spiritus capiatis: ut eadem constantia animorum, qua praeterita tolerastis, experiamini, quidquid deinde fors tulerit. Me certe in perpetuum aut victoria egregia nobilitabit, aut pugna.* [6])

---

[4]) Posteritas, Nachwelt; aliquem debitis laudibus in coelum ferre, Jem. gebührendermaßen himmelhoch loben; consilium fugae agitare, auf die Flucht bedacht, zu fliehen Willens seyn; ab aliquo multum abhorrere, etwas sehr verabscheuen; exsulare, als Verwiesener herumirren; advena, Ankömmling, b) Fremdling — mit Verachtung gesagt; cum liceat etc., da ich doch, wenn ich noch einmal das Kriegsglück versuche, entweder das Verlorene wieder erhalten, oder eines ehrenvollen Todes sterben kann; arbitrium, Willkühr; precarium regnum, eine erbettelte Herrschaft; ut jam etc., angenommen (im Falle), daß er sich schon mehr durch Ruhmsucht, als durch Rachsucht leiten lassen wollte.

[5]) Decus: cidarim; condonare, aus Gnade lassen; spiritus: vitae; si hic animus, si haec lex, sc. vobis est, wenn ihr eben so gesinnt seyd, und dieses für euch Gesetz ist (euer Entschluß ist), so erhält jeder von euch die Freiheit; fastidium, Stolz, Uebermuth; sua cuique etc., ein jeder wird durch seine Rechte entweder so viele erlittene Uebel rächen, oder sie beendigen; mitiores vices, günstigerer Wechsel, günstigere Wendung.

[6]) Per decora m., bei den rühmlichen Thaten eurer Vorfahren;

IX. Haec dicente Dario, praesentis periculi species omnium simul corda animosque horrore perstrinxerat, nec aut consilium suppetebat, aut vox; cum Artabazus, vetustissimus amicorum, quem hospitem fuisse Philippi saepe diximus, *Nos vero*, inquit, *pretiosissima vestium induti, armisque quanto maximo cultu possumus adornati, regem in aciem sequemur; ea quidem mente, victoriam ut speremus, mortem non recusemus.* Assensu excepere ceteri hanc vocem. ¹) Sed Nabarzanes, qui in eodem consilio erat cum Besso inauditi antea facinoris societate inita, regem suum per milites, quibus ambo praeerant, comprehendere et vincire decreverant: ea mente, ut si Alexander ipsos insecutus foret, tradito rege vivo inirent gratiam victoris, magni profecto cepisse Darium aestimaturi; sin autem eum effugere potuissent, interfecto Dario, regnum sibi occuparent, bellumque renovarent. ²) Hoc parricidium cum diu volutassent, Nabarzanes aditum nefariae spei praeparans, *Scio, me,* inquit, *sententiam esse dicturum, prima specie haudquaquam auribus tuis gratam. Sed medici quoque graviores morbos asperis remediis curant; et gubernator, ubi naufragium timet, jactura, quidquid servari potest, redimit. Ego ta-*

---

stipendium, Abgaben, Tribut; oro et obtestor, ich bitte und beschwöre euch; spiritus: animos, der Plur. st. des Sing.; ut eadem etc., daß ihr mit ebenderselben Standhaftigkeit, womit ihr das Vergangene erduldet, das versuchet, was immer das Schicksal ferner beschieden hat.

Inh. Die Großen des Darius sind verschiedener Meinung. Unruhen über die Vorschläge des Nabarzanes, der sich mit Bessus in eine Verschwörung einläßt.

¹) Species, Idee, Vorstellung; corda animosque horrore perstringere, die Herzen und Gemüther mit Schauder durchdringen; nec etc., sie wußten weder, was sie rathen, noch was sie sprechen sollten; saepe diximus: Hievon kommt im Curtius nichts vor; dieses müßte in den beiden ersten verlornen Büchern enthalten gewesen seyn; nos vero etc., wir wollen in der That mit den kostbarsten Kleidern angethan, und mit den möglichst prächtigsten Waffen ausgerüstet, dem Könige in die Schlacht folgen. — Die Alten putzten sich nach Möglichkeit, wenn sie in die Schlacht zogen, um dann als Sieger im gebührenden Glanze zu erscheinen, oder dem Tode mit einer Art von Gepränge entgegen zu gehen; mens, Absicht; mortem non recusare, den Tod nicht scheuen.

²) Societatem inauditi facinoris inire, sich zu einer unerhörten schlechten That, o. zu einer unerhörten Verschwörung verbinden, — dergleichen Verschwörungen waren im Orient nicht unerhört, sondern sehr gewöhnlich; insequi, einholen; cepisse D., die Gefangennehmung des D.; regnum sibi occupare, sich des Thrones bemächtigen.

*men, non ut damnum quidem facias, suadeo; sed ut te ac regnum tuum salubri ratione conserves.* [3]) *Diis adversis bellum inimus; et pertinax fortuna Persas urgere non desinit. Novis initiis et ominibus opus est. Auspicium et imperium alii trade interim, qui tamdiu rex appelletur, donec Asia decedat hostis; victor deinde regnum tibi reddat. Hoc autem brevi futurum ratio promittit. Bactra intacta sunt: Indi et Sacae in tua potestate: tot populi, tot exercitus, tot equitum peditumque millia ad renovandum bellum vires paratas habent; ut major belli moles supersit, quam exhausta sit. Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Saepe taedio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignavi: at virtus nihil inexpertum omittit.* [4]) *Itaque ultimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est. Proinde si Bactra, quod tutissimum receptaculum est, petimus; praefectum regionis ejus Bessum, regem temporis gratia statuamus. Compositis rebus, justo regi tibi fiduciarium restituet imperium.* Haud mirum est, Darium non temperasse animo, quamquam tam impiae voci quantum nefas subesset, latebat. Itaque, *pessimum*, inquit, *mancipium, reperisti optatum tibi tempus, quo parricidium aperires!* strictoque acinace interfecturus videbatur; ni propere Bessus Bactrianique, tristium specie, ceterum, si per-

---

[3]) Parricidium, Königsmord; aliquid volutare, etwas im Sinne haben, mit etwas umgehen; aditum nefariae spei praeparans: viam nefario consilio exequendo quaerens. Edit. c. not. Var.; prima specie, dem ersten Anscheine nach; haudquaquam gratum esse, nicht angenehm seyn, nicht schmeicheln; et gubernator, und der Steuermann, wenn er Schiffbruch befürchtet, wirft einen Theil der Waaren über Bord, um das Uebrige erhalten zu können; damnum facere, Schaden, Verlust leiden.

[4]) Diis adversis etc., wir führen einen den Göttern widrigen Krieg, und das hartnäckige Geschick hört nicht auf, die Perser zu verfolgen. Wir bedürfen einer neuen Regierungsform, o. unter neuen Vorbereitungen muß der Krieg erneuert werden; auspicium, Oberbefehl; victor: si is victor fuerit; hoc brevi f.: ut Asia decedat hostis; ratio promittit, es läßt sich vermuthen; ut major etc., so, daß die vorhandenen Mittel, den Krieg mit Nachdruck zu führen, größer sind, als die bereits erschöpften; m. contemnere, — aber nicht aus Ueberdruß des Lebens, sondern weil es das Ehrgefühl gebietet; vitam odisse, — nicht unbesonnen dem Untergange zueilen, wenn man dem Tode ohne Verletzung der Ehre entgehen kann und soll; saepe taedio etc., Feige werden oft aus Ueberdruß vor der Anstrengung zur Geringschätzung ihres Lebens angetrieben, allein der Tapfere läßt nichts unversucht.

severaret, vincturi, circumstetissent. [5]) Nabarzanes interim elapsus, mox et Bessus secutus, copias, quibus praeerant, *a cetero exercitu secedere* jubent; secretum inituri consilium. Artabazus convenientem praesenti fortunae sententiam orsus, mitigare Darium, temporum identidem admonens, coepit: *Ferret aequo animo qualiumcunque, suorum tamen, vel stultitiam, vel errorem. Instare Alexandrum gravem, etiamsi omnes praesto essent: quid futurum, si persecuti fugam ipsius alienentur?* Aegre paruit Artabazo, et quamquam movere castra statuerat, turbatis tamen omnium animis, eodem in loco substitit. Sed attonitus moestitia simul et desperatione, tabernaculo se inclusit. [6]) Ergo in castris, quae nullius regebantur imperio, varii animorum motus erant; nec in commune, ut antea, consulebatur. Dux Graecorum militum Patron *arma capere* suos jubet, *paratosque esse ad exsequendum imperium.* Persae secesserant: Bessus cum Bactrianis erat; tentabatque Persas abducere, *Bactra, et intactae regionis opulentiam, simulque quae manentibus instarent pericula*, ostentans. Persarum omnium eadem fere fuit vox, *nefas esse deseri regem.* Inter haec Artabazus omnibus imperatoriis fungebatur officiis. Ille Persarum tabernacula circumire, hortari, monere nunc singulos, nunc universos, non ante destitit, quam satis constaret imperata facturos. Idem aegre a Dario impetravit, *ut cibum caperet, animumque regis.* [7])

---

[5]) Non pigre ire, beherzt entgegen gehen; receptaculum, Zufluchtsort, Aufenthaltsort; temporis gratia, der Zeitumstände wegen; statuamus: eligamus; justus, rechtmäßig; fiduciarium: fidei commissum; haud mirum etc., es ist zwar nicht zu verwundern, daß Darius, obgleich er nicht wußte, welch' ein großes Bubenstück unter dieser ruchlosen Rede steckte, sich des Zornes nicht enthalten konnte; pess. mancipium, Erzbösewicht; tempus: occasionem; parricidium, Mordanschlag; tristium specie, dem Anscheine nach traurig.

[6]) Secedere, sich trennen; secretum inire consilium, sich heimlich berathschlagen; Artabazus etc., A. begann nun seine der gegenwärtigen Lage angemessene Meinung zu eröffnen; ferret etc., er möchte die Thorheit oder den Irrthum dieser Leute, möchten sie nun wie immer beschaffen seyn, so gehörten sie doch ihm zu, mit Gleichmuthe ertragen; gravem instare, furchtbar seyn; praesto essent: conjuncti essent; quid futurum etc., was würde erst dann geschehen, wenn jene, die ihm auf der Flucht folgten, ihn sogar verlassen sollten; alienentur Aegre? Andere: *alienentur a rege? Ea re*; turbatis etc., da jedoch Alles bestürzt war.

[7]) In commune consulere, zum allgemeinen Besten sich berathschlagen; abducere, sc. ab rege, abwendig machen; regionis: pro-

X. At Bessus et Nabarzanes olim agitatum scelus exsequi statuunt, regni cupiditate accensi: Dario autem incolumi tantas opes sperare non poterant. Quippe in illis gentibus regum eximia majestas est: ad nomen quoque barbari conveniunt; et pristinae veneratio fortunae sequitur adversam. Inflabat impios animos regio, cui praeerant, armis virisque et spatio locorum nulli earum gentium secunda. Tertiam partem Asiae tenet: multitudo juniorum, exercitus, quos amiserat Darius, aequabat. Itaque non illum modo, sed etiam Alexandrum spernebant; inde vires imperii repetituri, si regionis potiri contigisset. [1]) Diu omnibus cogitatis, placuit per milites Bactrianos, ad omne obsequium destinatos, regem comprehendere; mittique nuntium ad Alexandrum, qui indicaret *vivum asservari eum:* si, id quod timebant, proditionem aspernatus esset; occisuri Darium, et Bactra cum suarum gentium manu petituri. Ceterum propalam comprehendi Darius non poterat, tot Persarum millibus laturis opem regi: Graecorum quoque fides timebatur. Itaque quod non poterant vi, fraude assequi tentant: poenitentiam secessionis simulare decreverant, et excusare apud regem consternationem suam. [2]) Interim qui Persas sollicitarent mittuntur. Hinc spe, hinc metu militares animos versant: *ruinae rerum illos subdere capita; in perniciem trahi; cum Bactra pateant, exceptura eos donis et opulentia, quantam animis concipere non possint.* Haec agitanti-

---

vinciae; Persarum etc., die Perser riefen fast einstimmig; constare, außer Zweifel seyn; cibum et animum regis capere, Speise zu sich nehmen, und Muth fassen, wie er einem Könige zukommt.

Inh. Bessus und Nabarzanes fahren in ihrem abscheulichen Vorsatze fort, den Darius entweder zu tödten oder zu verrathen, suchen es aber möglichst zu verbergen.

[1]) Agitatum scelus exsequi, den gefaßten boshaften Vorsatz ausführen; opes, Macht; majestas, Ehrfurcht; et pristinae etc., und es wird ihm im Glück und Unglück eine gleiche Verehrung zu Theil; inflare, aufgeblasen machen; armis etc., die an Waffenvorräthen, Mannschaft und Größe keiner andern in dieser Monarchie nachstand; tenet: complectitur; illum: Darium; vires imperii repetituri: inde exercitus conscripturi ad imperium in commune contra Alexandrum obtinendum, defendendum.

[2]) Omnia cogitare, Alles überdenken, durchdenken; placere, übereinkommen; ad omne obs. destinatus, welche zu jedem Befehle bereitwillig waren, welche in Allem ganz willfährig waren; aspernaturus esset, sc. Alexander; suarum gentium, ihrer Nation; poenitentiam secessionis simulare, wegen der Trennung Reue heucheln; consternationem: seditionem, tumultum.

bus Artabazus supervenit, sive regis jussu, sive sua sponte, affirmans, *mitigatum esse Darium, et eundem illis amicitiae gradum patere apud regem.* Illi lacrimantes nunc purgare se, nunc Artabazum orare, *ut causam ipsorum tueretur, precesque perferret.* [3]) Sic peracta nocte, sub lucis ortu Nabarzanes cum Bactrianis militibus in vestibulo praetorii aderat, titulum sollemnis officii occulto sceleri praeferens. Darius signo ad eundum dato, currum pristino more conscendit. Nabarzanes ceterique parricidae procumbentes humi, quem paulo post in vinculis habituri erant, sustinuere venerari, lacrimas etiam poenitentiae indices profuderunt: adeo humanis ingeniis parata simulatio est. [4]) Preces deinde suppliciter admotae, Darium, natura simplicem et mitem, non credere modo quae affirmabant, sed etiam flere coëgerunt. Ac ne tum quidem cogitati sceleris poenituit, cum intuerentur, qualem et regem et virum fallerent. Ille quidem, securus periculi quod instabat, Alexandri manus, quas solas timebat, effugere properabat. [5])

XI. Patron autem, Graecorum dux, praecepit suis, *ut arma, quae in sarcinis antea ferebantur, induerent, ad omne imperium suum parati et intenti.* Ipse currum regis sequebatur, occasioni imminens alloquendi eum: quippe Bessi facinus praesenserat. Sed Bessus, id ipsum metuens, custos verius, quam comes, a curru non recedebat. Diu er-

---

[3]) Sollicitare, aufwiegeln, zum Abfalle reizen; hinc etc., sie suchten die Gemüther der Soldaten theils durch Hoffnung, theils durch Furcht zu reizen, indem sie ihnen vorstellten, sie ständen im Begriffe, unter den Trümmern des Reiches begraben zu werden; sie würden in's Verderben gezogen; pateant, sc. iis militibus; animis concipere, mit dem Verstande begreifen, d. i. fassen; et eundem etc., und ständen, wie vorher, bei dem Könige in Gnaden; causam tueri, die Sache in Schutz nehmen, einen Fürsprecher machen.

[4]) Sub lucis ortu Nabarzanes cum — — aderat — praeferens. Cod. Th. *sub lucis ortum Bessus et Nabarzanes — — aderant — praeferentes*; adesse, sich einfinden; titulum etc., und verbarg sein ruchloses Vorhaben unter dem Vorwande, dem Könige feierlich aufwarten zu wollen; sustinere, über's Herz bringen, es so weit treiben, o. wagen; adeo etc., so sehr steht den Menschen die Verstellung zu Gebote.

[5]) Preces suppliciter admovere, demüthig bitten; natura simplicem et mitem esse, von Natur offenherzig und sanft seyn; cogitatum scelus, beabsichtigte Schandthat; virum, sc. bonum.

Inh. Darius erfährt durch den Patron ihr verrätherisches Vorhaben, lehnt aber die Hülfe der Griechen ab, und erklärt sich lieber zu sterben, als seinem Heere zum Verdruße zu leben.

go Patron cunctatus, ac saepius sermone revocato, inter fidem timoremque haesitans, regem intuebatur. [1]) Qui ut tandem advertit oculos, Bubacem spadonem inter proximos currum sequentem *percontari* jubet, *numquid ipsi velit dicere.* Patron, *se vero, sed remotis arbitris, loqui velle cum eo* respondit. Jussusque *propius accedere*, sine interprete, nam haud rudis Graecae linguae Darius erat: *Rex,* inquit, *ex L millibus Graecorum supersumus pauci, omnis fortunae tuae comites, et in hoc tuo statu iidem, qui florente te fuimus; quascunque sedes elegeris, pro patria et domesticis rebus petituri. Secundae adversaeque res tuae copulavere nos tecum. Per hanc fidem invictam oro et obtestor, in nostris castris tibi tabernaculum statue: nos corporis tui custodes esse patiaris.* [2]) *Amisimus Graeciam, nulla Bactra sunt nobis: spes omnis in te, utinam et in ceteris esset. Plura dici non attinet. Custodiam corporis tui externus et alienigena non deposcerem, si crederem alium posse praestare.* Bessus, quamquam erat Graeci sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia indicium profecto Patronem detulisse credebat: et interpretis Graeci relato sermone exemta dubitatio. Darius autem, quantum ex vultu concipi poterat, haud sane territus, percontari Patrona *causam consilii, quod afferret,* coepit. [3]) Ille non ultra differendum ratus. *Bessus, inquit, et Nabarzanes insidiantur tibi, in ultimo discrimine et fortunae tuae et vitae. Hic dies aut parricidis, aut tibi futurus ultimus.*

---

[1]) In sarcinis, unter dem Gepäcke; induere, anlegen; occasioni imminere, auf eine Gelegenheit lauern, S. zu finden suchen; praesentire, ahnen; custos verius, mehr ein Wächter, Beobachter; sermone revocato: saepe inhibita voce sua; man kann es geben: und öfter zu reden angefangen hatte; haesitare, unschlüßig seyn, schweben.

[2]) Ipsi, Andere *ipse*; rem. arbitris, nach Beseitigung aller Zeugen, d. geheim; propius accedere, sich mehr nähern; pro patria et domesticis rebus petere, sc. eum, anstatt in's Vaterland und zu seinem Herde zurückzukehren, ihm folgen; copulare, verbinden, ketten; invictus, unerschütterlich; statuere: ponere; corporis custodes, Leibwache.

[3]) In te, sc. sita est; non attinet: non opus est; stimulante conscientia, bei der Unruhe seines schlechten Bewußtseyns; indicium deferre, Anzeige hinterbringen, machen; et interpretis etc., auch wurde ihm (dem Bessus) durch Erzählung der Unterredung von Seite eines griechischen Dollmetschers aller Zweifel benommen; interpretis Graeci relato sermone, Andere: *interpreti Graeco relato sermone*; concipi: cognosci, intelligi.

Et Patron quidem egregiam conservati regis gloriam tulerat. Eludant licet, quibus forte ac temere humana negotia volvi agique persuasum est: equidem aeterna constitutione crediderim, nexuque causarum latentium, et multo ante destinatarum, suum quemque ordinem immutabili lege percurrere. [4]) Darius certe respondit: *quamquam sibi Graecorum militum fides nota sit; nunquam tamen a popularibus suis recessurum. Difficilius sibi esse damnare, quam decipi. Quidquid fors tulisset, inter suos perpeti malle, quam transfugam fieri. Sero se perire, si salvum esse sui milites nollent.* Patron, desperata salute regis, ad eos, quibus praeerat, rediit, omnia pro fide experiri paratus. [5])

XII. At Bessus occidendi protinus regis impetum conceperat. Sed veritus, ne gratiam Alexandri, ni vivum eum tradidisset, inire non posset, dilato in proximam noctem sceleris consilio, agere gratias incipit, *quod perfidi hominis insidias, jam Alexandri opes spectantis, prudenter cauteque vitasset. Donum eum hosti laturum fuisse regis caput. Nec mirari, hominem mercede conductum omnia habere venalia: sine pignore, sine lare, terrarum orbis exsulem, ancipitem hostem, ad nutum licentium circumferri.* [1]) Pur-

---

[4]) Non ultra, nicht weiter, länger; in ultimo etc., in diesem für deinen Thron und dein Leben so äußerst gefährlichen Zeitpunkte; conservati regis, den König gerettet zu haben; famam ferre, den R. davon tragen; tulerat st. laturus fuisset, sc. si Darius paruisset; eludant etc., mögen Jene immer spotten, welche überzeugt sind, daß alle Ereignisse der Menschen von einem blinden Zufalle abhängen, ich meines Theils bin der Meinung, daß Jeder die Bahn seines Verhängnisses nach einer ewigen Bestimmung, nach einer Kette verborgener und lange vorher geordneter Ursachen vermöge eines unabänderlichen Gesetzes durchlaufen müsse.

[5]) Certe: saltem: recedere, trennen; damnare, in Jem. ein Mißtrauen setzen; ferre, mit sich bringen; sero se etc., er sterbe zu spät, wenn sein Leben seinen Soldaten zur Last falle; salus, Rettung; pro fide, sc. in regem.

Inh. Bessus nimmt den durch heuchlerische Worte und Thränen getäuschten Darius gefangen, läßt ihm goldene Fesseln anlegen, und will ihn auf einem schlechten Karren dem Alexander überliefern.

[1]) Impetus, heftige Begierde, plötzlicher Gedanke; conceperat, Andere: *ceperat*; agere gratiam: Dario; perfidi hominis, sc. Patronis; jam Alexandri opes spectantis: quem Alexandri felicitas jam alliciebat; eum: Patronem; hosti: Alexandro; regis: Darii; mirari, sc. se Bessum; sine pignore: sine conjuge et liberis; sine lare, ohne Haus und Hof; terrarum orbis exsulem: non solum exsulem Graeciae, sed ne in Asia qui-

ganti deinde se, *Deosque patrios testes fidei suae* invocanti, Darius vultu assentiebat: haud dubius, quin vera deferrentur a Graecis; sed eo rerum ventum erat, ut tam periculosum esset non credere suis, quam decipi. XXX millia erant, quorum inclinata in scelus levitas timebatur: IV millia Patron habebat; quibus si credidisset salutem suam, damnata popularium fide, parricidio excusationem videbat offerri. Itaque praeoptabat immerito, quam jure violari. [2]) Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit, *Alexandri sibi non minus justitiam, quam virtutem, esse perspectam. Falli eos, qui proditionis ab eo praemium exspectent: violatae fidei neminem acriorem fore vindicem ultoremque.* Jamque nox appetebat, cum Persae more solito armis positis ad necessaria ex proximo vico ferenda discurrunt. At Bactriani, ut imperatum erat a Besso, armati stabant. Inter haec Darius *Artabazum acciri* jubet: expositisque, quae Patron detulerat, *haud dubitare* Artabazus *quin transeundum esset in castra Graecorum. Persas quoque periculo vulgato secuturos.* [3]) Destinatus sorti suae, et jam nullius salubris consilii patiens, unicam in illa fortuna opem Artabazum ultimum illum visurus amplectitur: perfususque mutuis lacrimis, *inhaerentem sibi avelli* jubet: *capite deinde velato*, ne inter gemitus digredientem velut a rege intueretur, in humum pronum corpus abjecit. Tum vero custodiae ejus assueti, quos regis salutem vel periculo vitae tueri oportebat, dilapsi sunt; armatis, quos jam adventare credebant, haud rati se futuros pares. [4]) Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat, paucis spado-

---

dem sedem, quam suam dicere possit, habentem; ancipitem hostem: incertum, cui potissimum hostis sit, utrum Alexandro, an Dario; hostem ei futurum, qui minus liceretur; ad nutum licentium circumferri, dem höchsten Gebote, dem Meistbietenden dienen.

[2]) Haud dubius: non dubitabat; sed — ventum erat, allein es war mit ihm schon dahin gekommen; quorum inclinata in scelus levitas, deren zu dieser Frevelthat sich hinneigender Wankelmuth; salutem: vitam; parricidio etc., so sah er ein, daß hierin der Königsmord einen Entschuldigungsgrund fände.

[3]) Perspectam: notam; ultoremque, sc. quam Alexandrum; nox appetebat, die N. brach ein; necessaria, Bedürfnisse; expositis: narratis.

[4]) Nullius salubris consilii patientem esse, gegen jeden heilsamen Rath taub seyn; unicam etc., umarmte er den Artabazus, den er als die einzige Hülfe im Unglücke zum letzten Male sehen sollte. Nach vielen beiderseits vergossenen Thränen ließ er den an ihm hängenden Art.

nibus, quia quo discederent non habebant, circumstantibus regem. At ille, remotis arbitris, diu aliud atque aliud consilium animo volutabat. Jamque solitudinem, quam paullo ante pro solatio petiverat, perosus, *Bubacem vocari* jubet. Quem intuens, *Ite*, inquit, *consulite vobis, ad ultimum regi vestro, ut decebat, fide exhibita. Ego hic legem fati mei exspecto. Forsitan mireris, quod vitam non finiam? alieno scelere, quam meo, mori malo.* Post hanc vocem spado gemitu non modo tabernaculum, sed etiam castra complevit. Irrupere deinde alii, laceratisque vestibus lugubri et barbaro ululatu regem deplorare coeperunt. [5]) Persae, ad illos clamore perlato, attoniti metu, nec arma capere, ne in Bactrianos inciderent, nec quiescere audebant, ne impie deserere regem viderentur. Varius ac dissonus clamor sine duce ac sine imperio totis castris referebatur. Besso et Nabarzani nuntiaverant sui, *regem a semetipso interemptum esse.* Planctus eos deceperat. Itaque citatis equis advolant, sequentibus quos ad ministerium sceleris delegerant; et cum tabernaculum intrassent, *quia regem vivere* spadones indicabant, *comprehendi vincirique* jusserunt. Rex curru paullo ante vectus, et Deorum a suis honoribus cultus, nulla externa ope admota, captivus servorum suorum, in sordidum vehiculum pellibus undique contectum imponitur. [6]) Pecunia regis, et supellex, quasi jure belli diripitur; onustique praeda per scelus ultimum parta, fugam intendunt. Artabazus cum iis, qui imperio parebant, Grae-

---

mit Gewalt wegziehen, verhüllte dann sein Haupt, um ihn nicht unter Seufzern beim Abschiede noch einmal zu sehen, und warf sich mit dem Gesichte auf die Erde; velut a rege, Andere: *velut a rogo*; custodiae ejus assueti, s. Leibwache; vel vitae periculo, sogar mit Lebensgefahr; haud rati: quia rebantur, se non.

[5]) Ingens etc., es sah daher im Zelte äußerst leer aus; non habebant: nesciebant; aliud atque aliud consilium animo volutare, bald diesen, bald jenen Entschluß fassen, o. zwischen verschiedenen Entschlüssen wanken; solitudinem petere, die Einsamkeit suchen; consulite vobis: cons. vestrae saluti; legem fati, den Beschluß des Schicksals; irrupere, sc. in tabernaculum; lugubri, unter einem kläglichen ꝛc.

[6]) Ne in B. inciderent, um sich nicht die B. auf den Hals zu ziehen; impie, auf eine pflichtvergessene Art; dissonus, mißtönend, verworren; a semet ipso: das Pass. st. des Act.; citatis equis advolare, spornstreichs hinzureiten (zum Zelte); sequentibus, sc. iis; ministerium, Verrichtung, Ausführung; Deorum honoribus coli, göttlich verehrt werden; nulla externa ope admota: nulla externi hostis illata vi.

cisque militibus Parthienem petebat, omnia tutiora parricidarum contuitu ratus. Persae, promissis Bessi onerati, maxime quia nemo alius erat, quem sequerentur, conjunxere se Bactrianis, agmen eorum tertio assecuti die. Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciunt; nova ludibria subinde excogitante fortuna. Et ne forte cultu regio posset agnosci, sordidis pellibus vehiculum intexerant; ignoti jumenta agebant, ne percontantibus in agmine monstrari posset: custodes procul sequebantur. 7)

XIII. Alexander, audito Darium movisse ab Ecbatanis, omisso itinere, quod petebat in Mediam, fugientem insequi pergit strenue. Tabas oppidum est in Paraetacene ultima: ibi transfugae nuntiant, *praecipitem fuga Bactra petere Darium.* Certiora deinde cognoscit ex Bagysthene Babylonio, *non equidem vinctum regem, sed in periculo esse aut mortis, aut vinculorum.* Rex ducibus convocatis, *maximum,* inquit, *opus, sed labor brevissimus superest: Darius haud procul destitutus a suis, aut oppressus. In illo corpore posita est victoria nostra: et tanta res celeritatis est praemium.* Omnes pariter conclamant, *paratos ipsos sequi; nec labori, nec periculo parceret.* 1) Igitur raptim agmen cursus magis quam itineris modo ducit, ne nocturna quidem quiete diurnum laborem relaxante. Itaque quingenta stadia processit: perventumque erat in vicum, in quo Darium Bessus comprehenderat. Ibi Melon Darii interpres excipitur.

---

7) Pecunia regis, nach Arrian 7000 Talente; fugam intendere, fliehen; contuitus, Anblick; oneratus, überhäuft; aliquem sequi, sich an Jem. halten; nova ludibria etc., so daß das Schicksal immer ein neues höhnendes Spiel mit ihm trieb; ignoti, unbekannte lenkten die Pferde; procul sequebantur, — um nicht Verdacht zu erregen, daß es der König sey.

Inh. Alexander eilt auf die Nachricht der Gefahr des Darius zum persischen Heere, da indessen Bessus aus Furcht vor den Waffen und dem Anblicke des Siegers mit den übrigen Königsmördern den Darius schwer verwundet, in seinem Blute liegen läßt, und die Flucht ergreift. Bei dem Anblicke des königl. Leichnams vergießt Alexander Thränen, und überschickt ihn der Sysigambis zur Beerdigung.

1) Movisse, sc. castra; iter omittere, den Marsch aufgeben; petebat: inire volebat; petebat, Vulg.: *patebat*; strenue: celeriter; Paraetacene, eine Landschaft in Medien; praecipitem etc., Darius suche eiligst B. zu erreichen; non equidem etc., der König sey zwar noch nicht gefesselt, er sey aber in G. entweder das Leben zu verlieren, oder in Fesseln geworfen zu werden; labor, Anstrengung; oppressus: interemtus; corpus, Person.

Corpore aeger non potuerat agmen sequi, et deprehensus celeritate regis, transfugam se esse simulabat. Ex hoc acta cognoscit. Sed fatigatis necessaria quies erat. Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos, quos *Dimachas* appellant, adjungit: dorso hi graviora arma portabant, ceterum equis vehebantur; cum res locusque posceret, pedestris acies erat. [2]) Haec agentem Alexandrum adeunt Orsillos et Mythracenes, qui Bessi parricidium exosi transfugerant; nuntiabantque, *stadia D abesse Persas; ipsos brevius iter monstraturos.* Gratus regi adventus transfugarum fuit. Itaque prima vespera ducibus iisdem cum expedita equitum manu monstratam viam ingreditur, phalange *quantum festinare posset*, *sequi* jussa. Ipse quadrato agmine incedens, ita cursum regebat, ut primi conjungi ultimis possent. CCC stadia processerant, cum occurrit Brocubelus Mazaei filius, Syriae quondam praetor. Is quoque transfuga nuntiabat, *Bessum haud amplius quam CC stadia abesse. Exercitum, utpote qui nihil praecaveret, incompositum inordinatumque procedere. Hyrcaniam videri petituros. Si festinaret sequi, palantibus superventurum. Darium adhuc vivere.* [3]) Strenuo alioqui cupiditatem consequendi transfuga injecerat. Itaque calcaribus subditis, effuso cursu eunt. Jamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur; sed prospectum ademerat pulveris nubes. Paullisper ergo inhibuit cursum, donec consideret pulvis. Jamque conspecti a barbaris erant, et abeuntium agmen conspexerant; nequaquam futuri pares, si Besso tantum animi fuisset ad proelium, quantum ad parricidium fuerat. Namque et numero barbari praestabant, et robore: ad hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant. Sed nomen Alexandri, et fama, maximum in bello utique momentum, pavidos in fugam convertit. [4])

---

[2]) Igitur etc., er führte daher das Heer so eilig fort, daß er mehr lief, als marschirte, und nicht einmal die Anstrengung bei Tage durch die Ruhe zur Nachtszeit unterbrach; excipitur: capitur; acta: gesta, Vorgang; Dimachae, διμάχαι, Krieger, die zu Pferd und zu Fuß streiten. Ihre Rüstung war leichter, als die des Fußvolkes, und schwerer, als die der Reiterei; cum res etc., wenn es die Umstände und die Lage erfordert, dienen sie auch zu Fuß.

[3]) Exosus, verabscheuet; p. vespera, in der Abenddämmerung; quadrato agmine, in Schlachtordnung; cursum ita regere, den Marsch so einrichten; nihil praecavere, keine Vorsicht gebrauchen, sorglos seyn; superventurum, sc. Alexandrum; palantibus supervenire, den Zerstreuten unvermuthet auf den Hals kommen.

[4]) Strenuo etc., obwohl Alexander ohnedieß eilig vorrückte, so vermehrte dieser Ueberläufer noch die Begierde in ihm, den Darius zu er=

Bessus, et ceteri facinoris ejus participes, vehiculum Darii assecuti, coeperunt hortari eum, *ut conscenderet equum, et se hosti fuga eriperet.* Ille *Deos ultores adesse* testatur, et *Alexandri fidem* implorans, negat, *se parricidas velle comitari.* Tum vero ira quoque accensi, tela injiciunt in regem; multisque confossum vulneribus relinquunt. Jumenta quoque, ne longius prosequi possent, convulnerantur; duobus servis, qui regem comitabantur, occisis. Hoc edito facinore, ut vestigia fugae spargerent, Nabarzanes Hyrcaniam, Bessus Bactra, paucis equitum comitantibus, petebant: barbari, ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat, aut pavor, dissipabantur: D tantum equites congregaverant se, incerti adhuc, resisterene melius esset, an fugere. [5]) Alexander, hostium trepidatione comperta, Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam praemittit: ipse cum ceteris sequitur. III ferme millia resistentium occisa sunt; reliquum agmen more pecudum intactum agebatur, jubente rege, *ut caedibus abstineretur.* Nemo captivorum erat, qui monstrare Darii vehiculum posset: singuli, ut quaeque prehenderant, scrutabantur; nec tamen ullum vestigium fugae regis exstabat. [6]) Festinantem Alexandrum vix tria millia equitum persecuta sunt. At in eos, qui lentius sequebantur, incidebant universa fugientium agmina. Vix credibile dictu, plures captivi, quam qui caperent, erant: adeo omnem sensum territis fortuna penitus excusserat, ut nec hostium paucitatem, nec multitudinem suam satis cernerent. Interim jumenta, quae Darium vehebant, nullo regente decesserant militari via, et errore delata per IV stadia, in quadam valle constiterant, aestu, simulque vulneribus fatigata. Haud procul erat fons, ad quem monstratum a peritis Polystratus

---

reichen; effuso: celerrimo; hostium iter ing., des marschirenden Feindes; cursum inhibere, Halt machen; considere, sich setzen; futuri pares: futuri fuissent hostibus pares; numero praestare, an der Zahl überlegen seyn; refecti, ausgeruhet; maximum momentum, das Wichtigste, die Hauptsache.

[5]) Se hosti fuga eripere, dem Feinde durch die Flucht entgehen; multis vulneribus confossum, stark verwundet, mit Wunden bedeckt; prosequi posse, weiter können; ut vestigia etc., flohen sie auf verschiedenen Wegen, um den Feind beim Nachsetzen irre zu machen; destituere, verlassen; dissipari, sich zerstreuen.

[6]) Fugam inhibere, der F. Einhalt thun; agere, vor sich hertreiben; caedibus abstinere, sich des Blutvergießens enthalten; singuli etc., ein Jeder durchsuchte den nächsten besten Wagen, der ihm aufstieß; ut quaeque prehenderant, Andere: *ut quemque,* sc. captivorum.

Macedo siti maceratus accessit; ac dum galea haustam aquam sorbet, tela jumentorum deficientium corporibus infixa conspexit. Miratusque confossa potius, quam abacta esse, semivivi * * * 7)

## FREINSHEMII SUPPLEMENTUM.

* * * hominis gemitum percipit. Itaque more ingenii humani cupidus visendi quid rei vehiculo isto conderetur, dimotis pellibus, quibus obtectum erat, Darium multis vulneribus confossum reperit. Regius enim cultus, et aureae catenae, quîs a parricidis vinctus fuerat, dubitationem eximebant. Non erat expers Graeci sermonis Darius; gratiasque agebat Diis, *qui post tanta mala, tamque gravia, hoc tamen indulsissent solatii, ne omnino in solitudine extremum spiritum effunderet.* 1) *Itaque te*, inquit, *quisquis es mortalium, per communem hominum sortem, a qua nec maximos regum exemtos esse praesenti spectaculo moneris, rogo quaesoque, ut haec ad Alexandrum mandata mea perferas: nihil eorum, quae longe tristissima perpessus sum, ne hunc quidem incomparabilis calamitatis exitum, ita gravem mihi accidisse, ut hoc unum, quod post tanta in me meosque merita adversus clementissimum victorem inimico vivendum fuit, et nunc ingrato moriendum est.* 2) *Sed si qua postremis miserorum votis apud Deos vis est, et cum ipso spiritu profusas preces mitius aliquod numen exaudit; ille quidem sospes et incolumis, longeque supra contagium meae sortis et invidiam fortunae positus, in solio Cyri gloriosam aetatem exigat: suaeque virtutis memor, eum matri liberisque meis locum apud se esse patiatur, quem illi fide*

---

7) Persecuta: secuta; incidere in aliquem, auf Einen stoßen, Einem in die Hände fallen; agmen, Haufe, Schaar; sensum excutere, die Besonnenheit benehmen; errore deferri, sich verirren; fatigatus, geschwächt, entkräftet; peritis, sc. loci; siti maceratus, vom Durste schwach; deficiens, abgemattet; miratusque etc., und er wunderte sich mehr darüber, daß sie verwundet, als von der Straße weggetrieben worden seyen.

---

1) Percipit, sc. auribus: audit; quîs st. quibus; dubitationem eximere, den Z. benehmen, die Sache außer Zweifel setzen; indulsissent: dedissent, praebuissent; ext. spiritum effundere, den Geist aufgeben.

2) Quisquis es mort., wer du immer seyn magst; incomparabilis calamitatis exitus, das Ende meines beispiellosen (nicht zu vergleichenden) Unglückes; inimico: mihi inimico.

*et obsequio meruerint. At parricidas promtum exitium consequatur, quod Alexander irrogabit, si non misericordia infelicis hostis, saltem odio facinorum, et ne impunita in aliorum etiam regum suumque ipsius exitium erumpant.* [3]) Post haec, cum siti angeretur, allata per Polystratum aqua recreatus, *Ergo*, ait, *hanc etiam tantis calamitatibus extremam accedere oportuit, ut bene merito gratiam referre non possim: at referet Alexander; Alexandro vero Dii.* Dextram deinde protendit, *eamque Alexandro, fidei regiae pignus, ferri* jubens, apprehensa Polystrati manu animam efflavit. Alexander an spiranti adhuc supervenerit, incertum est: illud constat, miserabili regis opulentissimi exitu comperto, copiosas lacrimas profudisse, statimque chlamyde sibi detracta corpus operuisse, et magno cum honore *ad suos deferri* jussisse, *ut regio Persarum more curatum monumentis majorum inferretur.* [4]) Ingratitudinem hominum, a quis pro summis beneficiis crudele exitium Darius pertulit, quamquam suopte ingenio horrendam et exsecrabilem, insigniore ad posteritatem infamia damnavit canis cujusdam mira fides, qui ab omnibus familiaribus derelicto solus adfuit, et quam in vivum prae se tulit benevolentiam, morienti quoque constanter praestitit. Hunc vitae finem sortitus est ille, quem modo contumelia affici putabant, nisi *regem regum, et Deorum consanguineum* salutarent: magnoque iterum experimento approbatum est, neminem magis patere fortunae, quam qui pluribus ejusdem blanditiis irretitus, jugum illius tota cervice receperit. [5])

---

[3]) Vim esse, Kraft haben, etwas vermögen; cum ipso spiritu: cum ultimo spiritu; promtum exitium, baldiger Untergang, Verderben; consequi, erreichen, treffen; facinorum, sc. parricidarum.

[4]) Siti angi, vom D. gequält werden; extremam, sc. calamitatem; bene merito: Polystrato; protendit: praebuit; spiranti: viventi.

[5]) Prae se tulit: significavit, indicavit; sortiri, durch's Loos bekommen, b) erreichen, nehmen; experimentum: experientia; patere, ausgesetzt, preisgegeben seyn; pluribus b. irretitus, durch zu viele S. umstrickt.

# I. FREINSHEMII SUPPLEMENTUM IN Q. CURTII LIBRUM VI. a principio.

Dum ea per Asiam geruntur, ne in Graecia quidem Macedoniaque tranquillae res fuere. Regnabat apud Lacedaemonios Agis Archidami filius, qui Tarentinis opem ferens ceciderat, eodem die quo Philippus Athenienses ad Chaeroneam vicit. Is Alexandri per virtutem aemulus, cives suos stimulabat, *ne Graeciam servitute Macedonum diutius premi paterentur: nisi in tempore providerent, idem jugum ad ipsos transiturum esse. Adnitendum igitur, dum aliquae adhuc Persis ad resistendum vires essent: illis oppressis, adversus immanem potentiam frustra avitae libertatis memores futuros.* [1]) Sic instinctis animis, occasionem belli ex commodo coeptandi circumspiciebant. Igitur felicitate Memnonis invitati, consilia cum ipso miscere aggressi sunt; et postquam ille rerum laetarum initia intempestiva morte destituit, nihilo remissius agebant. Sed ad Pharnabazum et Autophradaten profectus Agis, triginta argenti talenta, decemque triremes impetravit, quas Agesilao fratri misit, ut in Cretam navigaret, cujus insulae cultores inter Lacedaemonios et Macedonas diversis studiis distrahebantur. [2]) Legati quoque ad

---

Inh. Beschreibung des zwischen den Lacedämoniern und Macedoniern vorgefallenen Treffens. Nach erhaltenem Siege schenkt Alexander den Griechen, die sich während seiner Abwesenheit empört hatten, den Frieden.

[1]) Per Asiam: in A.; tranquillae res non sunt, es ist nicht ruhig; Agis, der Dritte; in tempore, zur rechten Zeit, bei Zeiten; opprimere, unterdrücken, überwältigen; avitus (avus), großväterlich, uralt, angestammt.

[2]) Instinctis: irritatis; ex commodo, zu ihrem Vortheile; miscere: communicare; rerum l. initia intempestiva m. destituere, den Anfang der glücklichen Unternehmung durch einen zur Un-

Dariam missi sunt, qui in usum belli ampliorem vim pecuniae, pluresque naves peterent. Atque haec eorum coepta clades ad Issum (nam ea intervenerat) adeo non interpellavit, ut etiam adjuverit. Quippe fugientem insecutus Alexander in longinqua loca magis magisque rapiebatur; et ex ipso proelio mercenariorum ingens multitudo in Graeciam fuga penetraverat: quorum octo millia Persica pecunia conduxit Agis, eorumque opera plerasque Cretensium urbes recepit. [3]) Cum deinceps Menon, in Thraciam ab Alexandro missus, barbaros ad defectionem impulisset, adque eam comprimendam Antipater exercitum ex Macedonia in Thraciam duxisset, opportunitate temporis strenue usi Lacedaemonii totam Peloponnesum, paucis urbibus exceptis, in partes traxerunt, confectoque exercitu viginti millium peditum, cum equitibus bis mille, Agidi summam imperii detulerunt. Antipater ea re comperta bellum in Thracia, quibus potest conditionibus, componit; raptimque in Graeciam regressus, ab amicis sociisque civitatibus auxilia cogit. [4]) Quibus convenientibus, ad quadraginta pugnatorum millia recensuit. Advenerat et ex Peloponnéso valida manus: sed quia dubiam ipsorum fidem resciverat, dissimulata suspitione gratias egit, *quod ad defendendam adversus Lacedaemonios Alexandri dignitatem adfuissent: scripturum se id regi, gratiam in tempore relaturo. In praesens nihil opus esse majoribus copiis: itaque domos redirent, foederis necessitate expleta.* Nuntios deinde ad Alexandrum mittit, de motu Graeciae certiorem facturos. [5]) Atque illi regem apud Bactra demum consecuti sunt; cum interim Antipatri victoria, et nece Agidis, in Arcadia transactum esset. Sane jam pridem tumultu Lacedaemoniorum cognito, quantum tot terrarum spatiis discretus potuit, providerat: Amphoterum *cum Cypriis et Phoeniciis navibus in Peloponnesum navigare,* Meneten *tria millia talentûm ad mare deferre* jusserat, *ut*

---

zeit erfolgten Tod unterbrechen; nihilo remissius agere, eben so eifrig es betreiben; cujus etc., deren Einwohner theils den L., theils den M. ergeben waren.

[3]) Atque etc., und die inzwischen bei Issus erlittene Niederlage unterbrach ihr Vorhaben nicht nur nicht, sondern sie förderte es noch; eorumque opera; per eos.

[4]) Opportunitate temporis strenue uti, die schickliche Gelegenheit schnell ergreifen; in partes trahere, auf ihre Seite ziehen.

[5]) Suspicionem dissimulare, den Argwohn verbergen; adesse, unterstützen, aufrecht erhalten; gratiam referre, sich dankbar bezeigen; foederis necessitatem explere, die unerläßliche Pflicht des B. erfüllen; motu: seditione.

*ex propinquo pecuniam Antipatro subministraret, quanta illum indigere cognovisset.* Probe enim perspexerat, quanti ad omnia momenti motus istius inclinatio futura esset, quamquam deinceps adepto victoriae nuntio suis operibus id discrimen comparans, *murium eam pugnam fuisse* cavillatus est. [6]) Ceterum principia ejus belli haud improspera Lacedaemoniis fuere. Juxta Corrhagum Macedoniae castellum cum Antipatri militibus congressi victores exstiterant: et rei bene gestae fama etiam qui suspensis mentibus fortunam spectaverant, in societatem eorum pertracti sunt. Una ex Elaeis Achaeisque urbibus Pellene foedus aspernabatur; et in Arcadia Megalopolis, fida Macedonibus ob Philippi memoriam, a quo beneficiis affecta fuerat. Sed haec arcte circumsessa haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater subvenisset. [7]) Is postquam castra castris contulit, seque numero militum alioque apparatu superiorem conspexit, quamprimum de summa rerum proelio contendere statuit: neque Lacedaemonii detrectavere certamen. Ita commissa est pugna, quae rem Spartanam majorem in modum afflixit. Cum enim angustiis locorum, in quibus pugnabatur, confisi, ubi hosti nullum multitudinis usum futurum credebant, animose congressi essent, neque Macedones impigre resisterent, multum sanguinis fusum est. Sed postquam Antipater integram subinde manum laborantibus suis subsidio mittebat; impulsa Lacedaemoniorum acies gradum paullisper retulit. Quod conspicatus Agis, cum cohorte regia, quae ex fortissimis constabat; se in medium * * *

---

6) Transigere, abthun, die Ruhe wieder herstellen; providere, Fürsorge, Maßregeln treffen; ad mare, an die Küste; quanti etc., wie stark der Einfluß dieser Empörung auf alle s. übrigen Unternehmungen hätte seyn können; discrimen, Treffen.

7) Res bene gesta, glückliches Treffen; suspensis a. fort. expectare, den Ausschlag des Glückes unentschlossen abwarten.

# Q. CURTII RUFI DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI HISTORIARUM LIBER VI.

## I.

* * * pugnae discrimen immisit, obtruncatisque, qui promtius resistebant, magnam partem hostium propulit. 8) Coeperant fugere victores; et donec avidius sequentes in planum deduxere, multi cadebant; sed ut primum locus, in quo stare possent, fuit, aequis viribus dimicatum est. Inter omnes tamen Lacedaemonios rex eminebat, non armorum modo et corporis specie, sed etiam magnitudine animi, quo uno vinci non potuit. Undique nunc cominus, nunc eminus petebatur; diuque arma circumferens, alia tela clypeo excipiebat, corpore alia vitabat: donec hasta femora perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantem. 9) Ergo clypeo suo exceptum armigeri raptim in castra referebant, jactationem vulnerum haud facile tolerantem. Non tamen omisere Lacedaemonii pugnam; et ut primum sibi quam hosti aequiorem locum capere potuerunt, densatis ordinibus

8) Castra c. conferre, das Lager dicht an dem feindlichen aufschlagen; apparatus, Kriegsbedürfnisse; majorem in modum, sehr; integra manus, frische Mannschaft; impulsa: coacta; gradum referre: regredi; se in medium p. discrimen immittere, sich mitten in's Treffen werfen; promtius: fortius; propulit: profligavit.

9) Victores: Macedones, simulata, ut videtur, fuga; avidius sequentem h. in p. deducere, den zu hitzig nachsetzenden Feind in die Ebene herablocken; multi: Macedonum; cadebant, Andere: *inulti cadebant;* stare, festen Fuß fassen; stare possent, Vulg.: *posset;* corporis species, Schönheit der Person; uno: solo; arma circumferre, sich gegen alle Seiten wehren; corpore: corporis declinatione; destituere, verlassen, den Dienst versagen.

effuse fluentem in se aciem excepere. Non aliud discrimen vehementius fuisse memoriae proditum est. Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant. Lacedaemonii vetera, Macedones praesentia decora intuebantur: illi pro libertate, hi pro dominatione pugnabant. [10]) Lacedaemoniis dux, Macedonibus locus deerat. Diei quoque unius tam multiplex casus modo spem, modo metum utriusque partis augebat; velut de industria inter fortissimos viros certamen aequante fortuna. Ceterum angustiae loci, in quo haeserat pugna, non patiebantur totis congredi viribus. Spectabant ergo plures, quam inierant proelium, et qui extra teli jactum erant, clamore invicem suos accendebant. Tandem Laconum acies languescere, lubrica arma sudore vix sustinens; pedem deinde referre coepit urgente hoste, ac apertius fugere. [11]) Insequebatur dissipatos victor, et emensus cursu omne spatium, quod acies Laconum obtinuerat, ipsum Agim persequebatur. Ille, ut fugam suorum, et proximos hostium conspexit, *deponi se* jussit: expertusque membra, an impetum animi sequi possent, postquam deficere (se) sensit, poplitibus semet excepit; galeaque strenue sumta, clypeo protegens corpus, hastam dextra vibrabat, ultro vocans hostem, *si quis jacenti spolia demere auderet*. Nec quisquam fuit, qui sustineret cominus congredi. Procul missilibus appetebatur, ea ipsa in hostem retorquens; donec lancea nudo pectori infixa est: qua ex vulnere evulsa, inclinatum ac deficiens caput clypeo paulisper excepit; deinde linquente spiritu pariter ac sanguine, moribundus in arma procubuit. [12]) Cecidere Lacedaemoniorum V millia, et

---

[10]) Exceptum: impositum; jactatio, das Schütteln, Rütteln; p. omittere, den Kampf aufgeben; aequus locus, vortheilhafte Stellung; densatis etc., empfingen (aushalten) sie in dicht geschlossenen Gliedern den auf sie gleich einem Strome eindringenden Feind; non aliud discrimen: nullum aliud certamen; pari M.: pari virtute; decora: res praeclare gestas; intueri, vor Augen haben.

[11]) Dux, — weil Agis schwer verwundet war; diei etc., der vielfache Wechsel des Glückes an einem und demselben Tage vergrößerte theils die Hoffnung, theils die Furcht beider Theile, gleich als wenn das Schicksal mit Fleiß den Kampf so tapferer Männer hätte unentschieden lassen wollen; haerere, am längsten dauern; spectare, zusehen; languescere (sc. coepit), ermatten; sustinere, halten; p. referre: regredi; apertius fugere, völlig fliehen.

[12]) Cursu emetiri, im vollen Laufe zurücklegen; deponere, auf die Erde setzen; expertusque etc., er versuchte, ob seine Glieder, ob ihre Kraft seinem feurigen Muthe entspreche; deficere, sc. viribus: valde debilem esse; poplitibus se excepit, er hob sich auf die

CCCLX: ex Macedonibus haud amplius CCC: ceterum vix quisquam nisi saucius revertit in castra. Haec victoria non Spartam modo, sociosque ejus, sed etiam omnes, qui fortunam belli spectaverant, fregit. Nec fallebat Antipatrum, dissentire ab animis gratulantium vultus; sed bellum finire cupienti opus erat decipi. Et quamquam fortuna rerum placebat; invidiam tamen, quia majores res erant, quam quas praefecti modus caperet, metuebat. Quippe Alexander hostes vinci voluerat; Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem indignabatur; suae demtum gloriae existimans, quidquid cessisset alienae. [13]) Itaque Antipater, qui probe nosset spiritum ejus, non est ausus ipse agere arbitria victoriae; sed concilium Graecorum, *quid fieri placeret*, consuluit. A quo Lacedaemonii, *nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret* precati, veniam defectionis praeter auctores impetraverunt. Megalopolitanis, quorum urbs erat obsessa a defectione, Achaei et Aetoli CXX talenta dare jussi sunt. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum est, quam Darium Alexander apud Arbela superaret. [14])

II. Sed ut primum instantibus curis laxatus est animus, militarium rerum quam quietis otiique patientior; excepere eum voluptates: et quem arma Persarum non fregerant, vitia vicerunt; intempestiva convivia, et perpotandi pervigilandique insana dulcedo, ludique, et greges pellicum,

---

Kniee empor; galeam strenue sumere, schnell den H. aufsetzen; vocans: provocans; sustineret: auderet; retorquere, zurückschießen; inclinatum, sinkend; excepit: imposuit; deinde etc., und fiel dann verblutet und leblos auf die Waffen hin.

[13]) Qui — spectaverant: qui eventum fortunae exspectaverant; fregit: domuit; dissentire, nicht übereinstimmen, nicht entsprechen; animus, Gesinnung; res, Thaten, Unternehmungen; quam — caperet, als daß sie dem Stande eines Statthalters angemessen gewesen wären; ne tacitus etc., er verbarg nicht einmal den Unwillen, daß A. gesiegt hatte, indem er glaubte, daß der Ruhm, den sich ein Anderer erworben, ihm selbst entzogen worden sey.

[14]) Spiritum: indolem; arbitria victoriae agere, sich des Sieges nach Willkühr bedienen; quid fieri p., was man zu thun für gut befinde; a quo, sc. consilio; oratores: legatos; auctor, Rädelsführer; Megalopolitanis — Achaei et Aetolii, Andere: *Megalopolitani — Achaeis et Aetoliis*; die Megalopolitaner nahmen keinen Antheil an dem Aufruhr; a st. post.

Inh. Alexander, bisher immer Sieger, läßt sich nun vom Müßiggange und der Schwelgerei besiegen. Das darüber schwierig gewordene Heer weckt ihn wieder aus dem Schlummer.

omnia in externum lapsa sunt morem. [1]) Quem aemulatus quasi potiorem suo, ita popularium animos oculosque pariter offendit, ut a plerisque amicorum pro hoste haberetur. Tenaces quippe disciplinae suae, solitosque parco ac parabili victu ad implenda naturae desideria defungi, in peregrina et devictarum gentium mala impulerat. Hinc saepius comparatae in caput ejus insidiae: secessio militum, et liberior inter mutuas querelas dolor: ipsius deinde nunc ira, nunc suspiciones, quas excitabat inconsultus pavor: ceteraque his similia, quae deinde dicentur. [2]) Igitur cum intempestivis conviviis dies pariter noctesque consumeret; satietatem epularum ludis interpolabat: non contentus artificum, quos e Graecia excitaverat, turba; quippe captivae feminarum jubebantur *suo ritu canere* inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen. Inter quas unam rex ipse conspexit moestiorem quam ceteras, et producentibus eam verecunde reluctantem. Excellens erat forma, et formam pudor honestabat: dejectis in terram oculis, et, quantum licebat, ore velato, suspicionem praebuit regi, nobiliorem esse, quam ut inter convivales ludos deberet ostendi. [3]) Ergo interrogata, *quaenam esset? Neptem se Ochi, qui nuper regnasset in Persis, filio ejus genitam esse*, respondit: *uxorem Hystaspis fuisse*. Propinquus hic Darii fuerat, magni et ipse exercitus prae-

---

[1]) Laxatus: liberatus; militarium — patientior, der mehr zu Kriegsunternehmungen, als zur Ruhe und Muße geeignet war; excepere eum voluptates: voluptatibus se tradidit; int. conv., zur Unzeit angestellte Gastmähler; intempestiva, Andere: *tempestiva*; dulcedo, Lust, Andere: *cupido*; omnia etc., Alles richtete sich nach persischer Sitte.

[2]) Quem etc., indem er diese, gleichsam vorzugsweise vor der Seinigen nachahmte, beleidigte er dergestalt die Gemüther und zugleich die Augen seiner Landsleute, daß rc.; tenaces etc., denn er hatte die Macedonier, welche in ihrer vaterländischen Lebensweise beharrlich, und gewohnt waren, sich mit weniger und geringer Kost zur Befriedigung der Naturbedürfnisse völlig zufrieden zu stellen, zu den fremden üblen Sitten der besiegten Völker verleitet; comp. insidiae in caput ejus, Anschläge auf s. Leben; ceteraque: nunc alia.

[3]) Satietatem etc., so suchte er den Ekel vor den Schmausereien durch mancherlei Unterhaltungen zu unterbrechen; exciverat: arcessiverat; inconditum — carmen, ein mißtönendes und für die Ohren der Maced. unangenehmes Lied; verecunde reluctari, auf eine schamhafte Art sich sträuben; honestare, ansehnlich machen, schmücken, noch mehr erhöhen; oculos in t. dejicere, die A. auf die E. niederschlagen; os velare, das Gesicht verhüllen; suspicio, Vermuthung; convivales ludi, gesellschaftliche Spiele, Unterhaltungen.

tor. Adhuc in animo regis tenues reliquiae pristini moris haerebant. Itaque fortunam regia stirpe genitae, et tam celebre nomen veritus, *non dimitti modo captivam, sed etiam restitui ei suas opes* jussit: *virum quoque requiri, ut reperto conjugem redderet.* Postero autem die praecepit Hephaestioni, *ut omnes captivos in regiam juberet adduci.* Ubi singulorum nobilitate spectata, secrevit a vulgo, quorum eminebat genus. Decem hi fuerunt: inter quos repertus est Oxathres Darii frater, non illius fortuna, quam indole animi sui clarior. [4]) Sex et viginti millia talentûm proxima praeda redacta erant: e quîs duodecim millia in congiarium militum absumta sunt. Par huic pecuniae summa custodum fraude subtracta est. Oxydates erat nobilis Perses, qui a Dario capitali supplicio destinatus, cohibebatur in vinculis; huic liberato satrapeam Mediae attribuit: fratremque Darii recepit in cohortem amicorum, omni vetustae claritatis honore servato. Hinc in Parthienem perventum est, tunc ignobilem gentem; nunc caput omnium, qui post Euphratem et Tigrim amnes siti, rubro mari terminantur. [5]) Scythae regionem campestrem ac fertilem occupaverunt; graves adhuc accolae. Sedes habent et in Europa, et in Asia: qui super Bosphorum colunt, adscribuntur Asiae; at qui in Europa sunt, a laevo Thraciae latere ad Borysthenem, atque inde ad Tanaim alium amnem, recta plaga attinent. Tanais Europam et Asiam medius interfluit. Nec dubitatur, quin Scythae, qui Parthos condidere, non a Bosphoro, sed ex regione Europae penetraverint. Urbs erat ea tempestate clara Hecatompylos, condita a Graecis: ibi stativa rex habuit, commeatibus undique advectis. [6]) Itaque rumor, otiosi militis vitium, sine au-

---

[4]) Filio — esse, und von seinem Sohne erzeugt; praetor: dux; adhuc etc., der König hatte noch etwas Weniges von seinen vorigen Sitten an sich; reperto: si repertus esset; spectare, prüfen, untersuchen; non illius etc., mehr durch seinen Charakter, als durch den Stand desselben (seines Bruders) berühmt.

[5]) Proxima: ultima; redigere, betragen, sich belaufen; in congiarium (sc. donum) mil. absumere, als Geschenk unter die Soldaten vertheilen; subtrahere, entziehen, unterschlagen; in vinculis cohiberi, in Fesseln liegen, gehalten werden; omni etc., und begegnete ihm mit aller seinem vorigen hohen Stande gebührenden Achtung, o. mit Beibehaltung seines ganzen vorigen Glanzes; ignobilem gentem: enallage est, pro: regionem, quam tunc ignobilis gens tenebat; omnium, sc. populorum; rubro mari: mari persico et Oceano indico.

[6]) Gravis, beschwerlich, gefährlich; Bosporus, die Meerenge zwischen Constantinopel und Chalcedon (jetzt Kadikin in Natolien); Bo-

ctore percrebuit, *regem contentum rebus, quas gessisset, in Macedoniam protinus redire statuisse.* Discurrunt lymphatis similes in tabernacula, et itineri sarcinas aptant: signum datum crederes, ut vasa colligerent. Totis castris tumultus hinc contubernales suos requirentium, hinc onerantium plaustra, perfertur ad regem. Fecerant fidem rumori temere vulgato Graeci milites, *redire* jussi *domos*, quorum equitibus singulis denariorum sena millia dono dederat. Ipsis quoque finem militiae adesse credebant. 7) Haud secus quam par erat territus Alexander, qui Indos atque ultima Orientis peragrare statuisset, praefectos copiarum in praetorium contrahit: obortisque lacrimis, *ex medio gloriae spatio revocari se, victi magis, quam victoris, fortunam in patriam relaturum* conquestus est; *nec sibi ignaviam militum obstare, sed Deorum invidiam, qui fortissimis viris subitum patriae desiderium admovissent, paullo post in eandem cum majore laude famaque redituris.* 8) Tum vero pro se quisque *operam suam* offerre; difficillima quaeque poscere; polliceri *militum quoque obsequium, si animos eorum leni et apta oratione permulcere voluisset. Nunquam infractos et abjectos recessisse, quoties ipsius alacritatem et tanti animi spiritus haurire potuissent. Ita se facturum esse* respondit: *illi vulgi aures praeparent sibi.* Satisque omnibus, quae in rem videbantur esse, compositis, *vocari ad concionem exercitum* jussit, apud quem talem orationem habuit. 9)

III. *Magnitudinem rerum, quas gessimus, milites, in-*

---

rysthenes, jetzt Dnieper; Tanais, s. Don; recta plaga attinere, sich in gerader Linie erstrecken; qui P. condidere, von denen die Parther abstammen.

7) Sine auctore, ohne daß man den Urheber kannte; lymphatis similes, gleich Wahnsinnigen; aptare, zurecht machen, zuschicken; vasa colligere, einpacken; requirentium, von denjenigen, welche — suchten; tumultus ad regem perfertur, der Lärm bringt bis zum Könige; fidem facere, glaublich machen; rumorem vulgare, ein Gerücht aussprengen, verbreiten.

8) Haud secus, quam par erat, nicht anders, als es sich ziemte, d. i. billig, nicht ohne Ursache; contrahere, versammeln lassen; ex spatio, von der Laufbahn; fortunam referre, in dem Zustande zurückkommen, o. kehren; subitum p. desiderium admovere, ein plötzliches V. nach dem V. einflößen.

9) Tum vero etc., hernach bot ihm ein Jeder für sich seine Dienste an, begehrte die schwierigsten Dinge, versprach die Willfährigkeit seiner untergeordneten Krieger, wenn er nur die Gemüther derselben durch eine sanfte und zweckmäßige Rede zu gewinnen suchen wollte. Sie seyen noch nie von ihm muthlos und verzagt weggegangen, so oft sie von seiner

*tuentibus vobis, minime mirum est, et desiderium quietis, et satietatem gloriae occurrere. Ut omittam Illyrios, Triballos, Boeotiam, Thraciam, Spartam, Achaeos; Peloponnesum, quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioque perdomui; ecce orsi bellum ad Hellespontum, Jonas, Aeolidem servitio barbariae impotentis eximimus; Cariam, Lydiam, Cappadociam, Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Pisidas, Ciliciam, Syriam, Phoenicem, Armeniam, Persidem, Medos, Parthienem habemus in potestate: plures provincias complexus sum, quam alii urbes ceperunt: et nescio, an enumeranti mihi, quaedam ipsarum rerum multitudo subduxerit.* [1]) *Itaque si crederem, satis certam esse possessionem terrarum, quas tanta velocitate domuimus; ego vero milites, ad penates meos, ad parentem sororesque, et ceteros cives, vel renitentibus vobis erumperem; ut ibi potissimum parta vobiscum laude et gloria fruerer, ubi nos uberrima victoriae praemia exspectant: liberorum, conjugum, parentumque laetitia, pax, quies, rerum per virtutem partarum secura possessio. Sed in novo, et (si verum fateri volumus) precario imperio, adhuc jugum ejus rigida cervice subeuntibus barbaris, tempore, milites, opus est, dum mitioribus ingeniis imbuantur, et efferatos mollior consuetudo permulceat. Fruges quoque maturitatem statuto tempore exspectant: adeo etiam illa sensus omnis expertia, tamen sua lege mitescunt.* [2]) *Quid?*

---

Heiterkeit und hohem Muthe belebt worden wären; vulgi: gregariorum militum; in rem: utilia.

Inh. Alexander ermuntert seine Soldaten, den in Asien angefangenen Krieg fortzusetzen und zu vollenden.

[1]) Magnitudinem rerum st. magnas res; res gerere, Thaten verüben; intuentibus: si intuemini; minime etc., so ist es keineswegs zu verwundern, daß ihr, mit Ruhme gesättigt, euch nach Ruhe sehnet; omittam: silentio praeteream; alia — perdomui: alia per me ipsum, alia per meos duces perdomui; orsi: postquam orsi sumus; ad Hellespontum, Andere: *ab Hellesponto*; exemimus: liberavimus; complexus sum: cepi; nescio, an: fortassis; enumeranti: dum enumerabam; quaedam, sc. nomina provinciarum; subducere, beifallen, einfallen.

[2]) Vero: profecto; parentem: Olympiadem; civis, Unterthan; vel vobis, auch wider euern Willen; erumpere, mit Gewalt gehen, forteilen; liberorum: nempe liberorum; precarium imperium heißt hier: ein noch nicht hinlänglich befestigtes Reich; jugum rigida cervice subire, den harten Nacken ungern unter das Joch beugen; dum etc., bis man ihnen mildere Gesinnungen beibringt, und diese Wilden ein sanfterer Umgang milder macht; statuto tempore, zur be-

*creditis tot gentes, alterius imperio ac nomine adsuetas, non sacris, non moribus, non commercio linguae nobiscum cohaerentes, eodem proelio domitas esse, quo victae sunt? Vestris armis continentur, non suis moribus; et qui praesentes metuunt, in absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas captas et inclusas, quia ipsarum natura non potest, longior dies mitigat. Et adhuc sic ago, tanquam omnia subacta sint armis, quae fuerunt in ditione Darii. Hyrcaniam Nabarzanes occupavit: Bactra non possidet solum parricida Bessus, sed etiam minatur: Sogdiani, Dahae, Massagetae, Sacae, Indi sui juris sunt. Omnes hi, simul terga nostra viderint, sequentur.* [3]) *Illi enim ejusdem nationis sunt; nos alienigenae et externi. Suis autem quique parent placidius; etiam cum is praeest, qui magis timeri potest. Proinde, aut quae cepimus, omittenda sunt; aut quae non habemus, occupanda. Sicut in corporibus aegris, milites, nihil quod nociturum est, medici relinquunt; sic nos, quidquid obstat imperio, recidamus. Parva saepe scintilla contemta magnum excitavit incendium. Nihil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorem negligentia facies.* [4]) *Ne Darius quidem hereditarium Persarum accepit imperium; sed in sedem Cyri, beneficio Bagoae castrati hominis, admissus: ne vos magno labore creditis Bessum vacuum regnum occupaturum. Nos vero peccavimus, milites, si Darium ob hoc vicimus, ut servo ejus traderemus imperium: qui ultimum ausus scelus regem suum, etiam externae opis egentem, certe, cui nos victores pepercissemus, quasi captivum in vinculis habuit; ad ultimum, ne a nobis conservari posset, occidit. Hunc vos regnare patiemini? quem equidem cruci affixum videre festino, omnibus regibus gentibusque fidei, quam violavit, meritas poenas solventem,* [5]) *At hercule, si mox eundem Graecorum*

---

stimmten Zeit; adeo etc., eben so werden auch solche empfindungslose Wesen, jedoch nach ihrem Gesetze (zur gehörigen Zeit) reif (milde).

[3]) Sacra, Religion; commercium linguae, Gemeinschaft der Sprache; continere, im Zaume, in Gehorsam halten; in absentia, sc. vestra; mihi tecum res est, ich habe es mit dir zu thun; longior dies: longius tempus, die Länge der Zeit; sic ago: sic locutus sum; minatur, sc. nobis, bedrohen; sui juris esse, sein eigener Herr seyn; simul: simul ac; sequentur, sc. nos.

[4]) Placidius parere, ruhiger gehorchen; etiam etc., wenn auch ein solcher Herrscher mehr zu fürchten ist (wegen s. Grausamkeit); omittere, aufgeben, fahren lassen; recidere, abschneiden, b) ausrotten, wegräumen; tuto, sc. modo.

[5]) Imperium hereditarium accipere, ein Reich erben; sedes,

*urbes aut Hellespontum vastare nuntiatum erit vobis, quo dolore afficiemini, Bessum praemia vestrae occupasse victoriae? Tunc ad repetendas res festinabitis; tunc arma capietis. Quanto autem praestat, territum adhuc et vix mentis suae compotem opprimere? Quatridui nobis iter superest, qui tot proculcavimus nives, tot amnes superavimus, tot montium juga transcurrimus. Non mare illud, quod exaestuans iter fluctibus occupat, euntes nos moratur; non Ciliciae fauces et angustiae includunt: plana omnia et prona sunt. In ipso limine victoriae stamus.* [6]) *Pauci nobis fugitivi et domini sui interfectores supersunt. Egregium mehercule opus, et inter prima gloriae vestrae numerandum posteritati famaeque tradetis, Darii quoque hostis, finito post mortem ejus odio, parricidas esse vos ultos, neminem impium effugisse manus vestras. Hoc perpetrato, quanto creditis Persas obsequentiores fore, cum intellexerint vos pia bella suscipere, et Bessi sceleri, non nomini suo, irasci?* [7])

IV. Summa militum alacritate, jubentium, *quocunque vellet, duceret*, oratio excepta est. Nec rex moratus impetum; tertioque per Parthienem die ad fines Hyrcaniae penetrat; Cratero relicto cum iis copiis, quibus praeerat, et ea manu, quam Amyntas ducebat, additis sexcentis equitibus, et totidem sagittariis, ut ab incursione barbarorum Parthienem tueretur. Erigyium *impedimenta*, modico praesidio dato, *campestri itinere ducere* jubet. Ipse cum phalange et equitatu CL stadia emensus, castra in valle, qua

---

Thron; Bagoas half dem Darius Codomannus auf den Thron; servo: Bocho; ultimum: maximum, gravissimum; quem equidem etc., den ich für meine Person am Kreuze aufgehängt zu sehen eile, damit alle Könige und Völker wegen seiner verletzten Treue nach Gebühr an ihm gerächet werden.

6) Praemia occupare, den Preis entreißen; res repetere, das Verlorne wieder zu erobern suchen; opprimere, überfallen; mare illud: Pamphylium; quod — occupat, welches wallend den Weg mit Fluthen bedeckt.

7) Egregium etc., fürwahr! ein herrliches und unter die ausgezeichnetesten Thaten eurer Berühmtheit zu rechnendes Werk werdet ihr der Nachwelt und dem Ruhme überliefern; prima, Andere: *praemia*; Darii quoque hostis, Andere: *Darium quoque hostem*; nomini suo: persico nomini et nationi.

Inh. Beschreibung des wunderbaren Flußes Ziobetis und des caspischen Meeres. Alexander sichert dem Nabarzanes Begnadigung zu, die er auch einigen Anführern des Darius wirklich ertheilt.

Hyrcaniam adeunt, communit. [1]) Nemus praealtis densisque arboribus umbrosum est, pingue vallis solum rigantibus aquis, quae ex petris imminentibus manant. Ex ipsis radicibus montium Ziobcris amnis effunditur, qui tria fere stadia in longitudinem universus fluit; deinde saxo, quod alveolum interpellat, repercussus, duo itinera velut dispensatis aquis aperit. Inde torrens, et saxorum, per quae incurrit, asperitate violentior, terram praeceps subit. Per CCC stadia conditus labitur: rursusque velut ex alio fonte conceptus editur, et novum alveum intendit, priore sui parte spatiosior. [2]) Quippe in latitudinem XIII stadiorum diffunditur: rursusque angustioribus coërcitus ripis iter cogit; tandem in alterum amnem cadit, cui *Rhidago* nomen est. Incolae affirmabant, *quaecunque dimissa essent in cavernam, quae propior est fonti, rursus ubi aliud os amnis aperit, exsistere.* Itaque Alexander *duos tauros*, *qua subeunt aquae terram, praecipitari* jubet, quorum corpora, ubi rursus erumpit, expulsa videre, qui missi erant, ut exciperent. Quartum jam diem eodem loco quietem militi dederat; cum literas Nabarzanis, qui Darium cum Besso intercepera, accipit, quarum sententia haec erat: [3]) *Se Dario non fuisse inimicum; immo etiam, quae credidisset utilia esse, suasisse: et quia fidele consilium regi dedisset, prope occisum ab eo. Agitasse Darium, custodiam corporis sui,*

---

[1]) Summa etc., diese Rede wurde mit der lebhaftesten Freude von den Soldaten aufgenommen, die darauf drangen, sie dahin zu führen, wohin er immer wünschen würde; jubentium, Andere: *subeuntium*; jubere heißt hier dringend wünschen, verlangen; impetum non morari, sich der ersten Hitze bedienen, sie nicht erkalten lassen; ex manu, sc. relicta; ab incursione tueri, gegen den Einfall schützen, sichern; H. adire, nach H. gehen.

[2]) Nemus, sc. ibi; umbrosus, schattenreich; imminere, von oben hervorragen, herabhängen; effundi, entspringen; universum fluere, ungetheilt fortlaufen; saxo repercuti, von einem Felsen zurückgeschlagen werden, an einem F. abprellen; interpellare, aufhalten; duo etc., und eröffnet sich zwei Wege (bildet zwei Arme), indem sich das Wasser fast gleich theilt; inde torrens etc., von da aus ist der Waldstrom reißender, und stürzt über rauhe Felsen jäh unter die Erde; conceptus edi, hervorkommen, hervorbrechen; novum a. intendere, ein neues Flußbett einschlagen; priore etc., welches breiter ist, als das vorige.

[3]) Diffundi, sich ergießen, ausbreiten; rursusque — cogit, wird wieder, von engern Ufern eingeschlossen, schmäler; demittere, hineinwerfen; os, Mündung, Oeffnung; exsistere, zum Vorscheine kommen; erumpit, sc. amnis; videre, sc. ii; interceperat: ceperat.

*contra jus fasque, peregrino militi tradere, damnata popularium fide, quam per ducentos et triginta annos inviolatam regibus suis praestitissent. Se in praecipiti et lubrico stantem consilium a praesenti necessitate repetisse. Darium quoque, cum occidisset Bagoan, hac excusatione satisfecisse popularibus*, quod insidiantem sibi interemisset. *Nihil esse miseris mortalibus spiritu carius.* [4]) *Amore ejus ad ultima esse propulsum. Sed ea magis esse secutum, quae coëgisset necessitas, quam quae optasset. In communi calamitate suam quemque habere fortunam. Si venire se juberet, sine metu esse venturum. Non timere, ne fidem datam tantus rex violaret: Deos a Deo falli non solere. Ceterum si, cui fidem daret, videretur indignus, multa exsilia patere fugienti: patriam esse, ubicunque vir fortis sedem elegerit.* Nec dubitavit Alexander, fidem, quo Persae modo accipiebant, dare, *Inviolatum, si venisset, fore.* Quadrato tamen agmine et composito ibat, speculatores subinde praemittens, qui explorarent loca. Levis armatura ducebat agmen: phalanx eam sequebatur: post pedites erant impedimenta. [5]) Et gens bellicosa, et natura situs difficilis aditu, curam regis intenderat. Namque perpetua vallis jacet, usque ad mare Caspium patens. Duo terrae ejus velut brachia excurrunt: media flexu modico sinum faciunt, lunae maxime similem, cum eminent cornua, nondum totum orbem sidere implente. Cercetae, Mosyni, et Chalybes a laeva sunt: ab altera parte Leucosyri, et Amazonum campi; et illos qua vergit ad Septemtrionem, hos ad occasum conversa prospectat. [6]) Mare

---

[4]) Suasisse, sc. ei; occisum, sc. se esse; agitare, Willens seyn, damit umgehen; p. militi, der Sing. st. des Plur.; tradere, anvertrauen; damnare, Mißtrauen in Jem. setzen, o. für verdächtig halten; se in praecipiti etc., in dieser gefahrvollen und bedenklichen Lage habe er einen Entschluß nach dem gegenwärtigen Drange gefaßt; Bogoas wollte den Darius vergiften, dieser zwang ihn aber, das Gift selbst zu nehmen; spiritus: vita.

[5]) Ejus, sc. spiritus; fortunam s. habere, auf seine eigene Wohlfahrt sehen; a deo, — er nennt ihn so, weil Alexander sich dafür hielt, und um hierdurch s. Gunst zu gewinnen; indignus, sc. Alexandro; quo Persae modo, sc. ut dextram rex daret, aut praesenti, aut per internuntium; quadrato et comp. agmine ire, in Schlachtordnung marschiren; agmen ducebat: prima ibat.

[6]) Et gens etc.: et quia — erat; gens bellicosa: intelligas Tapuros et alios ista juga tenentes; difficilem aditu, schwer zukommen, beikommen, angreifen können; intenderat: auxerat; jacet, sc. ibi; patere, sich erstrecken; duo terrae ejus — prospectat: Curtius liefert hier eine ganz falsche Beschreibung, indem er das ca-

Caspium, dulcius ceteris, ingentis magnitudinis serpentes alit: pisces longe diversi ab aliis coloris. Quidam *Caspium*, quidam *Hyrcanum* appellant: alii sunt, qui *Maeotim paludem in id cadere* putent: et argumentum afferunt, *aquam, quod dulcior sit quam cetera maria, infuso paludis humore mitescere*. A Septemtrione ingens in litus mare incumbit, longeque agit fluctus, et magna parte exaestuans stagnat. Idem alio coeli statu recipit in se fretum, eodemque impetu, quo effusum est, relabens, terram naturae suae reddit. Et quidam credidere, non Caspium mare esse; sed ex India in Hyrcaniam cadere, cujus fastigium, ut supra dictum est, perpetua valle submittitur. [7]) Hinc rex XX stadia processit semita propemodum invia, cui silva imminebat, torrentesque et eluvies iter morabantur. Nullo tamen hoste obvio, penetravit; tandemque ad ulteriora perventum est. Praeter alios commeatus, quorum tum copia regio abundabat, pomorum quoque ingens modus nascitur, et uberrimum gignendis uvis solum est. Frequens arbor faciem quercus habet, cujus folia multo melle tinguntur: sed nisi solis ortum incolae occupaverint, vel modico tepore succus exstinguitur. XXX hinc stadia processerat, cum Phrataphernes ei occurrit, seque et eos, qui post Darii mortem profugerant, dedens: quibus benigne exceptis, ad oppidum Arvas pervenit. [8]) Hic ei Craterus et Erigyus occurrunt. Praefectum Tapuro-

---

spische Meer mit dem Pontus Euxinus verwechselt; duo terrae etc., dieses Land umgeben Gebirge, gleichsam wie zwei Arme, welche in der Mitte durch eine kleine Krümmung einen Busen bilden, der sehr viel Aehnlichkeit mit dem Monde hat, wenn die Hörner hervorragen, und noch nicht Vollmond ist; vergit, sc. haec terra.

[7]) Dulcius ceteris, — weil sich viele Flüße in dasselbe ergießen; argumentum afferre, einen Beweis anführen; aquam etc., daß die größere Süßigkeit des Meerwassers von dem beigemischten Sumpfwasser herrühre. Beim Nordwinde erhebt sich das Meer sehr stark gegen das Ufer, treibt weit die Wellen, bedeckt mit den Fluthen einen großen Theil des Landes, und bildet gleichsam einen See. Sobald sich aber dieser Wind legt, nimmt es das Wasser (fretum st. aquas) wieder auf, fließt mit derselben Heftigkeit, mit der es sich (über das Ufer) ergossen hat, zurück, und läßt das Land ohne Wasser zurück; fastigium, Gipfel, Anhöhen; perpetua v. submitti, in ein fortlaufendes Thal sich erniedrigen.

[8]) Eluvies, Abgrund, Schlucht; ad ulteriora pervenire, weiter, tiefer in das Land kommen; modus, Menge; gignendis uvis, zum Weinbau; frequens etc., ein dort häufiger Baum gleicht einer Eiche (der Mannabaum), deren Blätter von vielem Honig kleben, o. triefen; occupare, zuvorkommen; exstingui, vertrocknen; Phrataphernes, der Statthalter von Hyrkanien; Arvae, eine unbekannte Stadt.

rum gentis Phradatem adduxerant. Hic quoque in fidem receptus, multis exemplo fuit experiendi clementiam regis. Satrapem deinde Hyrcaniae dedit Menapim: exsul hic regnante Ocho ad Philippum pervenerat. Tapurorum quoque gentem Phradati reddidit. [9])

V. Jamque rex ultima Hyrcaniae intraverat, cum Artabazus (quem Dario fidissimum fuisse supra diximus) cum propinquis Darii ac suis liberis modicaque Graecorum militum manu occurrit. Dextram venienti obtulit rex: quippe et hospes Philippi fuerat, cum Ocho regnante exsularet; et hospitii pignora in regem suum ad ultimum fides conservata vincebat. Comiter igitur exceptus, *Tu quidem*, inquit, *rex, perpetua felicitate floreas. Ego ceteris laetus, hoc uno torqueor, quod praecipiti senectute, diu frui tua bonitate non possum.* Nonagesimum et quintum annum agebat. Novem juvenes, eadem matre geniti, patrem comitabantur: hos Artabazus dextrae regis admovit, precatus *ut tam diu viverent, donec utiles Alexandro essent.* [1]) Rex pedibus iter plerumque faciebat: tunc *admoveri sibi et Artabazo equos* jussit; ne ipso ingrediente pedibus, senex equo vehi erubesceret. Deinde ut castra sunt posita, *Graecos*, quos Artabazus adduxerat, *convocari* jubet: at illi, *nisi Lacedaemoniis fides daretur*, respondent, *se*, *quid agendum ipsis foret, deliberaturos.* Legati erant Lacedaemoniorum missi ad Darium, quo victo applicaverant se Graecis mercede apud Persas militantibus. Rex, *omissis sponsionum fideique pignoribus*, *venire eos* jussit, *fortunam quam ipse dedisset habituros.* Diu cunctantes, plerisque consilia variantibus, tandem *venturos se* pollicentur. [2]) At Democrates Atheni-

---

[9]) Tapurorum gens, — es hielt einen Theil des Gebirges zwischen Hyrkanien und Parthiene besetzt.

Inh. Alexander nimmt den Artabaz unter außerordentlichen Gunstbezeigungen auf, begnadigt die bisher in des Darius Diensten gestandenen Griechen, besiegt die Marder, und befriedigt die Wünsche der Amazonenköniginn Thalestris.

[1]) Ultima intrare, an die äußersten Gränzen kommen; modica m., nicht große Anzahl; et hospitii etc., sondern auch seine dem Könige bis an das Ende bewiesene Treue übertraf noch die Pflichten der Gastfreundschaft; p. felicitate florere, beständig glücklich seyn; ego etc., ich bin übrigens vergnügt; torquere, peinigen, quälen; praecipiti s., bei meinem hohen Alter; aliquem dextrae regis admovere, Jem. zum Handkusse bei dem Könige aufführen; precatus, sc. Deos.

[2]) Admoveri: adduci; erubescere, erröthen, sich schämen; illi: Graecorum legati; fidem dare, sicheres Geleit geben; Lace-

ensis, qui maxime Macedonum opibus semper obstiterat, venia desperata, gladio se transfigit. Ceteri, sicut constituerant, ditioni Alexandri se ipsos permittunt. Mille et D milites erant: praeter hos legati ad Darium missi XC. In supplementum distributus miles; ceteri remissi domum, praeter Lacedaemonios, quos *tradi in custodiam* jussit. Mardorum erat gens confinis Hyrcaniae, cultu vitae aspera, et latrociniis adsueta. Haec sola nec legatos miserat, nec videbatur imperata factura. Itaque rex indignatus, si una gens posset efficere, ne invictus esset, impedimentis cum praesidio relictis, invicta manu comitante procedit. [3]) Noctu iter fecerat, et prima luce hostis in conspectu erat: tumultus magis quam proelium fuit. Deturbati ex collibus, quos occupaverant, barbari profugiunt: proximique vici ab incolis deserti capiuntur. Interiora regionis ejus haud sane adire sine magna vexatione exercitus poterat. Juga montium praealtae silvae rupesque inviae sepiunt: ea, quae plana sunt, novo munimenti genere impedierant barbari. Arbores densae sunt ex industria consitae, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rursus inserunt terrae: inde velut ex alia radice laetiores virent trunci. Hos, qua natura fert, adolescere non sinunt: quippe alium alii quasi nexu conserunt; qui ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt terram. [4]) Itaque occulti nexus ramorum velut laquei per-

---

daemoniis, Andere: *Lacedaemoniis et Sinopensibus*; se applicare, sich anschließen, verbinden; omissis — pignoribus, ohne von feierlichen Verheißungen und sicherem Geleite etwas wissen zu wollen; fortunam — habituros, sich auf Gnade o. Ungnade zu stellen; cunctari, Bedenken tragen, unschlüßig seyn; consilia variare, bald Dieses, bald Jenes rathen, in Entschlüßen, Meinungen schwanken.

[3]) Democrates ist ganz unbekannt; veniam, v. ae, v. de venia desperare, an der Begnadigung verzweifeln; deditioni alicujus se permittere, sich Jem. auf Gnade u. Ungnade (Diskretion) ergeben; in supplementum distribuere, zur Ergänzung vertheilen; ceteri: legati; cultus v. asper, rauhe Lebensart; imperata facere, die Befehle vollziehen; praesidium, Bedeckung.

[4]) Et p. luce etc., und bei Anbruch des Tages wurde er des Feindes ansichtig; tumultus, Scharmützel; deturbare, vertreiben, verjagen; interiora sine vexatione adire, in das Innere ohne Beschwerlichkeit bringen; sepiunt: circumdant; ea, quae p. sunt, das platte Land; impedire, unwegsam machen, verbauen, befestigen; arbores ex industria densas conserere, die Bäume mit Fleiß dicht an einander pflanzen; intortus, gebogen; terrae inserere, in die Erde senken; inde velut etc., von wo aus die Stämme gleichsam aus einer neuen Wurzel viel stärker ausschlagen; qua natura fert, wie es die Natur

petua sepe iter claudunt. Una ratio erat, caedendo aperire saltum: sed hoc quoque magni operis. Crebri namque nodi duraverant stipites, et in se implicati arborum rami suspensis circulis similes, lento vimine frustrabantur ictus. Incolae autem, ritu ferarum virgulta subire soliti, tum quoque intraverant saltum, occultisque telis hostem lacessabant. Ille venantium modo latibula scrutatus, plerosque confodit, ad ultimum *circumire saltum milites* jubet, *ut si qua pateret, irrumperent.* Sed ignotis locis plerique oberrabant. [6]) Excepti sunt quidam; inter quos equus regis, *Bucephalum* vocabant: quem Alexander non eodem quo ceteras pecudes animo aestimabat. Nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium; et regem, cum vellet ascendere, sponte sua genua submittens excipiebat, credebaturque sentire quem veheret. Majore ergo, quam decebat, ira simul ac dolore stimulatus, *equum vestigari* jubet, *et per interpretem pronuntiari, ni reddidissent, neminem esse victurum.* Hac denuntiatione territi, cum ceteris donis equum adducunt. Sed ne sic quidem mitigatus, *caedi silvas* jubet, *adgestaque humo e montibus planitiem ramis impeditam exaggerari.* [6]) Jam aliquantulum altitudinis opus creverat, cum barbari, desperato regionem, quam occupaverant, posse retineri, gentem suam dedidere. Rex, obsidibus acceptis, *Phradati tradere eos* jussit. Inde quinto die in stativa revertitur. Artabazum deinde, geminato honore, quem Darius habuerat ei, remittit domum. Jam ad urbem Hyrcaniae, in qua regia Darii fuit, ventum erat. Ibi Nabarzanes accepta fide occurrit, dona ingentia ferens. Inter quae Bagoas erat, specie singulari spado, atque in ipso flore pueritiae; cui et Darius fuerat adsuetus, et mox Alexander adsuevit: ejusque maxime pre-

---

mit sich bringt; quippe etc., denn sie flechten sie gleichsam über einander, und wenn sie dann stark belaubt sind, bedecken sie das Erdreich.

[5]) Itaque etc., und auf diese Art versperren die in einander geschlungenen Aeste gleich Stricken vermittelst eines ununterbrochen fortlaufenden Zauns den Weg; aperire, besser: aperiendi; magni operis esse, viel Mühe kosten; suspensi circuli, Vogelsprenkel; lento vimine, wegen des zähen Reisigs; virgulta subire, unter dem Gesträuch fortkriechen, fortgehen; occultis t. h. lacessere, versteckt den Feind beschießen; circumire, umringen.

[6]) Non eodem animo, quo: pluris, quam; genua submittere, niederknien; excipere, aufnehmen, aufsehen lassen; majore — stimulatus, von Zorn und Schmerz mehr gereizt, als es sich für ihn ziemte; vestigare, aufsuchen; vincere, mit dem Leben davon kommen; sic: hoc modo; exaggerare, Erde aufhäufen, einen Damm machen, ausfüllen.

cibus motus Nabarzani ignovit. Erat, ut supra dictum est, Hircaniae finitima gens Amazonum, circa Thermodoonta amnem Themiscyrae incolentium campos. 7) Reginam habebant Thalestrim, omnibus inter Caucasum montem et Phasin amnem imperitantem. Haec cupidine visendi regis accensa finibus regni sui excessit; et cum haud procul abesset, praemisit indicantes, *venisse reginam adeundi ejus cognoscendique avidam.* Protinus facta potestate veniendi, ceteris jussis subsistere, CCC feminarum comitata processit. Atque ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiliit duas lanceas dextra praeferens. Vestis non toto Amazonum corpore obducitur: nam laeva pars ad pectus est nuda, cetera deinde velantur. Nec tamen sinus vestis, quem nodo colligunt, infra genua descendit. 8) Altera papilla intacta servatur, qua muliebris sexus liberos alant; aduritur dextra, ut arcus facilius intendant, et tela vibrent. Interrito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum ejus haudquaquam rerum famae parem oculis perlustrans. Quippe hominibus barbaris in corporum majestate veneratio est; magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est. Ceterum interrogata, *num aliquid petere vellet;* haud dubitavit fateri, *ad communicandos cum rege liberos se venisse: dignam, ex qua ipse regni generaret haeredes.* 9) *Feminini sexus se retenturam; marem*

---

7) Jam etc., der Damm hatte schon eine gewisse Höhe erreicht; desperato: postquam desperatum erat; retinere, behaupten; gentem suam dedidere: se dedidere; specie singulari esse, außerordentlich schön seyn; atque in ipso flore pueritiae, und gerade in der Jugendblüthe; adsuescere, Umgang haben; finitimum esse, angränzen; Themiscyra, eine Landschaft im Pontus, von der Stadt gleichen Namens so benannt.

8) Inter Caucasum et Phasin, — Curtius verwechselt hier abermals das caspische Meer mit dem Pontus Euxinus, in welchen sich beide Flüße ergoßen. Uebrigens ist die ganze Erzählung von den Amazonen nichts anders, als eine Fabel; omnibus imperitare, Alles beherrschen; finibus r. s. excedere, ihr Reich verlassen, sich aus ihrem Reiche begeben; praemisit indicantes: praemisit quosdam e suis, quae indicarent; adeundi: invisendi; alicui potestatem facere, Jem. die Erlaubniß ertheilen; CCC feminarum comitata, Andere: *comitatu;* in conspectu esse, erblicken; obduci, bedecken; ad pectus, bis an die Brust; sinus vestis, hier: der untere Theil des Kleides; nodo colligere, mit einem Gürtel zusammenbinden; infra genua descendere, über die Kniee reichen.

9) Papilla, Brust; intactam servare, unberührt lassen; qua: ut ea; muliebris sexus liberos, Mädchen, Töchter; adurere, ab-,

*reddituram patri.* Alexander, *an cum ipso militare vellet?* interrogat: et illa, causata *sine custode regnum reliquisse*, petere perseverabat, *ne se irritam spei pateretur abire.* Acrior ad Venerem feminae cupido, quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. XIII dies in obsequium desiderii ejus absumti sunt. Tum illa regnum suum, rex Parthienem petiverunt. [10])

VI. Hic vero palam cupiditates suas solvit; continentiamque et moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in superbiam ac lasciviam vertit. Patrios mores disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam, et civilem habitum, velut leviora magnitudine sua ducens; Persicae regiae, par Deorum potentiae fastigium aemulabatur. Jacere humi venerabundos pati coepit; paullatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere, et captivis pares facere expetebat. [1]) Itaque purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, vestemque Persicam sumsit; ne omen quidem

---

wegbrennen; habitus, Gestalt (Statur); rerum famae non parem esse, dem Rufe seiner Thaten nicht gleich seyn, nicht entsprechen; aliquid oculis perlustrare, etwas beaugenscheinigen, betrachten; quippe — est: quippe homines barbari majestatem corporum venerantur; species eximia, ausnehmende, ausgezeichnete Gestalt; liberos communicare, Kinder zeugen; ex aliqua regni heredes generare, Thronerben mit Einer zeugen.

[10]) Feminini sexus, sc. prolem; causari, vorschützen, vorwenden; custos, Statthalterinn; ne — abire, sie nicht ohne Erfüllung ihrer Hoffnung abziehen zu lassen; ad Venerem, zur sinnlichen Lust; in obsequium desiderii, zur Willfährigkeit ihres Verlangens.

Inh. Die Macedonier finden sich durch die schlechten Sitten ihres Königs beleidigt, der, um einem Aufstande vorzubeugen, sich zum Kriege gegen Bessus rüstet, und den Anfang dazu mit einer Kriegslist macht. Er verfolgt zuerst den von ihm abgefallenen Satibarzanes, vertreibt die Barbaren von dem Gebirge, und erobert Artacacna.

[1]) Cupiditates s. solvere, seinen Begierden die Zügel schießen lassen; in — bona, diese selbst auf dem erhabensten Throne s. hervorstechenden guten Eigenschaften; disciplina salubriter temperata, auf eine heilsame Art, gemäßigte Lebensweise; civilis habitus, herablassendes Wesen; Persicae regiae etc., und ahmte den Stolz der persischen Könige, die sich den Göttern gleich achteten, nach. Er fing es an zu dulden, daß man auf das Gesicht niederfiel, um ihn anzubeten. — Die Griechen nannten es προςκυνεῖν, und verabscheuten diese Erniedrigung von jeher; imbuere: adsuescere; expetere, wünschen, trachten, suchen.

veritus, quod a victoris insignibus in devicti transiret habitum. Et ille se quidem Persarum spolia gestare dicebat; sed cum illis quoque mores induerat; superbiamque habitus animi insolentia sequebatur. Literas quoque, quas in Europam mitteret, veteris annuli gemma obsignabat: iis, quas in Asiam scriberet, Darii annulus imprimebatur; ut appareret, unum animum duorum non capere fortunam. Amicos vero et equites, cumque his principes militum, aspernantes quidem, sed recusare non ausos, Persicis ornaverat vestibus. Pellices CCC et LX, totidem quot Darii fuerant, regiam implebant; quas spadonum greges, et ipsi muliebria pati assueti, sequebantur. [2]) Haec luxu et peregrinis infecta moribus veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates, palam aversabantur; totisque castris unus omnium sensus ac sermo erat, *plus amissum victoria, quam bello quaesitum esse. Tum maxime vinci ipsos, dedique alienis moribus et externis: tantae morae pretium, domos quasi in captivo habitu reversuros. Pudere jam sui. Regem, victis quam victoribus similiorem, ex Macedoniae imperatore Darii Satrapen factum.* Ille non ignarus, et principes amicorum, et exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat. Sed, opinor, liberis pretium servitutis ingratum est. Igitur ne in seditionem res verteretur, otium interpellandum erat bello; cujus materia opportune alebatur. Namque Bessus, veste regia sumta, *Artaxerxen appellari se* jusserat; Scythasque et ceteros Tanais accolas contrahebat. [3]) Haec Satibarzanes nuntiabat: quem receptum in fidem regioni, quam antea obtinuerat, prae-

---

[2]) Sumsit: induit; ne omen etc., und er fürchtete es nicht einmal als eine üble Vorbedeutung, da er die Ehrenzeichen als Sieger mit der Tracht des Ueberwundenen vertauschte; illis: spoliis; mores induere, S. annehmen; habitus, Tracht, Kleidung; ut appareret etc., damit man daraus ersehe, daß ein Oberhaupt zwei Reiche nicht übersehen könne; principes militum: praefecti m.; muliebria pati, sich wie Weiber brauchen lassen.

[3]) Haec, sc. instituta Alexandri; inficio, anstecken, verderben; rudis ad voluptates, mit den Wollüsten unbekannt; unus o. sensus, einmüthiger Sinn; quaerere, gewinnen; tum maxime etc., überdieß würden sie selbst jetzt besiegt (durch die Ueppigkeit), und fremden, auswärtigen Sitten preisgegeben: dieß sey die Belohnung für einen so langwierigen Zug ꝛc.; in captivo habitu: vestitu eorum, qui victi erant; pudere, sc. se, Macedones; Gratia, Zuneigung, Gunst; in seditionem vertere, zum Aufstande kommen; bello, sc. renovato; cujus etc., wozu sich eine schickliche Gelegenheit darbot; Tanais: Jaxartis, qui in lacum Aral effunditur.

fecit. Et cum grave spoliis apparatuque luxuriae agmen vix moveretur; *suas primum, deinde totius exercitus sarcinas, exceptis admodum necessariis, conferri* jussit *in medium*. Planities spatiosa erat, in quam vehicula onusta perduxerant. Exspectantibus cunctis, quid deinde esset imperaturus; *jumenta* jussit *abduci; suisque primum sarcinis face subdita, ceteras incendi* praecepit. Flagrabant exurentibus dominis, quae ut intacta ex urbibus hostium raperent, saepe flammas restinxerant, nullo sanguinis pretium audente deflere, cum regias opes idem ignis exureret. [4]) Brevis deinde oratio mitigavit dolorem, habilesque militiae, et ad omnia parati, laetabantur, *sarcinarum potius, quam disciplinae, fecisse jacturam*. Igitur Bactrianam regionem petebant. Sed Nicanor, Parmenionis filius, subita morte correptus, magno desiderio sui affecerat cunctos. Rex ante omnes moestus, cupiebat quidem subsistere funeri adfuturus; sed penuria commeatuum festinare cogebat. Itaque Philotas cum II millibus et DC relictus, ut justa fratri persolveret, ipse contendit ad Bessum. [5]) Iter facienti literae ei afferuntur a finitimis Satraparum; e quibus cognoscit, *Bessum quidem hostili animo occurere cum exercitu: ceterum Satibarzanem, quem Satrapem Ariorum ipse praefecisset, defecisse ab eo*. Itaque quamquam Besso imminebat, tamen ad Satibarzanem opprimendum praeverti optimum ratus, levem armaturam et equestres copias educit, totaque nocte strenue facto itinere, improvisus hosti supervenit. Cujus cognito adventu Satibarzanes cum II millibus equitum (nec enim plures subito contrahi poterant) Bactra perfugit, ceteri proximos montes occupaverunt. [6]) Praerupta rupes est, qua spectat Occidentem: eadem qua vergit

---

[4]) Spoliis, apparatuque luxuriae gravem esse, mit Beute und mit dem zur Schwelgerei dienenden Gepäcke beladen seyn; alicui facem subdere, etwas anzünden; flagrabant, sc. illa spolia etc., die Beute stand nun in Flammen, indem sie die Eigenthümer selbst verbrannten, welche, um dieselbe unversehrt aus den feindlichen Städten fortzuschleppen, oft das Feuer gelöscht hatten; nullo audente: et nullus audebat.

[5]) Disciplinae jacturam facere, die Kriegszucht einbüßen, verlieren; corripere, hinraffen; magno — affecerat, und verursachte eine allgemeine Betrübniß; moestus: moestus erat et cupiebat; justa persolvere, die letzte Ehre erweisen.

[6]) Iter facienti, auf dem Marsche; hostili animo occurrere, feindlich entgegenrücken; praefecisset, richtiger: fecisset; deficere, abfallen; imminere, bedrohen, nahe seyn; praevertere, zuvorkommen; strenue: celeriter.

ad Orientem leniore submissa fastigio, multis arboribus obsita, perennem habet fontem, ex quo largae aquae manant. Circumitus eius XXX et II stadia comprehendit. In vertice herbidus campus. *In hoc multitudinem imbellem considere* jubent: ipsi, qua rupes erat, arborum truncos et saxa obmoliuntur. XIII millia armata erant. In horum obsidione Cratero relicto, ipse Sartibarzanem sequi festinat. Et quia longius eum abesse cognoverat; ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant, redit. Ac primo *repurgari* jubet, *quidquid ingredi possent*: deinde ut occurrebant inviae cotes praeruptaeque rupes, irritus labor videbatur obstante natura. [7]) Ille, ut erat animi semper obluctantis difficultatibus, cum et progredi arduum, et reverti periculosum esset, versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, ita ut fieri solet ubi prima quaeque damnamus, subjiciente animo. Haesitanti, quod ratio non potuit, fortuna consilium subministravit. Vehemens Favonius erat, et multam materiam ceciderat miles aditum per saxa molitus. Haec vapore torrida inaruerat. Ergo *adgeri alias arbores* jubet, *et igni dari alimenta*: celeriterque stipitibus cumulatis fastigium montis aequatum est. Tunc undique ignis injectus cuncta comprehendit. Flammam in ora hostium ventus ferebat, fumus ingens velut quadam nube absconderat coelum. [8]) Sonabant incendio silvae; atque ea quoque, quae non incenderat miles, concepto igne proxima quaeque adu-

---

[7]) Rupes est, Vulg.; *erat*; qua (sc. parte) spectat Occidentem, gegen Untergang zu; eadem, sc. rupes etc., dessen Anhöhe gegen Aufgang sich sanft verlor (erniedrigt wurde), sehr waldig war, und eine nie versiegende, wasserreiche Quelle hatte; ejus: montis; multitudo imbellis, — nämlich Weiber, Kinder, Greise; jubent: barbari; ipsi: armati; obmoliri, vorschieben o. verschanzen; sequi: persequi; expugnare, im Kampfe bezwingen, besiegen, vertreiben; repurgare, wegräumen; quidquid ingredi possent, so weit man vorrücken konnte; quidquid ingredi possent: quousque ea parte, qua rupes erat, adscendere possent, saxa et arborum truncos removeri jubet.

[8]) Ille, ut erat etc., Alexander aber, dessen Muth stets gegen alle Schwierigkeiten kämpfte, gerieth, da das Vorrücken beschwerlich und der Rückzug gefährlich war, auf verschiedene Gedanken, verfiel bald auf dieses, bald auf jenes Mittel, wie es zu geschehen pflegt, wenn man unschlüssig ist. Während dieser Unschlüssigkeit gab ihm das Glück einen Rath an die Hand, den die Vernunft ihm zu geben nicht vermochte; aditum per saxa moliri, sich einen Weg über die Felsen bahnen (mühsam); haec inaruerant: haec ligna ardore solis exsiccata erant; in ora, in's Gesicht.

rebant. Barbari suppliciorum ultimum, si qua intermoreretur ignis, effugere tentabant; sed qua flamma dederat locum, hostis obstabat. Varia igitur caede consumti sunt. Alii in medios ignes, alii in petras praecipitavere se; quidam manibus hostium se obtulerunt: pauci semiustulati venere in potestatem. Hinc ad Craterum, qui Artacacna obsidebat, redit. Ille, omnibus praeparatis, regis exspectabat adventum, captae urbis titulo, sicut par erat, cedens. Igitur Alexander *turres admoveri* jubet: ipsoque adspectu territi barbari, e muris supinas manus tendentes, orare coeperunt, *iram in Satibarzanem defectionis auctorem reservaret; supplicibus semet dedentibus parceret.* 9) Rex data venia, non obsidionem modo solvit, sed omnia sua incolis reddidit. Ab hac urbe digresso supplementum novorum militum occurrit. Zoilus D equites ex Graecia adduxerat: III millia ex Illyrico Antipater miserat. Thessali equites C et XXX cum Philippo erant: ex Lydia II millia, et DC, peregrinus miles, advenerant: CCC equites gentis ejusdem sequebantur. Hac manu adjecta Drangas pervenit. Bellicosa natio est. Satrapes erat Barzaëntes, sceleris in regem suum particeps Besso. Is suppliciorum, quae meruerat, metu profugit in Indiam. 10)

VII. Jam nonum diem stativa erant, cum externa vi non interritus modo rex, sed invictus, intestino facinore petebatur. Dymnus, modicae apud regem auctoritatis et gratiae, exoleti, cui *Nicomacho* erat nomen, amore flagrabat, obsequio uni sibi dediti corporis victus. Is, quod ex vultu quoque perspici poterat, similis attonito, remotis arbitris cum juvene secessit in templum, *arcana se et silenda afferre*

---

9) Sonare, prasseln; proxima quaeque adurere, alles zunächst Stehende anbrennen, die Flamme immer weiter verbreiten; barbari etc., wenn das Feuer irgendwo erstarb, suchten die Barbaren dem so schrecklichen Tode zu entgehen; allein, wo ihnen die Flamme Platz machte, da stellte sich ihnen der Feind entgegen. Sie kamen daher auf verschiedene Art um's Leben; se offerre, sich preisgeben; in potestatem, sc. Macedonum; captae urbis etc., indem er den Ruhm, die Stadt erobert zu haben, nach Gebühr dem Al. vorbehielt; ipsoque, sc. ejus, Alexandri; e muris supinas m. tendere, die Hände von den Mauern herab ausstrecken.

10) Veniam alicui dare, Jem. verzeihen, begnadigen; solvere, aufheben; alicui occurrere, zu Jem. kommen, stoßen; adjecta, sc. sibi, nach dieser erhaltenen Verstärkung kam er zu den Drangern; Drangae, arum, ein Volk in Asien, hinter Persien, in Drangiana, durch welches Land der Fluß Sigestan fließt; participem esse alicui, mit Jem. Theil haben; is, Barzaëntes.

*praefatus:* suspensumque exspectatione *per mutuam caritatem et pignora utriusque animi* rogat, *ut affirmet jurejurando, quae commisisset, silentio esse tecturum.* [1]) Et ille ratus, nihil, quod etiam cum perjurio detegendum foret, indicaturum, *per praesentes Deos* jurat. Tum Dymnus aperit, *in tertium diem insidias regi comparatas, seque ejus consilii fortibus viris et illustribus esse participem.* Quibus juvenis auditis, *se vero fidem in parricidio dedisse* constanter abnuit, *nec ulla religione, ut scelus tegat, posse constringi.* Dymnus, et amore et metu amens, dextram exoleti complexus, et lacrimans, orare primum, *ut particeps consilii operisque fieret. Si id sustinere non posset: attamen ne proderet se, cujus erga ipsum benevolentiae praeter alia hoc quoque haberet fortissimum pignus, quod caput suum permisisset fidei adhuc inexpertae.* [2]) Ad ultimum aversari scelus perseverantem metu mortis terret: *ab illo capite conjuratos pulcherrimum facinus inchoaturos.* Alias deinde *effeminatum et muliebriter timidum,* alias *proditorem amatoris* appellans, nunc ingentia promittens, interdumque regnum quoque, versabat animum tanto facinore procul abhorrentem. Strictum deinde gladium modo illius, modo suo admovens jugulo, supplex idem et infestus expressit tandem,

---

Inh. Dymnus entdeckt eine Verschwörung gegen Alexander dem Nikomachus, und dieser durch seinen Bruder Zebalin dem Alexander, worauf sich Dymnus entleibt.

[1]) Jam etc., man lag schon neun Tage still, indem der König, der hinsichtlich eines auswärtigen Feindes nicht nur unerschrocken, sondern auch unüberwindlich war, durch eine Verschwörung seiner eigenen Leute aus dem Wege geräumt werden sollte; apud aliquem modicae auctoritatis et gratiae esse, bei Jem. ziemlich angesehen und beliebt seyn; exoleti amore flagrare, einen unzüchtigen Jüngling heftig lieben; obsequio etc., indem er von der Willfährigkeit desselben, weil er ihm allein ergeben war, ganz gefesselt wurde; victus, Andere: *vinctus*; praefatus: postquam praefatus erat; silenda: reticenda; committere: credere; suspensumque — rogat, er bat den äußerst neugierigen Jüngling bei ihrer wechselseitigen Liebe und den Beweisen ihrer gegenseitigen Gesinnung; jurejurando adfirmare, eidlich bekräftigen; quae commisisset: quae illi aperturus esset; silentio tegere: reticere.

[2]) Ratus: quia ratus est; cum perjurio, trotz dem Eide; per p. deos: in illo templo; insidias alicui comparare, Jem. nach dem Leben streben; fidem alicui dare, Jem. das Wort geben; in parricidio, graecismus, st. in parricidium; abnuit: negavit; religione constringi, durch eine Verbindlichkeit gebunden werden; opus, That, Ausführung; sustinere, über's Herz bringen; cujus benev-

*ut non solum silentium, sed etiam operam* polliceretur. ³) Namque abunde constantis animi, et dignus, qui pudicus esset, nihil ex pristina voluntate mutaverat. Sed *se captum Dymni amore* simulabat *nihil recusare.* Sciscitari inde pergit, *cum quibus tantae rei societatem inisset. Plurimum referre, quales viri tam memorabili operi admoturi manus essent.* Ille, et amore et scelere male sanus, simul gratias agit, simul gratulatur, *quod fortissimis juvenum non dubitasset se jungere Demetrio corporis custodi, Peucolao, Nicanori. Adjicit his Aphoebetum, Loceum, Dioxenum, Archepolim, et Amyntam.* ⁴) Ab hoc sermone dimissus Nicomachus ad fratrem, *Cebalino* erat nomen, quae acceperat, defert. Placet, *ipsum subsistere in tabernaculo; ne si regiam intrasset, non assuetus adire regem, coniurati proditos se esse resciscerent.* Ipse Cebalinus ante vestibulum regiae, neque enim propius aditus ei patebat, consistit, operiens aliquem ex prima cohorte amicorum, quo introduceretur ad regem. Forte ceteris dimissis, unus Philotas Parmenionis filius, incertum quam ob causam, substiterat in regia. Huic Cebalinus, ore confuso magnae perturbationis notas prae se ferens, aperit, quae ex fratre comperverat, *et sine cunctatione nuntiari regi* jubet. ⁵) Philotas,

---

lentiae, von seiner Zuneigung; fortissimum p., ein sehr starker Beweis; caput: vitam.

³) Perseverantem: cum perseveraret; metu mortis terrere, mit dem Tode schrecken, drohen; alias, alias, bald, bald; ingentia, ungeheure Dinge, goldene Berge; versare, verändern, reizen; procul: valde; gladium alicujus jugulo admovere, Jem. das Schwert an die Gurgel halten; supplex — expressit, und erzwang es endlich durch demüthiges Bitten und Drohen; polliceri, versprechen, — dem Scheine nach.

⁴) Et dignus, qui pudicus esset, der Schamhaftigkeit würdige Jüngling; nihil ex pristina voluntate mutare, nichts an seinem Vorhaben ändern; amore alicujus captus, aus L. zu Jem.; cum aliquo alicujus rei societatem inire, sich mit Jem. zu etwas verbinden; manus admovere, Hand anlegen, sich gebrauchen lassen; male sanus, seiner Vernunft nicht mächtig; fortissimis, Andere: *fortissimus;* D. corporis custodi, nämlich mit dem D. von der Leibwache.

⁵) Deferre, hinterbringen; acceperat: audierat; placet, man fand für gut; aliquem adire, bei, vor Jem. erscheinen; ex prima cohorte amicorum, h. e. ex numero eorum, qui inter praefectos macedonicos primi erant, Alexandroque carissimi. Vox cohors h. l. non de agmine militari intelligenda est. Prima cohors amicorum, kann hier heißen: die ausgezeichnetesten Staats-

laudato eo, protinus intrat ad Alexandrum; multoque invicem de aliis rebus consumto sermone, nihil eorum, quae ex Cebalino cognoverat, nuntiat. Sub vesperam eum prodeuntem in vestibulo regiae excipit juvenis, *an mandatum exsecutus foret* requirens. Ille, *non vacasse sermoni suo regem* causatus, discessit. Postero die Cebalinus venienti in regiam praesto est: intrantemque admonet *pridie communicatae cum ipso rei.* Ille *curae sibi esse* respondit: ac ne tum quidem regi, quae audierat, aperit. Coeperat Cebalino esse suspectus. [6]) Itaque non ultra interpellandum ratus, nobili juveni, *Metron* erat ei nomen, super armamentarium posito, *quod scelus pararetur*, indicat. Ille Cebalino in armamentario abscondito, protinus regi, corpus forte curanti, *quid ei index detulisset*, ostendit. Rex, ad comprehendendum Dymnum missis satellitibus, armamentarium intrat. Ibi Cebalinus gaudio elatus, *habeo te*, inquit, *incolumem ex impiorum manibus ereptum.* Percontatus deinde Alexander quae noscenda erant, ordine cuncta cognoscit. Rursusque institit quaerere, *quotus dies esset, ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium?* Atque illo fatente, *jam tertium esse;* existimans, haud incorrupta fide tanto post deferre quae audierat, *vinciri eum* jussit. [7]) Ille clamitare coepit, *eodem temporis momento, quo audisset, ad Philotam decurrisse: ab eo percontaretur.* Rex item quaerens, *an Philotam adisset? an institisset ei, ut perveniret ad se?* perseverante eo affirmare quae dixerat; manus ad coelum tendens, manantibus lacrimis, *hanc sibi a carissimo quondam amicorum relatam gratiam* querebatur. Inter haec Dymnus, haud ignarus quam ob causam arcesseretur

---

diener, Anführer; quo: ut ab eo; forte, zufällig; incertum, quam ob causam, man weiß nicht warum, aus unbekannter Ursache; ore confuso — prae se ferens, indem er in seiner bestürzten Miene Zeichen einer großen Verwirrung blicken ließ.

[6]) Multum sermonem de aliquo consumere, eine lange Unterredung mit Jem. halten; excipere, aufpassen; mandatum exsequi, den Auftrag vollziehen; requirens: interrogans; vaco, ich habe Zeit; alicui praesto esse, Jem. die Aufwartung machen; alicui v. cum aliquo rem communicare, Jem. etwas mittheilen; sibi aliquid curae esse, sich etwas angelegen seyn lassen.

[7]) Non ultra interpellare, nicht weiter stören, zur Last fallen; scelus parare, mit einer Greuelthat, Verschwörung umgehen; curare, sich pflegen, hier: baden, nach Diodor; gaudio elatus, vor Freude außer sich; habeo ereptum: eripui; ex quo, seitdem; haud incorrupta fide etc., daß er das Gehörte so spät nicht recht treulich ihm hinterbringe.

a rege, gladio, quo forte erat cinctus, graviter se vulnerat,
occursuque satellitum inhibitus, perfertur in regiam. Quem
intuens rex, *quod, inquit, in te, Dymne, tantum cogitavi
nefas, ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quo-
que ipso videretur?* Illum jam defecerat vox. [8]) Itaque
edito gemitu, vultuque a conspectu regis averso, subin-
de collapsus exstinguitur. Rex, Philota *venire in regiam*
jusso, *Cebalinus, inquit, ultimum supplicium meritus, si
in caput meum praeparatas insidias biduo texit, hujus
criminis reum Philotam substituit, ad quem protinus*
32 *indicium detulisse se affirmat. Quo propiore gradu ami-
citiae me contingis, hoc majus est dissimulationis tuae
facinus; et ego Cebalino magis, quam Philotae, id con-
venire fateor. Faventem habes judicem, si quod admitti non*
33 *oportuit, saltem negari potest.* [9]) Ad hoc Philotas haud
sane trepidus, si animus vultu aestimaretur, *Cebalinum qui-
dem scorti sermonem ad se detulisse; sed ipsum tam levi
auctori nihil credidisse*, respondit; *veritum, ne jurgium
inter amatorem et exoletum, non sine risu aliorum, detu-*
34 *lisset. Cum Dymnus interemerit se ipsum, qualiacunque
erant, non fuisse reticenda.* Complexusque regem orare
coepit, *ut praeteritam vitam potius, quam culpam, silentii
tamen, non facti ullius, intueretur.* Haud facile dixerim,
crediderit ne ei rex, an altius iram suppresserit: dextram
reconciliatae gratiae pignus obtulit, et *contemtum magis,
quam celatum indicium esse, videri sibi* dixit. [10])

---

[8]) Decurrisse: Philotae narrasse, detulisse; ab eo percon-
taretur, er konnte ihn selbst darum befragen; alicui insistere, in
Jem. dringen; tendens, sc. Alexander; occursa inhiberi, durch
die Dazukunft daran verhindert werden; quod tantum nefas in te
cogitavi, welch' großes Unrecht habe ich gegen dich beabsichtiget, o. welch'
großes Leid habe ich dir zufügen wollen; vox me deficit, es verläßt
mich die Sprache.

[9]) Gemitum edere, einen S. von sich geben; vultum a con-
spectu alicujus avertere, von Jem. das Gesicht abwenden; in ca-
put: in vitam; texit, sc. silentio; hujus — substituit h. e.:
Philotam suo loco sceleris reum fecit; p. g. amicitiam ali-
quam contingere, in näherer Vertraulichkeit mit Jem. stehen; con-
venire, sich schicken, zustehen; si — potuit, wenn dieses nicht hätte
begangen werden sollen; negare, läugnen, ablehnen.

[10]) Si — aestimaretur, wenn sich aus der Miene auf die Gesin-
nung (Bewußtseyn) schließen ließe; scortum, liederlicher Jüngling;
auctor, Gewährsmann; complexusque etc., er umfaßte den König,
und bat, er möchte lieber sein voriges Leben, als die Schuld hinsichtlich
des Verschweigens, welches doch keine That wäre, berücksichtigen. Ich

XXIX VIII. Advocato tamen consilio amicorum, cui tum Phi-
lotas adhibitus non est, *Nicomachum introduci* jubet. Is
eadem, quae detulerat ad regem, ordine exposuit. Erat
Craterus regi carus in paucis, et eo Philotae ob aemulatio-
nem dignitatis adversus: neque ignorabat, saepe Alexandri
auribus nimia jactatione virtutis atque operae gravem fuisse;
et ob ea non quidem sceleris, sed contumaciae tamen, suspe-
4 ctum. [1]) Non aliam premendi inimici occasionem aptiorem
futuram ratus, odio suo pietatis praeferens speciem, *Utinam,*
inquit, *in principio quoque hujus rei nobiscum deliberasses.*
*Suasissemus, si Philotae velles ignoscere, patereris potius*
*ignorare eum quantum deberet tibi; quam usque ad mortis*
*metum adductum, cogeres potius de periculo suo, quam de*
*tuo cogitare beneficio. Ille enim semper insidiari tibi po-*
*terit; tu non semper Philotae poteris ignoscere. Nec est*
*quod existimes, eum, qui tantum facinus ausus est, venia*
*posse mutari. Scit, eos, qui misericordiam consumserunt,*
7 *amplius sperare non posse. At ego, etiamsi ipse vel poeni-*
*tentia vel beneficio tuo victus quiescere volet; patrem ejus*
*Parmenionem, tanti ducem exercitus, et inveterata apud*
*milites tuos auctoritate, haud multum infra magnitudinis*
*tuae fastigium positum, scio non aequo animo salutem filii*
8 *sui debiturum tibi.* [2]) *Quaedam beneficia odimus. Meruisse*

---

will nicht entscheiden, ob ihm der König geglaubt, oder seinen Zorn so stark unterdrückt habe; wenigstens reichte er ihm seine Rechte zum Zeichen seiner wiedererhaltenen Gnade, und sagte; contemnere, geringschätzen, geringfügig finden; celatum: a Philota.

Inh. Auf Anrathen der Feldherrn des Alexander wird Philotas, Parmenios Sohn, der, wie man glaubte, die Verschwörung angestiftet, oder doch Theil daran gehabt, in Verhaft genommen, und mit verhülltem Haupte in das Hauptquartier gebracht.

[1]) Consilium amicorum advocare, seine Vertrauten versammeln; amicorum — Amici h. l. sunt summi agminum praefecti; adhibere, beiziehen; exposuit: narravit; alicui in paucis carum esse, Sem. Liebling seyn; eo: ideo; ob aem. dignitatis, aus Eifersucht wegen seines Ansehens; adversus, feind, abgeneigt; opera, geleistete Dienste; alicui gravem esse, Sem. lästig, beschwerlich fallen; ob ea, deßwegen; suspectum, Andere: *esse suspectum.*

[2]) Non aliam — occasionem aptiorem, st. aptissimam occasionem; premere, stürzen; odio suo pietatis speciem praeferre, seinen Haß unter dem Scheine der Liebe zum Könige (der Pflicht) verbergen; in principio: bevor die Verschwörung dem Philotas bekannt, und er begnadigt war; pateris etc., daß du es ihm vielmehr nicht merken ließest, wie viel er dir zu verdanken habe, daß du ihn bis zur Todesfurcht gebracht, und vielmehr gezwungen hättest, mehr an seine

*mortem confiteri pudet. Superest, ut malit videri injuriam accepisse, quam vitam. Proinde scio, tibi cum illis de salute esse pugnandum. Satis hostium superest, ad quos persequendos ituri sumus: latus a domesticis hostibus muni. Hos si submoves, nihil metuo ab externo.* Haec Craterus. Nec ceteri dubitabant, *quin conjurationis indicium suppressurus non fuisset, nisi auctor, aut particeps. Quem enim pium et bonae mentis, non amicum modo, sed ex ultima plebe, auditis quae ad eum delata erant, non protinus ad regem fuisse cursurum?* [3]) *Ne Cebalini quidem exemplo, qui ex fratre comperta ipsi nuntiasset, Parmenionis filium, praefectum equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum? simulasse etiam, non vacasse sermoni suo regem, ne index alium internuntium quaereret. Nicomachum, religione quoque Deûm adstrictum, conscientiam suam exonerare properasse: Philotam, consumto per ludum jocumque paene toto die, gravatum esse, pauca verba, ad caput regis pertinentia, tam longo et forsitan supervacuo inserere sermoni. At enim non credidisse talia deferentibus pueris! cur igitur extraxisset biduum, tanquam indicio haberet fidem? dimittendum fuisse Cebalinum, si delationem ejus damnabat.* [4])

---

Gefahr, als deine Gnade zu denken; potius de periculo suo: qui scit, misericordiam tuam consumtam esse; misericordiam consumere, den Anspruch auf Mitleiden verlieren, o. nach Große: durch eine außerordentliche Gnade der Strafe entgehen, richtiger: die Gnade, das Mitleiden erschöpfen; amplius non: nihil amplius; victus: commotus; quiescere, sich ruhig verhalten; inveterata auctoritate, von altem Ansehen; haud — positum, der deiner erhabenen Größe nicht viel nachgibt; salutem: vitam.

[3]) Superest etc., übrigens will er lieber das Ansehen haben, daß er ein Unrecht erlitten, als daß man ihm das Leben geschenkt habe; scio, Andere: *scito*; cum illis: cum Parmenione et Philota; submovere, aus dem Wege räumen; particeps, sc. esset; quem enim etc., denn welcher Rechtschaffene und Gutgesinnte, wäre er auch nicht ein Vertrauter des Königs, sondern nur aus der niedrigsten Volksklasse, würde nach Anhörung des Hinterbrachten nicht sogleich zum Könige gelaufen seyn; quem — der Acc. steht bei Fragen oft statt des Nom.; auditis: si ea audisset.

[4]) Ne Cebaloni etc., hätte nicht selbst das Beispiel des Cebalinus, der das von seinem Bruder Erfahrene ihm angezeigt, Parmenios Sohn, den Befehlshaber der Reiterei, den Theilnehmer an allen Geheimnissen des Königs bewegen sollen? etiam, sogar; religione Deûm (statt Deorum) adstrictum esse, durch einen göttlichen Eid gebunden seyn; gravare, beschweren; gravor, es fällt mir schwer; inserere, einfließen lassen; at, bei Einwendungen: at enim, man könnte aber einwen=

*In suo quemque periculo magnum animum habere: cum de salute regis timeretur, credulos esse debere; vana quoque deferentes admittere.* Omnes igitur *quaestionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur*, *habendam* esse decernunt. Rex, admonitos, *ut consilium silentio premerent*, dimittit. *Pronuntiari* deinde *iter in posterum diem* jubet, ne qua novi initi consilii daretur nota. Invitatus est etiam Philotas ad ultimas ipsi epulas, et non coenare modo, sed etiam familiariter colloqui cum eo, quem damnaverat, sustinuit. Secunda deinde vigilia, luminibus exstinctis, cum paucis in regiam coëunt Hephaestion, et Craterus, et Coenus, et Erigyius: hi ex amicis; ex armigeris autem Perdiccas et Leonnatus. [5]) Per hos imperatum, *ut qui ad praetorium excubabant, armati vigilarent.* Jam ad omnes aditus dispositi milites; *equites quoque itinera obsidere* jussi, ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediae magnisque copiis praeerat, occultus evaderet. Attarras autem cum trecentis armatis intraverat regiam: huic decem satellites traduntur, quorum singulos deni armigeri sequebantur. Hi ad alios conjuratos comprehendendos distributi sunt: Attarras, cum trecentis ad Philotam missus, clausum aditum domus moliebatur, quinquaginta juvenum promtissimis stipatus. [6]) Nam ceteros cingere undique domum jusserat, ne occulto aditu Philotas posset elabi. Illum, sive securitate animi, sive fatigatione resolutum, somnus oppresserat; quem Attaras torpentem adhuc occupat. Tandem ei sopore discusso cum injicerentur catenae; *Vicit*, inquit, *bonitatem tuam, rex, inimicorum acerbitas.* Nec plura locutum capite velato in regiam adducunt. Postero die rex edixit, *omnes armati coirent.* Sex millia fere militum venerant: praeterea turba lixarum calonumque impleverant regiam. Philotam armigeri agmine suo tegebant, ne ante conspici posset a vulgo, quam rex allocutus milites

---

den; pueri, junge Leute; biduum extrahere, zwei Tage zögern, o. hinhalten, — nämlich den Gebalinus.

[5]) Magnum a. habere, Muth, Entschlossenheit besitzen; de salute: de vita; vana deferentes admittere, sc. debere, solche, die ungegründete Dinge hinterbringen, zulassen, vorlassen; quaestionem habere de aliquo, eine Untersuchung über Jem. halten; silentio premere, verschwiegen halten; ne qua — nota, um von der neuerdings gehaltenen Berathschlagung nichts merken zu lassen; ad ultimas ipsi: quae ultimae ipsi erant; sustinere, es über's Herz bringen, sich überwinden; exstinctis luminibus: — ne observarentur.

[6]) Armatum vigilare, unter den Waffen bleiben; clausum aditum moliri, den verschlossenen Eingang erbrechen; promtus: fortis; stipatus: circumdatus.

esset. [7]) De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace erat vulgi. Nihil potestas regum valebat, nisi prius valuisset auctoritas. Igitur primum Dymni cadaver infertur, plerisque, quid patrasset, quove casu exstinctus esset, ignaris. [8])

IX. Rex deinde in concionem procedit, vultu praeferens dolorem animi. Amicorum quoque moestitia exspectationem haud parvam rei fecerat. Diu rex demisso in terram vultu attonito stupentique similis stetit. Tandem recepto animo, *Paene, inquit, milites, paucorum hominum scelere vobis ereptus sum. Deûm providentia et misericordia vivo. Conspectusque vestri venerabilis cogit, ut vehementius parricidis irascerer; quoniam spiritus, immo unus vitae meae fructus est, tot fortissimis viris, et de me optime meritis, referre adhuc gratiam posse.* [1]) Interrupit orationem militum gemitus, obortaeque sunt omnibus la-

---

[7]) Fatigatione resolutum, aus Müdigkeit entkräftet, abgemattet seyn; somno opprimi, vom Schlafe überfallen werden; torpeo, ohne Empfindung, betäubt seyn; soporem alicui discutere, Jem. den Schlaf vertreiben; inimicorum (Andere: *inimicorum meorum*) acerbitas, erbitterte Feinde; edixit, sc. ut; agmine suo tegere, mit ihren Truppen decken, d. i. in die Mitte nehmen; vulgo: populo.

[8]) Modo: more; de capitalibus rebus inquirere, über peinliche Fälle eine Untersuchung anstellen, Kriminalsachen untersuchen; vulgi, sc. res, negotium; nihil auctoritas, die Gewalt der Könige galt nichts ohne vorhergegangene Bestätigung; nisi p. v. auctoritas: auctoritas est propuli. Si quem interficiendum esse, populo persuasum erat, tum auctor erat populus et jubebat, ut interficeretur. Tum valebat auctoritas; tum quoque potestas regis, h. e. potestatem habebat illius interficiendi. Schmieder.

Inh. Alexanders Rede an seine Soldaten, worin er sich über den Philotas beklagt, welcher dann auch vorgeführt wird, und sich zu vertheidigen sucht.

[1]) In concionem procedere, in die Versammlung hervortreten; dolorem animi vultu praeferre, den Seelenschmerz durch die Miene zu erkennen geben, o. in der Miene äußern; exspectationem, sc. apud milites; fecerat: moverat, concitaverat; demisso v., mit gesenktem Blicke; animum recipere, sich wieder erholen, wieder Muth fassen; paucorum hominum, Andere: *hominum*; ereptus sum, st. ereptus essem; cogit, sc. me; quoniam spiritus etc., da mein ganzes Bestreben, ja sogar alle Früchte meines Lebens einzig dazu bestimmt sind, so vielen u. s. w.; gratiam referre, sich dankbar bezeigen.

crimae. Tum rex, *Quanto*, inquit, *majorem in animis vestris motum excitabo, cum tanti sceleris auctores ostendero! quorum mentionem adhuc reformido; et tanquam salvi esse possint, nominibus abstineo. Sed vincenda est memoria pristinae caritatis, et conjuratio impiorum civium detegenda. Quomodo autem tantum nefas sileam? Parmenio, illa aetate, tot meis, tot parentis mei meritis devinctus, omnium nobis amicorum vetustissimus, ducem tanto sceleri se praebuit. Minister ejus Philotas Peucolaum, et Demetrium, et hunc Dymnum, cujus corpus adspicitis, ceterosque ejus amentiae in caput meum subornavit.* [2]) Fremitus undique indignantium querentiumque tota concione obstrepebat: qualis solet esse multitudinis, et maxime militaris, ubi aut studio agitur, aut ira. Nicomachus deinde, et Metron, et Cebalinus producti, quae quisque detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas particeps sceleris destinabatur. Itaque indignatione pressa vox indicum silentio excepta est. Tum rex, *Qualis*, inquit, *ergo animi vobis videtur, qui hujus rei delatum indicium ad ipsum suppressit? Quod non fuisse vanum, Dymni exitus declarat. Incertam rem deferens, tormenta non timuit Cebalinus: Metron ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut eo, ubi lavabar, irrumperet. Philotas solus nihil timuit, nihil credidit.* [3]) *O magni animi virum! Iste, si regis periculo commoveretur, vultum non mutaret? indicem*

---

[2]) Obortaeque etc., und es traten Allen Thränen in die Augen; motum in animo alicujus excitare, Jem. rühren, auf Jem. Eindruck machen; mentionem alicujus reformidare, sich scheuen, Jem. zu erwähnen, von Jem. zu reden; salvum esse posse, mit dem Leben davon kommen, Gnade erhalten können; nominibus (sc. eorum) abstinere, sie nicht nennen wollen; vincenda — caritatis: superandus est sensus prioris mei in illos amoris. Ed. cum not. Var.; illa aetate, da er schon so alt ist; meritis alicujus devinctum esse, Jem. durch Verdienste verpflichtet, verbunden seyn; ducem se praebere, den Rädelsführer machen, sich zum A. hergeben; minister, Werkzeug; ejus amentiae, Andere: *ejusdem amentiae*; subornare, heimlich anstellen, bestellen, anstiften.

[3]) Fremitus etc., das Murren der Unwilligen und Klagenden ertönte von allen Seiten in der ganzen Versammlung, dergleichen bei einer Volksmenge, besonders bei Soldaten zu erfolgen pflegt, wenn man entweder von Zuneigung oder Zorn angetrieben wird; destinabatur: designabatur; indignationem premere, den Unwillen verbergen; vocem indicum silentio excipere, die Aussage der A. mit St. anhören; qualis animi, wie — gesinnt; ad ipsum, hier: wie oft, st. ad se; vanus, ungegründet; exitus: finis; se onerare, sc. indi-

*tantae rei sollicitus non audiret? Subest nimirum silentio facinus, et avida spes regni praecipitem animum ad ultimum nefas impulit. Pater Mediae praeest. Ipse apud multos copiarum duces meis praepotens viribus, majora, quam capit, spirat. Orbitas quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur. Sed errat Philotas. In vobis liberos, parentes, consanguineos habeo: vobis salvis, orbus esse non possum.* ⁴) Epistolam deinde Parmenionis interceptam, quam ad filios Nicanorem et Philotam scripserat, recitat; haud sane judicium gravioris consilii praeferentem. Namque summa ejus haec erat: *Primum vestri curam agite: deinde vestrorum: sic enim quae destinavimus, efficiemus.* Adjecitque rex, *sic esse scriptam, ut sive ad filios pervenisset, a consciis posset intelligi; sive intercepta esset, falleret ignaros. At enim Dymnus, cum ceteros participes sceleris indicaret, Philotam non nominavit! Hoc quidem illius non innocentiae, sed potentiae indicium est, quod sic ab iis timetur etiam, a quibus prodi potest, ut cum de se fateantur, illum tamen celent. Caeterum Philotam ipsius indicat vita.* ⁵) *Hic Amyntae, qui mihi consobrinus fuit, et in Macedonia capiti meo impias comparavit insidias, socium se et conscium adjunxit. Hic Attalo, quo graviorem inimicum non habui, sororem suam in matrimonium dedit. Hic, cum scripsissem ei, pro jure tam familiaris usus atque amicitiae, qualis sors edita esset Jovis Hammonis oraculo, sustinuit rescribere mihi:* se quidem gratulari, quod in numerum Deorum receptus essem: caeterum misereri eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui modum hominis excederet. *Haec sunt etiam animi pridem alienati a me et invidentis gloriae meae indicia: quae quidem, milites, quamdiu licuit, in animo*

---

cio, mandato; ut: adeo, ut; nihil timuit, sc. mihi, meae saluti.

⁴) O — virum! o des hochherzigen Mannes! iste, verächtlich; tantus, wichtig; nimirum: sine dubio; subsum, dahinterstecken; et avida spes etc., und die gierige H. nach dem Throne hat sein unbesonnenes Gemüth zu diesem schwärzesten Verbrechen verleitet; viribus praepotentem esse, sehr mächtig seyn, in sehr großem Ansehen stehen; capere: capacem esse; spirare: adspirare, affectare; orbitas, Kinderlosigkeit; vobis s., so lange ihr lebt; orbus, sc. liberis.

⁵) Intercipere, auffangen; indicium g. o. praeferre, das Gepräge (Kennzeichen) zu einem bösen Vorhaben an sich tragen; summa, Inhalt; curam sui gerere, für sich Sorge tragen; falleret ignaros: non intelligeretur ab iis, qui conscii non erant; de se, in Rücksicht ihrer Person.

*meo pressi.* [6]) *Videbar enim mihi partem viscerum meorum abrumpere, si, in quos tam magna contuleram, viliores* 20 *mihi facerem. Sed jam non verba punienda sunt; linguae* 21 *temeritas pervenit ad gladios. Hos, si mihi creditis, Philotas in me acuit. Id si ipse admisit, quo me conferam, milites? cui caput meum credam? Equitatui, optimae exercitus parti, principibus nobilissimae juventutis unum praefeci: salutem, spem, victoriam meam fidei ejus tutelaeque* 22 *commisi. Patrem in idem fastigium, in quo me ipsi posuistis, admovi: Mediam, qua nulla opulentior regio est, tot civium sociorumque millia imperio ejus ditionique sub-* 23 *jeci. Unde praesidium petieram, periculum exstitit.* [7]) *Quam feliciter in acie occidissem, potius hostis praeda, quam civis victima! Nunc servatus ex periculis, quae sola timui,* 24 *in haec incidi, quae timere non debui. Soletis identidem a me, milites, petere, ut saluti meae parcam. Ipsi mihi praestare potestis, quod suadetis ut faciam. Ad vestras manus, ad vestra arma confugio: invitis vobis salvus esse nolo; volentibus, non possum, nisi vindico.* Tum XXXV *Philotam*, religatis post tergum manibus, obsoleto amiculo velatum jussit *induci.* Facile apparebat, motos esse tam miserabili habitu, non sine invidia paullo ante conspecti. Ducem equitatus pridie viderant; sciebant, regis interfuisse convivio. Repente non reum modo, sed etiam damnatum,

---

[6]) Mihi consobrinus: meus c.; capiti alicujus impias insidias comparare, Jem. auf eine ruchlose Art nach dem Leben trachten; adjungere, beigesellen; quo graviorem, — der Comp. st. des Superl.; qualis etc., welchen Ausspruch Jupiter Ammon über mich gethan; sustinuit: ausus est; gratulari, sc. mihi; modum hominis excedere, sich mehr dünken, als ein Mensch zu seyn, sich über die Menschheit erhaben dünken; in animo premere, bei sich behalten, verschweigen.

[7]) Si, sc. eos; magna, sc. beneficia; viliores mihi facere, erniedrigen wollen: viliores mihi facerem: quam pro beneficiis in illos collatis, si mihi persuaderi passus essem, illos beneficiis, quae in ipsos contuleram, minus dignos esse, quam credideram. Schmieder; linguae etc., anstatt seiner verwegenen Zunge ist er bis zu den Waffen vorgeschritten; admisit: ausus est; principes n. juventutis, der Kern der edelsten jungen Mannschaft; unum: Nach s. Tode ernannte er den Klitus und Hephästion zu Anführern derselben, weil er sie nicht mehr einem Einzigen anvertrauen wollte; in idem fastigium admovere, auf denselben hohen Posten, auf den Gipfel derselben Hoheit erheben; ipsi, sc. vos milites; ditio, Botmäßigkeit; praesidium petere, Schutz suchen.

immo vinctum, intuebantur. [8]) Subibat animos Parmenionis quoque, tanti ducis, tam clari civis, fortuna: qui modo duobus filiis, Hectore et Nicanore, orbatus, cum eo, quem reliquum calamitas fecerat, absens diceret causam. Itaque Amyntas, regis praetor, inclinatam ad misericordiam concionem rursus aspera in Philotam oratione commovit. *Proditos eos esse barbaris: neminem ad conjugem suam, neminem in patriam, et ad parentes fuisse rediturum. Velut truncum corpus demto capite, sine spiritu, sine nomine, aliena terra ludibrium hostis futuros.* Haud quaquam pro spe ipsius, Amyntae oratio grata regi fuit; quod conjugum, quod patriae admonitos, pigriores ad caetera munia exsequenda fecisset. [9]) Tunc Coenus, quamquam Philotae sororem matrimonio secum conjunxerat, tamen acrius quam quisquam in Philotam invectus est: *parricidam esse regis, patriae, exercitus*, clamitans: saxumque, quod forte ante pedes jacebat, eripuit, emissurus in eum; ut plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens. Sed rex manum ejus inhibuit, *dicendi prius causam debere fieri potestatem reo, nec aliter judicari passurum se*, affirmans. Tum dicere jussus Philotas, sive conscientia sceleris, sive periculi magnitudine amens et attonitus, non attollere oculos, non hiscere audebat. Lacrimis deinde manantibus, linquente animo in eum, a quo tenebatur, incubuit; abstersisque amiculo ejus oculis, paullatim recipiens spiritum ac vocem, dicturus videbatur. [10]) Jamque rex, intuens eum, *Macedones*, inquit,

---

[8]) Quam feliciter etc., wäre ich doch lieber als eine Beute des Feindes glücklich in einer Schlacht gefallen, als das Opfer eines Unterthans zu werden; incidere, gerathen; saluti: vitae; manus, Arm; salvum esse: vivere; manus post tergum religare, die Hände auf den Rücken binden; obsolesco, abnutzen; habitus, sc. ejus, Kleidung, Aufzug; conspecti: quem conspexerunt.

[9]) Subibat etc., jetzt stellten sie sich auch das traurige Schicksal des Parmenio vor, dieses so großen Feldherrn, dieses berühmten Mitbürgers; modo, vor Kurzem; cum eo, sc. Philota; reliquum fecerat: reliquerat; causam dicere, sich verantworten; aspera oratione commovere, durch eine heftige Rede aufzureizen, aufzubringen suchen; velut — sine spiritu, gleich einem Rumpfe ohne Haupt, ohne Leben; aliena terra: in a. terra; pro spe ipsius: ut speraverat; munia exequi, Kriegsdienste verrichten.

[10]) Aliquam matrimonio secum conjungere, Eine heirathen, ehelichen; acrius in aliquem invehi, Jem. heftiger anfahren, gegen Jem. losziehen; parricida, Königsmörder, b) Verräther; eripuit: arripuit; hiscere, den Mund öffnen, reden; linguente animo in aliquem incumbere, ohnmächtig sich auf Jem. stemmen, lehnen; spi-

*de te judicaturi sunt: quaero, an patrio sermone sis apud eos usurus?* Tum Philotas, *Praeter Macedonas*, inquit, *plerique adsunt, quos facilius, quae dicam, percepturos arbitror, si eadem lingua fuero usus, qua tu egisti: non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intelligi posset a pluribus.* Tum rex, *Ecquid videtis, adeo etiam sermonis patrii Philotam taedere? solus quippe fastidit eum dicere. Sed dicat sane, utcunque cordi est; dum memineritis, aeque illum a nostro more atque sermone abhorrere.* Atque ita concione excessit. [11])

X. Tum Philotas, *Verba*, inquit, *innocenti reperire facile est; modum verborum misero tenere difficile. Itaque inter optimam conscientiam, et iniquissimam fortunam destitutus, ignoro quomodo et animo meo, et tempori paream. Abest quidem optimus causae meae judex: qui cur me ipse audire noluerit, non mehercule excogito; cum illi utrimque cognita causa tam damnare me liceat, quam absolvere; non cognita vero liberari ab absente non possum, qui a praesente damnatus sum.* [1]) *Sed quamquam vincti hominis non supervacua solum, sed etiam invisa defensio est, quae judicem non docere videtur, sed arguere; tamen utcunque licet dicere, memet ipse non deseram, nec committam, ut damnatus etiam mea sententia videar. Equidem cujus criminis reus sim, non video. Inter conjuratos nemo me nominat: de me Nicomachus nihil dixit: Cebalinus plus quam audierat, scire non potuit. Atqui conjurationis caput me*

---

ritum ac vocem recipere, sich wieder erholen und die Stimme wieder bekommen.

[11]) Quaero, sc. ex te; patrio sermone: Die Macedonier sprachen zwar auch griechisch, allein in einer rauhen und unverständlichen Mundart. Alexander stellt aus Bosheit die Frage an ihn, um ihn recht verhaßt zu machen; plerique: multi v. permulti; egisti: loquutus es; ecquid st. num; utcumque cordi est: utcumque ei lubet; atque, als, wie; abhorrere, verabscheuen.

Inh. Philotas Rede, worin er sich weitläufig gegen die ihm schuldgegebene Verschwörung vertheidigt.

[1]) Modum verborum tenere, Maß im Reden halten; animo et tempori parere, die Rede seinem Gemüthszustande (der Begierde viel zu sprechen) und seiner gegenwärtigen Lage gemäß einrichten; causa, Sache; judex: Alexander; excogito, aussinnen, ergründen; cum illi etc., indem es ihm, wenn er auch beide Parteien angehört hätte, dennoch frei stünde, noch eben sowohl zu verurtheilen, als loszusprechen; da er aber von meiner Sache nicht unterrichtet ist, so kann ich von ihm in seiner Abwesenheit nicht losgesprochen werden, weil ich von der gegenwärtigen Versammlung nicht losgesprochen worden bin.

*fuisse credit rex! potuit ergo Dymnus eum praeterire, quem sequebatur? praesertim cum quaerenti socios, vel falso fuerim nominandus; quo facilius, qui verebatur, posset impelli.* ²) *Non enim detecto facinore nomen meum praeteriit, ut posset videri socio pepercisse; sed Nicomacho, quem taciturum arcana de semet ipso credebat, confessus, aliis nominatis, me unum subtrahebat. Quaeso, commilitones, si Cebalinus me non adisset, nihil me de conjuratis scire voluisset; num hodie dicerem causam nullo me nominante? Dymnus sane et vivat adhuc, et velit mihi parcere: quid ceteri? qui de se confitebuntur, me videlicet subtrahent! Maligna est calamitas; et fere noxius, cum suo supplicio crucietur, adquiescit alieno. Tot conscii, ne in equuleum quidem impositi verum fatebuntur? Atqui nemo parcit morituro; nec cuiquam moriturus, ut opinor.* ³)
XXVIII. *Ad verum crimen et ad unum revertendum mihi est. Cur rem delatam ad te tacuisti? cur tam securus audisti? Hoc qualecunque est, confesso mihi, ubicunque es, Alexander, remisisti: dextram tuam amplexus reconciliati pignus animi, convivio quoque interfui. Si credidisti mihi, absolutus sum: si pepercisti, dimissus. Vel judicium tuum serva. Quid hac proxima nocte, qua digressus sum a mensa tua,*

---

²) Vincti: dem Beklagten wurden gewöhnlich die Fesseln abgenommen. Derjenige, welcher sich gefesselt verantworten mußte, ward daher für beinahe ganz überführt und zum Tode verurtheilt angesehen. Der Beklagte blieb aber zuweilen auch in Fesseln, weil man befürchtete, er möchte entweder von seinen Freunden befreiet werden, oder sich selbst durch die Flucht in Freiheit setzen; invisa, sc. Alexandro; docere, belehren; arguere (einer Ungerechtigkeit beschuldigen), sc. judicem, weil er ihn schon im Voraus verurtheilt hatte; utcunque licet: in hoc quoque damnati habitu; mea sententia (durch mich selbst): si silentio meo crimen quasi agnoscerem; praeterire, sc. silentio; quem sequebatur: quem habebat conjurationis ducem; qui, sc. Nicomachus; verebatur, sc. socium conjurationi se adjungere. Eum enim Philota, viro praepotente, ut conjuratorum principe, nominato, facilius permoturus fuisset.

³) Arcana de semet ipso, die Geheimnisse hinsichtlich seiner eigenen Person; subtrahebat: haud nominabat; Dymnus etc., ja gesetzt, daß Dymnus noch lebt, und meiner schonen wollte; ceteri, sc. facient; qui de se etc., werden sie etwa ein Bekenntniß von sich ablegen, und mich verschweigen? maligna etc., Unglückliche sind mißgünstig, und der Schuldige, wenn er für sein eigenes Verbrechen büßet, tröstet sich gemeiniglich, wenn ein Anderer mitleidet; equuleus, Folter; atqui etc., allein, nach meiner Meinung schont weder Jem. eines schon zum Tode Verurtheilten, noch ein Verurtheilter irgend eines Andern.

*feci? quod novum facinus delatum ad te, mutavit animum tuum? gravi sopore adquiescebam, cum me malis indormientem meis inimici vinciendo excitarunt.* [4]) *Unde et parricidae et proditori tam alta quies somni? Scelerati conscientia obstrepente cum dormire non possint, agitant eos furiae, non consummato modo, sed et cogitato parricidio. At mihi securitatem primum innocentia mea, deinde dextra tua obtulerant: non timui, ne plus alienae crudelitati apud te liceret, quam clementiae tuae. Sed ne te mihi credidisse poeniteat, res ad me deferebatur a puero, qui non testem, non pignus indicii exhibere poterat, impleturus omnes metu, si coepisset audiri.* [5]) *Amatoris et scorti jurgio interponi aures meas credidi infelix; et fidem ejus suspectam habui, quod non ipse deferret, sed fratrem potius subornaret. Timui, ne negaret mandasse se Cebalino, et ego viderer multis amicorum regis fuisse periculi causa. Sic quoque cum laeserim neminem, inveni, qui mallent perire me, quam incolumem esse: quid inimicitiarum creditis excepturum fuisse, si insontes lacessissem? At enim Dymnus se occidit? Num igitur facturum eum divinare potui? minime. Ita quod solum indicio fidem fecit, id me, cum a Cebalino interpellatus sum, movere non poterat.* [6])

---

[4]) Rem delatam, das Angezeigte, die gemachte Anzeige; audire, anhören; hoc etc., du hast es mir, sey es nun wie immer beschaffen, und magst du Alexander wo immer seyn, auf mein Geständniß verziehen, ich faßte dich bei deiner Rechten, zum Zeichen des versöhnten Gemüthes; dimissus, sc. sum; vel judicium tuum serva, bleibe wenigstens bei deinem Ausspruche; animus, Gesinnung; gravi sopore etc., ich lag im tiefen Schlafe, als mich meine Feinde, während ich wegen eines bevorstehenden Unglückes sorglos war, aus demselben durch das Anlegen der Fesseln weckten; indormire, darüber einschlafen, daher sorglos seyn.

[5]) Alta quies somni, tiefer Schlaf; obstrepente conscientia, bei der Unruhe ihres Gewissens; agitant: vexant; non — parricidio, nicht allein nach vollbrachtem Königsmorde, sondern auch beim Vorhaben desselben; non — parricidio, Andere: *non cogitato modo, sed et consummato*; licere, vermögen; puer, hier: ein junger Mensch; testem et pignus indicii non exhibere, keinen Zeugen und keinen sichern Beweis zu seiner Anzeige aufweisen; impleturus etc., welcher, wenn man ihm Gehör gegeben hätte, Alles mit Furcht erfüllt haben würde.

[6]) Amatoris etc., ich Unglücklicher glaubte, meine Ohren dem Streite des Liebhabers und des liederlichen Jünglinges nicht leihen zu müssen; fides, Aussage, Sache; aliquem subornare, Jem. seine Stelle vertreten lassen; mandare, einen Auftrag geben; multis p. causam esse, in Gefahr stürzen; qui mallent, welche lieber meinen

*At hercule, si conscius Dymno tanti sceleris fuissem, biduo illo proditos esse nos, dissimulare non debui: Cebalinus ipse tolli de medio nullo negotio potuit. Deinde post delatum indicium, quo periturus eram, cubiculum regis solus intravi, ferro quidem cinctus. Cur distuli facinus? an sine Dymno non sum ausus? Ille igitur princeps conjurationis fuit. Sub illius umbra Philotas latebam, qui regnum Macedonum affecto. Et quis e vobis corruptus est donis? quem ducem, quem praefectum impensius colui? Mihi quidem objicitur, quod societatem patrii sermonis asperner; quod Macedonum mores fastidiam. Sic ergo imperio, quod dedignor, immineo.* [7]) *Jam pridem nativus ille sermo commercio aliarum gentium exolevit: tam victoribus, quam victis, peregrina lingua discenda est. Non mehercule ista me magis laedunt, quam quod Amyntas, Perdiccae filius, insidiatus est regi; cum quo quod amicitia fuerit mihi, non recuso defendere, si fratrem regis non oportuit diligi a nobis. Sin autem in illo fortunae gradu positum etiam venerari necesse erat; utrum, quaeso, quod non divinavi, reus sum? an impiorum amicis insontibus quoque moriendum est? Quod si aequum est, cur tam diu vivo? si injustum, cur nunc demum occidor? At enim scripsi, misereri me eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui se Jovis filium crederet! Fides amicitiae, veri consilii periculosa libertas, vos me decepistis! vos, quae sentiebam, ne reticerem, impulistis! Scripsisse me haec fateor regi, non de rege scripsisse.* [8]) *Non enim facie-*

---

Untergang, als meine Rettung wünschen; mallent, Andere: *mallet*; quid — fuisse: quantum inimicitiarum putatis me passurum fuisse; lacessere, angreifen, antasten; divinare, ahnen, voraussehen; fidem facere, glaubwürdig machen; interpellare, anreden; movere, Eindruck machen.

7) Dissimulare, verhehlen, verschweigen; debui st. debuissem; de medio tollere, aus dem Wege räumen; nullo n.: facile; quo periturus eram st. fuissem, wodurch ich um's Leben gekommen wäre; sum ausus, sc. facinus; princeps: caput; qui, der sich; aliquem donis corrumpere, Jem. bestechen; impensius colere, zu viel Ehre erweisen; societatem p. sermonis aspernari, die Muttersprache verachten; imperio imminere, nach dem Reiche streben; dedignari, verschmähen.

8) Nativus, natürlich, hier st. patrius; commercium, Umgang; me laedant: mihi crimini verti possunt; fratrem regis. Amyntas non frater regis, sed patruelis erat; frater autem vel eam ob causam adpellari poterat, quod sororem Alexandri haberet uxorem; quod non divinavi: Amyntam Alexandro in-

*bam invidiam, sed pro eo timebam. Dignior mihi Alexander videbatur, qui Jovis stirpem tacitus agnosceret, quam qui praedicatione jactaret. Sed quoniam oraculi fides certa est, sit Deus causae meae testis. Retinete me in vinculis, dum consulitur Hammon in arcanum et occultum scelus. Interim, qui regem nostrum dignatus est filium, neminem eorum, qui stirpi suae insidiati sunt, latere patietur. Si certiora oraculis creditis esse tormenta, ne hanc quidem exhibendae veritatis fidem deprecor. Solent rei capitis adhibere vobis parentes. Duos fratres ego nuper amisi; patrem nec ostendere possum, nec invocare audeo, cum et ipse tanti criminis reus sit.* 9) *Parum est enim, tot modo liberorum parentem, in unico filio adquiescentem, eo quoque orbari, ni ipse in rogum meum imponitur. Ergo carissime pater, et propter me morieris, et mecum. Ego tibi vitam adimo, ego senectutem tuam exstinguo! Quid enim me procreabas infelicem adversantibus Diis? an ut hos ex me fructus perciperes, qui te manent? Nescio, adolescentia mea miserior sit, an senectus tua: ego in ipso robore aetatis eripior; tibi carnifex spiritum adimet, quem si fortuna exspectare voluisset, natura reposcebat. Admonuit me patris mei mentio, quam timide et cunctanter, quae Cebalinus detulerat ad me, indicare debuerim.* 10) *Parmenio enim, cum audisset, venenum a Philippo medico regi*

---

sidiari; libertas, Freimüthigkeit; quae sentiebam, meine Gesinnungen; non de rege: non ad alium de rege, ut invidiam facerem.

9) Faciebam, sc. regi; alicui invidiam facere, Sem. verhaßt machen; pro aliquo timere, ist nicht nachzuahmen, st. alicui v. de aliquo timere, für Sem. besorgt seyn, sc. ne in odium incurreret; qui, nach dignus st. ut; stirps, Abkunft; praedicatione aliquid jactare, sich öffentlich mit etwas prahlen; fides, Zuverläßigkeit, Wahrheit; dum: tam diu, donec; in st. de; interim: dum ego in vinculis retineor; dignatus est, sc. appellare, v. agnoscere; stirps, Sprößling, Abkömmling; ne — deprecor: non recuso hanc quoque rationem inire probandae veritatis; solent etc., die auf Leib und Leben Angeklagten pflegen sonst bei der Verantwortung vor euch ihre Verwandte zur Seite zu haben; adhibere: admovere, ad misericordiam movendam. — Unter parentes werden nicht allein die Eltern, sondern Geschwister und andere Anverwandte verstanden; reum esse, beschuldigt werden.

10) Parum est etc., ist es noch nicht genug, daß er, vor Kurzem noch Vater so vieler Söhne, nun auch seines einzigen Sohnes, der Stütze seines Alters, beraubt werden soll; in rogum meum: in rogum mecum; exstinguere, ein Ende machen; an ut, etwa, um; fructus

*parari, deterrere eum voluit epistola scripta, quo minus medicamentum biberet, quod medicus dare constituerat. Num creditum est patri meo? num ullam auctoritatem ejus literae habuerunt? Ego ipse, quoties quae audieram detuli, cum ludibrio credulitatis repulsus sum. Si et cum indicamus, invisi; et cum tacemus, suspecti sumus: quid facere nos oportet?* Cumque unus e circumstantium turba exclamasset, *Bene meritis non insidiari:* Philotas, *Recte,* inquit, *quisquis es, dicis. Itaque si insidiatus sum, poenam non deprecor; et finem facio dicendi, quoniam ultima verba gravia sunt visa auribus vestris.* Abducitur deinde ab iis, qui custodiebant eum. [11])

XI. Erat inter duces manu strenuus Belon quidam, pacis artium et civilis habitus rudis, vetus miles, ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, promotus: qui tacentibus ceteris, stolida audacia ferox, admonere eos coepit, *quoties quisque deversoriis, quae occupassent, proturbatus esset, ut purgamenta servorum Philotae reciperentur eo, unde commilitones expulsisset. Auro argentoque vehicula ejus onusta totis vicis stetisse: ac ne in vicinu quidem deversorii quemquam commilitonum receptum esse; sed per dispositos, quos ad somnum habebat, omnes procul relegatos, ne femina illa murmurantium inter se silentio verius, quam sono, excitaretur.* [1]) *Ludibrio ei fuisse rusticos homines.* Phrygasque et Paphlagonas *appellatos:*

---

percipere, Früchte erndten; nescio, sc. an, st. fortasse; eripere, entreißen; spiritum: vitam; fortuna, Schicksal; timide, behutsam.

[11]) Venenum parare, Gift bereiten; epistola scripta, S. Kap. III.; nullam auctoritatem, kein Gewicht, keine Glaubwürdigkeit haben, ganz und gar nicht beachtet werden; cum l. c. repelli, unter dem Gespötte über Leichtgläubigkeit abgewiesen werden; bene meritus, ein Wohlthäter; poenam non deprecari, die Strafe gern leiden; finem d. facere: loqui desinere; gravis, lästig, mißfällig.

Inh. Ein gewisser Belon reizt die Versammlung gegen Philotas auf, welcher dann, um den Martern zu entgehen, die bloß erdichtete Verschwörung umständlich entdeckt, worauf er dann mit den übrigen, vom Nikomachus angegebenen Verschworenen gesteinigt wird.

[1]) Civilis habitus, feine Lebensart; humilis ordo, gemeiner, niedriger Stand; promovere, befördern; stolida audacia ferox, mit tollkühner Dreistigkeit; deversorium, ein Ort, wo man einkehrt, Herberge; deversorio proturbare, aus dem Quartiere fortjagen; purgamenta, Gesindel, Auswurf; vicus, Gasse; disponere, ausstellen; relegare, wegschicken, entfernen; ne femina illa etc., damit nicht dieses Weib durch Lispeln der mit einander Sprechenden, welches

*qui non erubesceret, Macedo natus, homines linguae suae per interpretem audire. Cur Hammonem consuli vellet? eundem Jovis arguisse mendacium, Alexandrum filium agnoscentis: scilicet veritum, ne invidiosum esset, quod Dii offerrent. Cum insidiaretur capiti regis et amici, non consuluisse eum Jovem: nunc ad oraculum mittere; dum pater ejus sollicitaretur, qui praesit in Media; et pecunia, cujus costodia commissa sit, perditos homines ad societatem sceleris impellat. Ipsos missuros ad oraculum, non qui Jovem interrogent, quod ex rege cognoverint; sed qui gratias agant, qui vota pro incolumitate regis optimi persolvant.* [2]) Tum vero universa concio accensa est; et a corporis custodibus initium factum, clamantibus, *discerpendum esse parricidam manibus eorum.* Id quidem Philotas, qui graviora supplicia metueret, haud sane iniquo animo audiebat. Rex in concionem reversus, sive ut in custodia quoque torqueret, sive ut diligentius cuncta cognosceret, concilium in posterum diem distulit: et quamquam in vesperam inclinabat dies, tamen *amicos convocari* jubet. Et celeris quidem placebat, *Macedonum more obrui saxis*; Hephaestion autem et Craterus et Coenus *tormentis veritatem exprimendam esse* dixerunt: et illi quoque, qui aliud suaserant, in horum sententiam transeunt. [3]) Consilio ergo dimisso, Hephaestion cum Cratero et Coeno ad quaestionem de Philota habendam consurgunt. Rex Cratero arcessito, et sermone habito, cujus summa non edita est, in in-

---

mehr einer leisen Stille, als vernehmlichen Tönen (Schalle) gliech, aufgeweckt würde.

[2]) Phrygasque et Paphlagonas: Die Ersteren waren wegen ihrer Dummheit, daher das Sprichwort: sero sapiunt Phryges, und die Letzteren wegen ihrer schlechten Aussprache bekannt; eundem, sc. Philotam; alicujus mendacium arguere, richtiger: aliquem mendacii arguere, Jem. einer Lüge beschuldigen; capiti alicujus insidiari, Jem. nach dem Leben streben; dum: ut interea; praeesse, Statthalter seyn; custodia, Aufsicht, Verwahrung; commissa sit, sc. ei, Parmenioni; p. h. ad soc. sceleris impellere, verworfene Menschen zur Theilnahme an einer ruchlosen That bewegen, antreiben; ipsos, sc. milites; missuros, sc. esse aliquos; vota pro alicujus incolumitate persolvere, die Gelübde für Jem. Erhaltung abzahlen, erfüllen.

[3]) Accendere, entflammen, aufbringen; discerpere, in Stücke zerreißen; haud sane iniquo animo, ziemlich gelassen; torquere, martern, foltern lassen; cognoscere, untersuchen; concilium: concionem; saxis obruere, steinigen; in alicujus sententiam transire, Jem. Meinung beitreten.

timam deversorii partem secessit, et remotis arbitris in multam noctem quaestionis exspectavit eventum. Tortores in conspectu Philotae omnia crudelitatis instrumenta proponunt. Et ille ultro, *quid cessatis*, inquit, *regis inimicum, interfectorem, confitentem occidere? quid quaestione opus est? cogitavi, volui.* [4]) Craterus exigere, *ut, quae confiteretur, in tormentis quoque diceret.* Dum corripitur, dum obligantur oculi, dum vestis exuitur, *Deos patrios, gentium jura*, nequidquam apud surdas aures invocabat. Per ultimos deinde cruciatus, utpote damnatus, et inimicis in gratiam regis torquentibus laceratur. Ac primo quamquam hinc ignis, illinc verbera, jam non ad quaestionem, sed ad poenam, ingerebantur; non vocem modo, sed etiam gemitus, habuit in potestate: sed postquam intumescens corpus ulceribus, flagellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat; *si tormentis adhibituri modum essent, dicturum se, quae scire expeterent*, pollicetur. *Sed finem quaestioni fore, jurare eos per Alexandri salutem* volebat, *removerique tortores.* [5]) Et utroque impetrato, Cratero inquit, *dic quid me velis dicere.* Illo indignante, *ludificari eum*, rursusque revocante tortores, *tempus petere coepit, dum reciperet spiritum, cuncta quae sciret, indicaturus.* Interim equites, nobilissimus quisque, et ii maxime, qui Parmenionem propinqua cognatione contingebant, postquam Philotam torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant, cum ipsis necarentur, alii se interficiunt, alii in devios montes vastasque solitudines fugiunt: ingenti per

---

4) Quaestionem de aliquo habere, eine peinliche Untersuchung über Jem. halten, o. Jem. foltern lassen; habito, sc. cum eo; cujus etc., dessen Inhalt nicht bekannt geworden ist; in multam noctem, bis spät in die Nacht; quaestio, Folter; confitentem: qui omnia confitetur.

5) Exigere: exigebat; gentium jura: leges, quibus inter omnes gentes cautum est, ne insontes torquerentur; nequidquam, vergebens; per ultimos etc. „und weil ihn seine Feinde foltern ließen, um sich beim Könige beliebt zu machen, so wurde er hierauf wie ein wirklich zum Tode Verurtheilter unter den schrecklichsten Martern zerfleischt; ignem, verbera alicui ingerere, Jem. brennen, peitschen; non vocem etc., so gab er doch weder einen Laut, noch einen Seufzer von sich; als aber der von den Geschwüren (Wunden) aufschwellende Körper die an die nackten Knochen angebrachten Peitschenhiebe nicht mehr ertragen konnte, versprach er 2c.; tormentis m. adhibere, den Martern ein Ziel setzen, aufhören zu foltern; expeterent: exoptarent; per A. salutem, bei Alexanders Leben.

tota castra terrore diffuso, donec rex, tumultu cognito, *legem se supplicio conjunctis sontium remittere* edixit. [6]) Philotas verone an mendacio liberare se a cruciatu voluerit, anceps conjectura est, quoniam et vera confessis, et falsa dicentibus, idem doloris finis ostenditur. Ceterum, *Pater,* inquit, *meus Hegelocho quam familiariter usus sit, non ignoratis. Illum dico Hegelochum, qui in acie cecidit: ille omnium malorum nobis causa fuit. Nam cum primum* Jovis filium *se salutari jussit rex, id indigne ferens ille,* Hunc igitur regem agnoscimus, *inquit,* qui Philippum dedignatur patrem? actum est de nobis, si ista perpeti possumus. Non homines solum, sed etiam Deos despicit, qui postulat Deus credi. Amisimus Alexandrum, amisimus regem: incidimus in superbiam, nec Diis, quibus se exaequat, nec hominibus, quibus se eximit, tolerabilem. Nostrone sanguine Deum fecimus, qui nos fastidiat? qui gravetur mortalium adire concilium? Credite mihi, et nos, si viri sumus, a Diis adoptabimur. Quis proavum huius Alexandrum, quis deinde Archelaum, quis Perdiccam occisos ultus est? hic quidem interfectoribus patris ignovit. [7]) *Haec Hegelochus dixit supra coenam: et postera die prima luce a patre arcessor. Tristis erat, et me moestum videbat. Audieramus enim, quae sollicitudinem incuterent. Itaque*

---

[6]) Eum: sc. Philotam ludificari Craterum; spiritum recipere, sich erholen; indicaturus, sc. esset; nobilissimus quisque, et, ii maximi, und zwar die Angesehensten; propinqua cognatione aliquem contingere, mit Jem. nahe verwandt seyn; lege cautum est, es ist durch ein Gesetz verordnet; devius, von der Straße entfernt, unwegsam; diffundi, sich verbreiten; donec rex etc., bis endlich der König auf die Nachricht von diesem Schrecken öffentlich bekannt machen ließ, daß für jetzt dieses Gesetz ungültig, und die Verwandten der Verschworenen von der Strafe frei seyn sollten; legem — remittere: sc. mortis lege eximere reorum cognatos. Ed. cum not. Var.

[7]) Anceps c. est, die Muthmaßung bleibt zweifelhaft; quoniam etc., weil bei solchen, sie mögen nun die Wahrheit o. Unwahrheit sagen, der Tod immer das Ende ihrer Qualen ist, — weil sie in beiden Fällen hingerichtet wurden; Hegelochus. Der Eine befehligte nach Arrian die Flotte, der Andere bei Gaugamela einen Flügel der Reiterei, und diesen Letztern scheint er hier zu meinen; nobis st. nostrorum; postulat, credi: gewöhnlich folgt ut mit dem Conj. oder der Acc. cum inf.; se hominibus eximere, sich über die Menschen erheben; qui st. ut; mortalium concilium adire gravari, nicht gern in eine Gesellschaft der Menschen gehen, ungern mit Menschen umgehen; occisos, nach ihrer Ermordung; quidem, sogar.

*ut experiremur, utrumne vino gravatus effudisset illa, an altiore concepta consilio, arcessiri eum placuit. Venit: eodemque sermone ultro repetito adjecit*, se, sive auderemus duces esse, proximas a nobis partes vindicaturum; sive deesset animus, consilium silentio esse tecturum. *Parmenioni*, vivo adhuc Dario, intempestiva res *videbatur;* non enim sibi, sed hosti, esse occisuros Alexandrum: Dario vero sublato praemium regis occisi Asiam, et totum Orientem interfectoribus esse cessurum. *Approbatoque consilio, in haec fides data est et accepta. Quod ad Dymnum pertinet*, *nihil scio; et haec confessus intelligo non prodesse mihi, quod prorsus sceleris expers sum.* [8]) Illi rursus tormentis admotis, cum ipsis quoque hastis os oculosque ejus everberarent; ut hoc quoque crimen confiteretur, expressere. Exigentibus deinde, *ut ordinem cogitati sceleris exponeret; cum diu Bactra retentura regem viderentur, timuisse* respondit, *ne pater LXX natus annos, tanti exercitus dux, tantae pecuniae custos, interim exstingueretur, ipsique, spoliato tantis viribus, occidendi regis causa non esset. Festinasse ergo se, dum praemium haberet in manibus: Repraesentasse consilium, cujus patrem fuisse auctorem si crederent, tormenta quamquam tolerare non posset,*
34 *tamen non recusare.* Illi collocuti *satis quaesitum videri*, ad regem revertuntur. [9]) Qui postero die et *quae confessus erat Philotas recitari; et ipsum*, quia ingredi non poterat, jussit *afferri.* Omnia agnoscente eodem, Deme-

---

[8]) Prima l., bei Anbruch des Tages; alicui sollicitudinem incutere, Sem. Kummer, Besorgniß verursachen; vino gravatus, vom Weine berauscht; effundere, ausstoßen; an altiore etc., o. die Folge einer reifen Ueberlegung sey; repetito: quum — repetisset; proximas etc., so wolle er die nächste Rolle nach uns übernehmen (sich zueignen); animus, sc. nobis; consilium silentio tegere, den P. geheim halten; occisuros, sc. se, interfectores; tollere, aus dem Wege räumen; cedere, zu Theil werden; approbato etc., dieser Vorschlag fand Beifall, und man gab sich darauf wechselseitig das Wort; prorsus, gänzlich, schlechterdings.

[9]) Tormenta alicui admovere, Sem. auf die Folter bringen; ipsis, Vulg.: *ipsi;* os, Gesicht; ordinem c., sc. exponere, den ganzen Plan des beabsichtigten Verbrechens nach der Ordnung erzählen; retinere, aufhalten; extingueretur: moreretur; orbato: cum orbatus esset; repraesentasse, sc. ei patri, Andere: *repraesentare;* consilium, Vorhaben; si, Andere: *nisi;* recusare, Vulg.: *recusaret;* tormenta non recusare, sich willig der Folter unterziehen; illi collocuti: postquam illi collocuti erant; videri st. videbantur: credebant.

trius, qui proximi sceleris particeps esse arguebatur, producitur: multa affirmatione, animique pariter constantia, et vultu abnuens, *quidquam sibi in regem cogitatum esse, tormenta etiam* deposcebat *in semetipsum.* Cum Philotas circumlatis oculis incideret in Calin quemdam, haud procul stantem, *propius eum* jussit *accedere.* Illo perturbato, et recusante transire ad eum, *patieris*, inquit, *Demetrium mentiri, rursusque me excruciari?* Calin vox sanguisque defecerant: et Macedones Philotam inquinare innoxios velle suspicabantur; quia nec a Nicomacho, nec ab ipso Philota, cum torqueretur, nominatus esset adolescens. [10]) Qui ut praefectos regis circumstantes se vidit, *Demetrium et semetipsum id facinus cogitasse* confessus est. Omnes ergo a Nicomacho nominatos, more patrio, dato signo, saxis obruerunt. Magno non modo salutis, sed etiam vitae periculo liberatus erat Alexander: quippe Parmenio et Philotas, principes amicorum, nisi palam sontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. Itaque anceps quaestio fuit: dum infitiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur, post confessionem, Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit. [11])

---

[10]) Recitari, sc. in concione; omnia agnoscente eodem: quum Philotas omnia agnosceret; agnoscere, anerkennen, b) bekennen; p. scelus, die letzte Verschwörung; multa etc., welcher es unter vielen Betheurungen und zugleich mit standhaftem Muthe und unerschrockener Miene läugnete, je etwas Böses gegen den König beabsichtiget zu haben; er erbot sich sogar selbst zur Folter; oculos circumferre: circumspicere; incidit in Calin: conspexit, animadvertit Calin; vox, sanguisque me deficiunt, ich verstumme und erblasse; inquinare, besudeln; innoxios, sc. scelere, Unschuldige verdächtig machen; adolescens: Calis.

[11]) Praefectus, Profoß; magno etc., Alexander wurde hiedurch nicht nur für die Gegenwart, sondern auch für die Zukunft von einer großen Lebensgefahr befreit; sed etiam vitae. Rubenius liest: *sed et invidiae*, welches zu dem Folgenden ganz paßt. Das vitae periculo bezieht sich auf sein künftiges Leben von dem Zeitpunkte an, da die Verschworenen mit dem Tode bestraft worden waren; quaestio, Folter.

# Q. CURTII RUFI DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI HISTORIARUM LIBER VII.

## I.

Philotam sicut recentibus sceleris ejus vestigiis jure affectum supplicio censuerant milites; ita postquam desierat esse, quem odissent, invidia in misericordiam vertit. Moverat et claritas juvenis, et patris ejus senectus atque orbitas. Primus Asiam aperuerat regi, omnium periculorum ejus particeps; semper alterum in acie cornu defenderat: Philippo quoque ante omnes amicus; et ipsi Alexandro tam fidus, ut occidendi Attalum non alio ministro uti mallet. Horum cogitatio subibat exercitum, seditiosaeque voces referebantur ad regem. Quîs ille haud sane motus, satisque prudens, otii vitia negotio discuti, edicit, *ut omnes in vestibulo regiae praesto afforent*. Quos ubi frequentes adesse cognovit, in concionem processit. ¹) Haud dubie ex composito Apharias

---

Inh. Alexander läßt den des Hochverrathes schuldigen Lyncestes hinrichten, und dann Untersuchungen gegen die beiden Brüder Amyntas und Simmias, Philotas Freunde, anstellen, welche aber durch eine nachdrückliche Rede ihre Unschuld behaupten.

¹) Sicut: etsi; supplicio afficere, am Leben strafen; desierat esse: mortuus erat; vertit, sc. se, v. versa, conversa est; moverat, sc. eos, milites, movere, rühren, zu Herzen gehen; primus, sc. Parmenio; Asiam aperire, den Weg nach A. bahnen; defendo, hier: befehligen; non alio m., sc. quam Parmenione; cogitatio me subit alicujus rei, ich denke an etwas, stelle mir etwas vor; vox, Aeußerung, Rede; quis, queis, poet. st. quibus; haud sane: minime, haudquaquam; moveor, Eindruck machen, in Unruhe versetzen, sich daran stoßen; satisque prudens: satisque intelligens; otii vitia negotio discutere, die Fehler durch Arbeit beseitigen, vernichten; in vestibulo r., im Vorhofe der Burg, hier:

postulare coepit, *ut Lyncestes Alexander, qui multo ante quam Philotas regem voluisset occidere, exhiberetur.* A duobus indicibus, sicut supra diximus, delatus, tertium jam annum custodiebatur in vinculis. Eundem in Philippi quoque caedem conjurasse cum Pausania, pro comperto fuit; sed quia primus Alexandrum *Regem* salutaverat, supplicio magis quam crimini fuerat exemtus. Tum quoque Antipatri soceri ejus preces justam regis iram morabantur. Ceterum recruduit soporatus dolor. Quippe veteris periculi memoriam praesentis cura renovabat. ²) Igitur Alexander ex custodia educitur, jussusque dicere, quam toto triennio meditatus erat defensionem, haesitans et trepidus pauca ex iis, quae composuerat, protulit: ad ultimum non memoria solum, sed etiam mens eum destituit. Nulli erat dubium, quin trepidatio conscientiae indicium esset, non memoriae vitium. Itaque ex iis, qui proxime adstiterant, obluctantem adhuc oblivioni lanceis confoderunt. ³) Cujus corpore sublato, rex *introduci jussit Amyntam et Simmiam:* nam Polemon, minimus ex fratribus, cum Philotam torqueri comperisset, profugerat. Omnium Philotae amicorum hi carissimi fuerant, ad magna et honorata ministeria illius maxime suffragatione producti: memineratque rex, summo studio ab eo conciliatos sibi, nec dubitabat, *hujus quoque ultimi consilii fuisse participes.* Igitur, *olim esse sibi suspectos matris suae literis, quibus esset admonitus, ut ab his salutem suam tueretur. Ceterum se invitum deteriora credentem, nunc manifestis indiciis victum, jussisse vinciri.* ⁴) *Nam pridie*

---

vor dem Hauptquartiere; adforent: adessent; praesto adesse, sich einfinden, erscheinen.

²) Ex v. de composito, abgeredeter Maßen; exhibeo, vorstellen; sicut supra diximus. Vide supp. Freinsh. lib. II.; in caedem alicujus conjurare, sich zu Jem. Ermordung verschwören; pro comperto est, es ist ausgemacht; eximere: liberare; tum: als Alexander den Thron bestieg; sopporatus, Andere: *suppuratus*; quippe etc., denn die Besorgniß wegen der erst überstandenen Gefahr erinnerte wieder an die vorige.

³) Defensionem meditari, über die Vertheidigung nachdenken; haesitans et trepidus, unter Stottern u. Zittern; compono, zusammensetzen, verfertigen; destituo, verlassen; obluctantem oblivioni, während des Kampfes mit der Vergessenheit.

⁴) Aufero, wegtragen; honoratus, ehrenvoll, ansehnlich; suffragatio, Beistimmung, Empfehlung; producti: evecti, promoti; sibi aliquem conciliare, sich Jem. zum Freunde machen; consilium, Anschlag; olim, sc. inquit; admoneo, warnen; salutem ab aliquo tueri, sein Leben gegen Jem. in Acht nehmen, mit s. L. vor Jem.

*quam detegeretur Philotae scelus, quin in secreto cum ipso fuissent, non posse dubitari. Fratrem vero, qui profugerit, cum Philotas torqueretur, aperuisse fugae causam. Nuper praeter consuetudinem, officii specie, amotis longius ceteris, admovisse semetipsos lateri suo, nulla probabili causa: seque mirantem, quod non vice sua tali fungerentur officio, et ipsa trepidatione eorum perterritum, strenue ad armigeros, qui proximi sequebantur, recessisse. Ad hoc accedere, quod, cum Antiphanes, scriba equitum, Amyntae denuntiasset, pridie quam Philotae scelus deprehensum esset, ut ex* suis equis more solito daret iis, qui amisissent suos, *superbe respondisse,* nisi incepto desisteret, brevi sciturum, quis ipse esset. ⁵) *Jam linguae violentiam, temeritatemque verborum, quae in semetipsum jacularentur, nihil aliud esse, quam scelesti animi indicem ac testem. Quae si vera essent, idem meruisse eos, quod Philotam; si falsa, exigere ipsum ut refellant.* Productus deinde Antiphanes, *de equis non traditis, et adjectis etiam superbe minis,* indicat. Tum Amyntas, facta dicendi potestate, *Si nihil,* inquit, *interest regis; peto, ut, dum dico, vinculis liberer.* Rex *solvi utrumque* jubet: desiderantique Amyntae, *ut habitus quoque redderetur armigeri, lanceam dari* jussit. ⁶) Quam ut laeva comprehendit, evitato eo loco, in quo Alexandri corpus paullo ante jacuerat, *Qualiscunque,* inquit, *excitus nos manet, rex, confitemur, prosperum eventum tibi debituros;*

---

auf der Huth seyn; se — credentem: se, qui non libenter deteriora crederet; manifestis indiciis victum esse, durch offenbare, augenscheinliche Beweise bewogen seyn, o. sich genöthigt gesehen haben.

⁵) In secreto cum aliquo esse, mit Jem. eine geheime Zusammenkunft haben; specie officii, unter dem Vorwande mir aufzuwarten; amotis longius ceteris, da die Uebrigen sich ziemlich weit entfernt hatten; lateri alicujus se admovere, an Jem. Seite, nahe zu Jem. treten, Jem. sich nähern; probabilis, erweislich; seque, sc. Alexandrum; admirantem: et quum admirarer; quod non vice etc., daß, da die Reihe sie nicht träfe, sie dennoch den Dienst thäten, xc.; strenue: statim; scriba, Schreiber, Musterschreiber; deprehensum: detectum; respondisse, sc. Amyntam. Nach der grammatischen Ordnung sollte st. respondisse, respondisset stehen; incepto desistere, vom Vorhaben ablassen, abstehen.

⁶) Jam linguae etc., schon diese heftige Rede, und die gegen ihn (den Alex.) ausgestoßenen Worte seyen nichts anders, als hinreichende Kennzeichen und Beweise seiner boshaften Gesinnungen; refellere, widerlegen; utrumque: Amyntam et Simmiam; et desideranti etc., und befahl dem Amyntas auf sein Verlangen auch die Waffenrüstung und die Lanze zurückzugeben.

*tristiorem fortunae imputaturos. Sine praejudicio dicimus causam, liberis corporibus animisque. Habitum etiam, quo te comitari solemus, reddidisti. Causam non possumus, fortunam timere desinemus. Te quaeso, permittas mihi id primum defendere, quod a te ultimum objectum est.* [7]) *Nos, rex, sermonis adversus majestatem tuam habiti nullius conscii sumus nobis. Dicerem, jampridem vicisse te invidiam, nisi periculum esset, ne alia maligne dicta crederes blanda oratione purgari. Ceterum etiamsi militis tui vel in agmine deficientis et fatigati, vel in acie periclitantis, vel in tabernaculo aegri et vulnera curantis, aliqua vox asperior esset accepta; merueramus fortibus factis, ut malles ea tempori nostro imputare, quam animo. Cum quid accidit tristius, omnes rei sunt: corporibus nostris, quae utique non odimus, infestas admovemus manus: parentes liberis si occurrant, et ingrati et invisi sunt.* [8]) *Cum donis honoramur, cum praemiis onusti revertimur, quis ferre nos potest? quis illam animorum alacritatem continere? Militantium nec indignatio, nec laetitia moderata est. Ad omnes affectus impetu rapimur. Vituperamus, laudamus, miseremur, irascimur, utcunque praesens movit affectio. Modo Indiam adire et Oceanum libet; modo conjugum et liberorum patriaeque memoria occurrit. Sed has cogitationes, has inter se colloquentium voces, signum tuba datum finit: in suos ordines quisque currimus, et quidquid irarum in tabernaculo conceptum est, in hostium effunditur capita.* [9]) *Utinam Philotas quoque intra verba peccasset! Proinde ad id revertar, propter quod rei sumus. Amici-*

---

7) Alexandri, sc. Lyncestis; debituros, sc. nos esse; sine praejudicio: quod damnati non sumus, antequam causam nostram dixerimus. Vinculis enim liberati sumus. Schmieder. Habitus, Anzug, nach Große: Ehrenzeichen; objectum: exprobratum, sc. mihi.

8) Sermonem adversus aliquem habere, wider Jem. etwas reden; vicisse inv., über den Neid erhaben seyn; purgare, beschönigen, wieder gut machen; accepta: audita; tempus, Lage, Umstände; tristis, unangenehm, unglücklich; omnes rei: propter immoderatos adfectus nostros omnes in culpam incurrimus. Schmieder. In quemcunque obvium conferimus culpam nostrae miseriae. Koken. Manus alicui admovere, Hand an Jem. legen.

9) Donis honorari: donari; alacritatem continere, die Munterkeit, lebhafte Freude im Zaume halten; militantium st. militum; ad omnes — rapimur, wir werden mit Heftigkeit zu allen Gemüthsbewegungen (Affekten, Leidenschaften) hingerissen; utcunque etc., je nachdem uns die gegenwärtige Leidenschaft antreibt; memoria occur-

*tiam, quae nobis cum Philota fuit, adeo non eo infitias, ut expetisse confitear. An vero Parmenionis, quem tibi proximum esse voluisti, filium, omnes paene amicos tuos dignatione vincentem, cultum a nobis esse miraris? Tu hercule, si verum audire vis, rex, hujus nobis periculi causa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi ad hunc gradum amicitiae tuae adscendimus. Is apud te fuit, cujus gratiam expetere, et iram timere possemus.* [10]) *An non propemodum in tua verba, tui omnes te praeeunte juravimus,* eosdem nos inimicos amicosque habituros esse, quos tu haberes? *hoc sacramento pietatis obstricti aversaremur scilicet, quem tu omnibus praeferebas. Igitur si hoc crimen est, tu paucos innocentes habes: immo hercule neminem. Omnes enim Philotae amici esse voluerunt: sed totidem, quot volebant esse, non poterant. Ita si a consciis amicos non dividis; nec ab amicis quidem separabis illos, qui idem esse voluerunt. Quod igitur conscientiae affertur indicium? ut opinor, quia pridie familiariter et sine arbitris locutus est nobiscum! At ego purgare non possem, si pridie quidquam ex vetere vita ac more mutassem.* [11]) *Nunc vero, si, ut omnibus diebus, illo quoque, qui suspectus est, fecimus, consuetudo diluet crimen. Sed equos Antiphani non dedimus! et pridie quam Philotas detectus est, haec mihi cum Antiphane res erat! qui si nos suspectos facere vult, quod illo die equos non dederimus, semetipsum, quod eos desideraverit, purgare non poterit. Anceps enim crimen est*

---

rit, sc. nobis: recordamur; iram conceptam effundere, den gefaßten Z. auslassen.

[10]) Intra verba: verbis tantum; reus, ein Beklagter; amicitiam etc., ich bin weit entfernt, die Freundschaft, welche ich mit dem Philotas pflog, in Abrede zu stellen, sondern ich gestehe vielmehr, daß ich sie gesucht habe; omnes — vincentem: qui omnes fere superabat gratia (v. dignitate, auctoritate) apud te; nobis st. nostri; causam esse, Schuld seyn; traditi (sc. tibi Alexandro): commendati; is apud te fuit, er galt so viel bei dir; cujus st. ut ejus; possemus: deberemus.

[11]) An non etc., haben wir nicht beinahe Alle auf deine Worte, welche du uns vorsagtest, geschworen, daß ꝛc.; tui omnes: nos omnes, tibi prorsus dediti; sacramento pietatis obstrictum esse, durch einen feierlichen Eid der Treue gebunden seyn, — pietas heißt hier die schuldige Liebe, die pflichtmäßige Treue zum Könige; a consciis, sc. sceleris, Mitverschworene; conscientiae indicium afferre, einen Beweis von dem Wissen um sein Vorhaben anführen; purgare, sc. me, entschuldigen, rechtfertigen; vita: vitae ratio.

*inter retinentem et exigentem; nisi quod melior est causa*
34 *suum non tradentis, quam poscentis alienum. Ceterum, rex, equos decem habui, e quis Antiphanes octo jam distribuerat iis, qui amiserant suos. Omnino duos ipse habebam: quos cum vellet abducere homo superbissimus, certe iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebar.* [12]) *Nec infitias eo, liberi hominis animo locutum esse me cum ignavissimo, et hoc unum militiae suae usurpante, ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore et Alexandro excusem, et Antiphani. At hercule mater de nobis inimicis tuis scripsit! Utinam prudentius esset sollicita pro filio, et non inanes quoque species anxio animo figuraret. Quare enim non adscribit metus sui causam? Denique non ostendit auctorem? quo facto dictove nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit? O miseram conditionem meam, cui forsitan non periculosius est tacere, quam dicere! Sed utcunque cessura res est, malo tibi defensionem meam displicere, quam causam.* [13]) *Agnosces autem, quae dicturus sum; quippe meministi, cum me ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te,* multos integros juvenes in domo tuae matris abscondi. *Praecepisti igitur mihi,*

---

[12]) Illo quoque: ita illo quoque; fecimus: egimus, nos gessimus; crimen diluere, eine Beschuldigung widerlegen, zu nichte machen; Philotas detectus est: Philotae scelus detectum est; res, Angelegenheit, Handel, Streit; anceps etc., denn die Beschuldigung zwischen dem Zurückhaltenden und Begehrenden ist zweifelhaft, wenn nicht die Sache Desjenigen, der sein Eigenthum nicht überliefert, gerechter ist, als die Desjenigen, der Fremdes fordert; melior est causa. Ita leges juris tradunt: In pari causa potior est conditio possidentis; pedes militare, zu Fuße dienen.

[13]) Animus, Muth; ignavus, feig; hoc unum militiae suae usurpante (Antiphanes scriba quidem est, sed et miles, qui pugnare et fortibus factis excellere deberet. At hanc posteriorem partem militiae ignavissimus homo non usurpavit, sed eam solum, ut alienos equos distribueret. Schmieder.), dessen ganze Kriegsdienste darin bestehen, daß 2c.; pugnaturis: militibus; verba sua alicui excusare, seine Reden bei Jem. entschuldigen; inimicis tuis, als deinen Feinden; prudentius, mit mehr Vorsicht; inanes species anxio animo figurare, eitle Dinge sich ängstlich einbilden; adscribo, hinzuschreiben, im Schreiben beifügen; auctorem, sc. metus sui; denique: cur denique; quo facto etc., durch welche Handlungen und Reden von unserer Seite wurde sie bewogen, dir so ängstliche Briefe zu schreiben; conditio, Lage; cui: cum mihi; cedere, ausfallen, ablaufen.

ne quem praeter te intuerer, sed detrectantes militiam perducerem ad te. *Quod equidem feci, et liberius, quam expediebat mihi, exsecutus sum imperium tuum. Gorgian, Hecateum et Gorgatan, quorum bona opera uteris, inde perduxi.* 14) *Quid igitur iniquius est, quam me, qui si tibi non paruissem, jure daturus fui poenas, nunc perire, quia parui? Neque enim ulla alia matri tuae persequendi nos causa est, quam quod utilitatem tuam muliebri praeposuimus gratiae. Sex millia Macedonum peditum, et DC equites adduxi, quorum pars secutura me non erat, si militiam detrectantibus indulgere voluissem. Sequitur ergo, ut, quia illa propter hanc causam irascitur nobis, tu mitiges matrem, qui irae ejus nos obtulisti.* 15)

II. Dum haec Amyntas agit, forte supervenerunt, qui fratrem ejus Polemonem, de quo ante dictum est, fugientem consecuti vinctum reducebant. Infesta concio vix inhiberi potuit, quin protinus suo more saxa in eum jaceret. Atque ille sane interritus, *nihil*, inquit, *pro me deprecor; modo ne fratrum innocentiae fuga imputetur mea. Haec si defendi non potest, meum crimen sit. Horum ob id ipsum melior est causa, quod ego, qui profugi, suspectus sum.* At haec elocuto universa concio assensa est. Lacrimae deinde omnibus manare coeperunt, adeo in contrarium repente mutatis, ut solum pro eo esset, quod maxime laeserat. 1) Juvenis erat primo aetatis flore pubescens, quem inter equites tormentis Philotae conturbatos alienus terror abstulerat. De-

---

14) Agnoscere, für wahr halten, zugestehn; integros: egregios, ad militiam aptos; intueri, berücksichtigen; militiam detrectare, sich dem Kriegsdienste entziehen; liberius, mit mehr Freiheit; inde: ex domo matris tuae.

15) Fui st. fuissem; poenas dare, bestraft werden; est: sum st. habeo; gratia, Gunst; erat st. esset; indulgere, Nachsicht haben, nachsichtig seyn; offerre, preisgeben, bloßstellen.

Inh. Amynt wird mit seinen Brüdern begnadigt, Polydamas aber von dem Könige eiligst nach Medien geschickt, wo er, seinem Auftrage gemäß, den Parmenio hinrichten läßt, worüber es aber bei den schwierigen Soldaten zum Aufruhre kommt, der endlich wieder gestillt wird.

1) Agit: loquitur; inhibere, Einhalt thun, zurückhalten; fratrum innocentiae, st. fratribus innocentibus; imputare, zurechnen, Schuld geben, nachtheilig seyn; meum c. sit, so soll ich allein Verbrecher seyn; assentiri, Beifall geben; in contrarium mutari, für das Gegentheil gestimmt werden, ihre Gesinnungen gänzlich ändern; solum: sola fuga; hoc pro me est, dieses ist für mich vortheilhaft, kommt mir zu Statten; laeserat: ei nocuerat.

sertum eum a comitibus, et haesitantem inter revertendi fugiendique consilium, qui secuti erant occupaverunt. Is tum flere coepit, et os suum converberare; moestus, non suam vicem, sed propter ipsum periclitantium fratrum. Moveratque jam regem, non concionem modo: sed unus erat implacabilis frater: qui terribili vultu intuens eum, *Tum*, ait, *demens, lacrimare debueras, cum equo calcaria subderes, fratrum desertor, et desertorum comes. Miser, quo, et unde fugiebas? Effecisti, ut reus capitis, accusatoris uterer verbis.* Ille, *pecasse se; sed gravius in fratres, quam in semetipsum*, fatebatur. ²) Tum vero neque lacrimis, neque acclamationibus, quibus studia sua multitudo profitetur, temperaverunt. Una vox erat pari emissa consensu, *ut insontibus et fortibus viris parceret.* Amici quoque, data misericordiae occasione, consurgunt, flentesque regem deprecantur. Ille silentio facto, *Et ipse*, inquit, *Amyntam mea sententia fratresque ejus absolvo. Vos autem, juvenes, malo beneficii mei oblivisci, quam periculi vestri meminisse. Eadem fide redite in gratiam mecum, qua ipse vobiscum revertor. Nisi quae delata essent, excussissem, valde dissimulatio mea suspecta esse potuisset. Sed satius est purgatos esse, quam suspectos. Cogitate, neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam. Tu, Amynta, ignosce fratri tuo. Erit hoc simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus.* ³) Concione deinde dimissa, *Polydamanta vocari* jubet. Longe acceptissimus Parmenioni erat, proximus lateri in acie stare solitus. Et quamquam conscientia fretus in regiam venerat; tamen ut jussus est *fratres suos exhibere*, admodum juvenes, et regi ignotos ob aetatem, fiducia in sollicitudinem versa tre-

---

²) Juvenis pubescens: adolescens; inter consilium haesitare, zwischen dem Entschluße schwanken, unschlüßig seyn; sequi, nachsetzen; tum: coram rege et concione; os converberare, sich in's Gesicht schlagen; non, sc. ob; desertor, Verlasser, Hintansetzer, der Einen im Stiche läßt, b) Ausreißer; capitis reum esse, auf Leib und Leben peinlich angeklagt werden; verbis accusatoris uti, sc. in te, sich der W. eines Anklägers bedienen, Jem. Ankläger werden.

³) Studia profiteri, die Zuneigung an den Tag legen, zu erkennen geben; una — consensu, die ganze Versammlung rief gleichsam mit einer Stimme, einmüthig; occasio m. datur, es bietet sich eine G. zum M. dar; silentium factum est, es ist still geworden; beneficium, Gnade; periculum, überstandene Gefahr; eadem fide, unter demselben Vertrauen; in gratiam cum aliquo redire, v. reverti, sich mit Jem. aussöhnen; excutere, untersuchen; dissimulatio, Verhehlung seiner Gedanken, hier: Zurückhaltung; erit hoc etc., dieses wird das Unterpfand deiner aufrichtigen Aussöhnung mit mir seyn.

pidare coepit, saepius quae nocere possent, quam quibus eluderet, reputans. Jam armigeri, quibus imperatum erat, produxerant eos; cum exsanguem metu Polydamanta *propius accedere* jubet. Submotisque omnibus, *Scelere,* inquit, *Parmenionis omnes pariter appetiti sumus. Maxime ego ac tu, quos amicitiae specie fefellit. Ad quem persequendum puniendumque (vide quantum fidei tuae credam) te ministro uti statui. Obsides, dum hoc peragis, erunt fratres tui. Proficiscere in Mediam, et ad praefectos meos literas scriptas manu mea perfer. Velocitate opus est, qua celeritatem famae antecedas.* [4]) *Noctu pervenire illuc te volo; postero die, quae scripta erunt, exsequi. Ad Parmenionem quoque epistolas feres; unam a me, alteram Philotae nomine scriptam. Signum annuli ejus in mea potestate est. Sic pater credens a filio impressum, cum te viderit, nihil metuet.* Polydamas, tanto liberatus metu, impensius etiam, quam exigebatur, promittit operam. Collaudatusque et promissis oneratus, deposita veste quam habebat, Arabica induitur. Duo Arabes, quorum interim conjuges ac liberi, vinculum fidei, obsides apud regem erant, dati comites. Per deserta etiam ob siccitatem loca camelis, undecima die, quo destinaverat, perveniunt. Et prius quam ipsius nuntiaretur adventus, rursus Polydamas vestem Macedonicam sumit, et in tabernaculum Cleandri (praetor hic regius erat) quarta vigilia pervenit. [5]) Redditis deinde literis, constituerunt prima luce ad Parmenionem coire. Namque ceteris quoque literas regis attulerat. Jam ad eum venturi erant, cum Parmenioni *Polydamanta venisse* nuntiaverunt. Qui dum laetatur adventu amici, simulque noscendi, quae rex ageret, avidus (quippe longo intervallo nullam ab eo epistolam ac-

---

[4]) Acceptissimus: gratissimus; lateri alicujus in acie stare, an Jem. Seite in der Schlacht fechten; conscientia, gutes Bewußtseyn, Gewissen; exhibere, vorstellen; admodum juvenis, noch sehr jung; saepius etc.: magis cogitans ea, quae ipsi obesse poterant, quam quibus illa purgare posset; eluderet, Andere: *eluderetur*, *illuderetur*, *dilueret*, *se tueretur*; imperatum erat, sc. ut fratres Polydamantis adducerent; metu exsanguis, vor Furcht ganz blaß; scelere aliquem appetere, Jem. nach dem Leben trachten; te ministro usus sum, ich habe mich deiner bedient; litterae mea manu scriptae, mein eigenhändiges Schreiben; qua, st. ut ea.

[5]) Signum annuli, Siegelring, Petschaft; impressum, sc. esse signum annuli; impensius operam promittere, einen größern Diensteifer, o. mehr Dienste versprechen; oneratus: cumulatus; vinculum fidei: pignus fidei.

ceperat), *Polydamanta requiri* jubet. Deversoria regionis illius magnos recessus habent, amoenosque nemoribus manu consitis: ea praecipue regum satraparumque voluptas erat. Spatiabatur in nemore Parmenion medius inter duces, quibus erat imperatum literis regis, ut occiderent. Agendae autem rei constituerant tempus, *cum Parmenion a Polydamante literas traditas legere coepisset.* [6]) Polydamas procul veniens, ut a Parmenione conspectus, vultu laetitiae speciem praeferente, ad complectendum eum cucurrit; mutuaque gratulatione functi, Polydamas epistolam ab rege scriptam ei tradidit. Parmenion vinculum epistolae solvens, *quidnam rex ageret?* requirebat. Ille *ex ipsis literis cogniturum esse* respondit. Quibus Parmenion lectis, *Rex,* inquit, *expeditionem parat in Arachosios. Strenuum hominem et nunquam cessantem! Sed tempus saluti suae tanta jam parta gloria parcere.* Alteram deinde epistolam, Philotae nomine scriptam laetus, quod ex vultu notari poterat, legebat. Tum ejus latus gladio haurit Cleander, deinde jugulum ferit; ceteri exanimem quoque confodiunt. [7]) Et armigeri, qui ad aditum nemoris adstiterant, cognita caede, cujus causa ignorabatur, in castra perveniunt, et tumultuoso nuntio milites concitant. Illi armati ad nemus, in quo perpetrata caedes erat, coëunt: et, *ni Polydamas, ceterique ejusdem noxae participes dedantur, murum circumdatum nemori eversuros* denuntiant, *omniumque sanguine duci parentaturos.* Cleander *primores eorum intromitti* jubet; literasque regis scriptas ad milites recitat, quibus *insidiae Parmenionis in regem, precesque, ut ipsum vindicarent,* continebantur. Igitur cognita regis voluntate, non

---

[6]) Constituerant: Cleander, Polydamas et reliqui praefecti; coire: simul ire; noscendi: sciendi; longo intervallo, seit langer Zeit; requirere, aufsuchen; deversoria etc., die Lusthäuser jener Gegend haben große und angenehme Partien in den künstlich angepflanzten Lusthainen; agendae rei: exequendi mandati.

[7]) Vultu laetitiae speciem praeferente, mit scheinbar fröhlicher Miene; mutua gratulatione fungi, sich wechselseitig Glück wünschen, wechselseitig ihre Freude bezeigen; vinculum epistolae solvere, einen B. erbrechen; expeditionem parare, sich zu einem Feldzuge rüsten; Arachosii, die Einwohner von Arachosia, einer Landschaft des persischen Reiches, an der Gränze von Indien, das heutige Bukan und Ajakan; tempus parcere, besser: parcendi; Philotae nomine. Alexander ließ ihn entweder Jem. schreiben, der Philotas Hand nachahmte, oder es wurde darin vorgegeben, daß Philotas verhindert sey, selbst zu schreiben; notari: animadverti; haurit: transfodit; jugulum ferire, in den Hals stechen; exanimis, entseelt, todt.

quidem indignatio, sed tamen seditio compressa est. Dilapsis pluribus pauci remanserunt, qui, *saltem ut corpus ipsius sepelire permitterent*, precabantur. [8]) Diu id negatum est, Cleandri metu, ne offenderet regem. Pertinacius deinde precantibus, materiem consternationis subtrahendam ratus, capite deciso truncum humare permisit. Ad regem caput missum est. Hic exitus Parmenionis fuit, militiae domique clari viri. Multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magnae rei gesserat. Felicissimo regi, et omnia ad fortunae suae exigenti modum, satisfecit. LXX natus annos, juvenis ducis, et saepe etiam gregarii militis munia explevit: acer consilio, manu strenuus, carus principibus, vulgo militum acceptior. Haec impulerint illum ad regni cupiditatem, an tantum suspectum fecerint, ambigi potest; quia Philotas ultimis cruciatibus victus verane dixerit, quae facta probari non poterant, an falsis tormentorum petierit finem, re quoque recenti, cum magis posset liquere, dubitatum est. [9]) Alexander, quos mortem Parmenionis conquestos

---

[8]) Armigeri: satellites Parmenionis; tumultuoso n. m. concitare, die Soldaten durch eine Lärm verursachende Nachricht aufbringen, aufwiegeln; caedem perpetrare, einen Mord begehen; noxae: sceleris, caedis; eversuros, sc. se esse; sanguine omnium alicui parentare, Alle insgesammt Jem. Schatten aufopfern, o. durch den Tod Aller Jem. ein Todtenopfer bringen, d. i. Jem. Tod durch den Tod Aller rächen; contineri, enthalten seyn; comprimere, unterdrücken; permitterent (Cleander et Polydamas), sc. sibi.

[9]) Offenderet, Andere: *offenderent*; Cleandri metu: quod Cleander metueret, ne; pertinacius precari, ziemlich hartnäckig, ungestüm bitten; materiem consternationis subtrahere, die Veranlassung, Gelegenheit zum Aufruhr benehmen; nihil magnae rei gerere, keine große That ausführen, verrichten; et omnia — modum, der in allen Vorfällen (bei seinem Feldherrn) gleiches Glück forderte; juvenis ducis munia explere, die Dienste eines jungen Feldherrn leisten; acer consilio, klug und scharfsinnig in seinen Entwürfen; vulgo militum: gregariis militibus; acceptior: gratior; haec impulerint etc., ob ihn dieses, nach der Herrschaft zu streben, gereizt, oder rc.; tantum, sc. haec illum; ambigi potest, es ist zweifelhaft; quia Philotas etc., weil man bei der Sache selbst, da sie noch im frischen Andenken war, und man leicht auf den Grund kommen konnte, zweifelte, ob Philotas, durch die äußersten Marter bewogen, die Wahrheit gesagt, die sich aber als Thatsache nicht erweisen ließ, oder durch das Aussagen der Unwahrheit dem Foltern ein Ende zu machen gesucht habe; quae facta probari non poterant: quia Hegelochus mortuus, Parmenio absens erat, quos solos conscios conjurationis Philotas confessus erat.

esse compererat, separandos a cetero exercitu ratus, in unam cohortem secrevit, ducemque his Leonidam dedit, et ipsum Parmenioni quondam intima familiaritate conjunctum. Fere iidem erant, quos alioqui rex habuerat invisos. Nam cum experiri vellet militum animos, admonuit, *qui literas in Macedoniam ad suos scripsisset, iis, quos ipse mittebat, perlaturos cum fide traderet.* [10]) Simpliciter ad necessarios suos quisque scripserat, quae sentiebat: aliis gravis erat, plerisque non ingrata militia. Ita et agentium gratias, et querentium literae exceptae sunt. Et qui forte taedium laboris per literas erant questi, *hanc seorsum cohortem a ceteris tendere ignominiae causa* jubet; fortitudine usurus in bello, libertatem linguae ab auribus credulis remoturus. Et consilium temerarium forsitan (quippe fortissimi juvenes contumeliis irritati erant) sicut omnia alia felicitas regis excepit. Nihil illis ad bella promtius fuit. Incitabat virtutem et ignominiae demendae cupido, et quia fortiora facta in paucis latere non poterant. [11])

III. His ita compositis, Alexander Arianorum Satrape constituto, *iter pronuntiari* jubet *in Agriaspas*, quos jam tunc mutato nomine *Evergetas* appellabant; ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum affectum, tectis et commeatibus juverant. Quintus dies erat, ut in eam regionem pervenerat. Cognoscit, *Satibarzanem, qui ad Bessum defecerat, cum equitum manu irrupisse rursus in Arios.* Itaque Caranum, et Erigyium cum Artabazo et Andronico, et sex millibus Graecorum peditum, DC equites sequebantur. Ipse LX diebus gentem Evergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donata. [1]) Relicto dein-

---

[10]) Quos, st. de quibus, eos; alicui intima familiaritate conjunctum esse, Jem. sehr vertrauter Freund seyn; quos inv. habuit: qui regi invisi, odiosi fuerant; perlaturis cum fide: qui eas cum fide perlaturi essent.

[11]) Simpliciter, aufrichtig; agentium gratias, sc. Alexandro; exceptae: interceptae; taedium laboris queri, sich wegen Ueberdruß der Kriegsbeschwerden beklagen; seorsum a ceteris tendere, von den Uebrigen abgesondert sich lagern (campiren); excepit: adjuvit; nihil illis promtius: hi promtissimi; et — et, sowohl, als auch; demendae: delendae, exstinguendae.

Inh. Alexander bezwingt verschiedene Völker, und marschirt dann über den Kaukasus.

[1]) Ariani v. Arii, ein Volk in Asien, ihr Land hieß Aria, heut zu Tage ein Theil von Chorasan; Evergeta, ein griech. Wort, heißt Wohlthäter; ex quo, sc. tempore, seitdem sie das von Kälte und Mangel an Nahrungsmitteln bedrängte Heer des Cyrus in ihre Wohnun-

de, qui iis praeesset, Amenide, (scriba is Darii fuerat) Arachosios, quorum regio ad Ponticum mare pertinet, subegit. Ibi exercitum, qui sub Parmenione fuerat, occupavit. Sex millia Macedonum erant, et CC nobiles, et quinque millia Graecorum cum equitibus ducentis; haud dubie robur omnium virium regis. Arachosiis datus Menon praetor, IV millibus peditum, et DC equitibus in praesidium relictis. Ipse rex nationem, ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo commercio volentem mutuos usus, cum exercitu intravit. [2]) *Parapamisadae* appellantur, agreste hominum genus, et inter barbaros maxime inconditum. Locorum asperitas hominum quoque ingenia duraverat. Gelidissimum Septemtrionis axem ex magna parte spectant: Bactrianis ad Occidentem conjuncti sunt: meridiana regio ad mare Indicum vergit. Tuguria latere primo struunt, et quia sterilis est terra materiae, in nudo etiam montis dorso, usque ad summum aedificiorum fastigium eodem laterculo utuntur. Ceterum structura latior ab imo, paullatim incremento operis in arctius cogitur: ad ultimum in carinae maxime modum coit. Ibi foramine relicto superne lumen accipiunt ad medium. [3]) Vites et arbores, si quae in tanto

---

gen aufgenommen, und mit Lebensmitteln unterstützt hatten; ut: quum; qui ad B. defecerat, sc. a se: qui partes Bessi sequutus erat; in Arios, st. in Ariam; itaque — sequebantur: itaque Caranus et E. cum A. et A. cum sex millibus Graecorum peditum et DC equitibus contra eum profecti sunt; gentem ordinare, bei einem Volke Alles in Ordnung bringen; donata, sc. iis, Evergetis.

[2]) Ad p. mare. Hier ist das indische Meer, ostwärts am persischen Meerbusen, zu verstehen, obwohl auch da Curtius sich noch irrt, weil die große Landschaft Gedrosin die Arachosier noch von diesem trennt; occupare, an sich ziehen, sich vereinigen; robur, der Kern; praetor, Statthalter; in praesidium, zur Besatzung; nationem cum exercitu intrare, mit dem Heere zu einem Volke kommen; quippe — usus, weil es nämlich durch Handel mit andern nicht in Verkehr stehen will.

[3]) Parapamisadae, von der Provinz Parapamisus so genannt, und die Provinz hatte ihren Namen vom Gebirge Parapamisus; inconditus, ungebildet, wild; locorum asperitas, rauhe Gegenden; ingenia durare, die Gemüther verhärten, gefühllos, unempfindlich machen; gelidissimum — spectant, sie liegen größtentheils gegen den sehr kalten Nordpol zu. — Curtius scheint hier sagen zu wollen, daß dieses Land den Nordwinden sehr ausgesetzt ist, widrigens beurkundet er abermals seine grobe Unwissenheit in der Geographie; conjuncti: confines, finitimi; ad mare vergere, gegen das Meer zu liegen; tu-

terrae rigore durare potuerunt, obruunt. Penitus hieme defossae latent. Cum nive discussa aperiri humus coepit, coelo solique redduntur. Ceterum adeo altae nives premunt terram, gelu et perpetuo paene rigore constrictae, ut ne avium quidem, feraeve ullius vestigium exstet. Obscura coeli verius umbra, quam lux, nocti similis premit terram, vix ut quae prope sunt, conspici possint. In hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus exercitus, quidquid malorum tolerari potest, pertulit; inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem. 4) Multos exanimavit rigor insolitus nivis; multorum adussit pedes; plurimorum oculos; praecipue pernicialis fuit; fatigati quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant: quae cum moveri desissent, vis frigoris ita adstringebat, ut rursus ad surgendum conniti non possent. A commilitonibus torpentes excitabantur: neque aliud remedium erat, quam ut ingredi cogerentur. Tum demum vitali calore moto, membris aliquis redibat vigor. Si qui tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt. Sed tanta caligo erat, ut aedificia nulla alia res quam fumus ostenderet. 5) Illi nunquam ante in terris suis advena viso, cum armatos repente conspicerent, exanimati metu, quidquid in tuguriis erat, afferebant, *ut corporibus ipsorum parceretur* orantes. Rex agmen circumibat

---

guria l. p. struunt, sie bauen von Grunde aus ihre Hütten aus Ziegeln; materia, Holz; in nudo, sc. arboribus, kahl; fastigium, Giebel; structura, Bau; ab imo, von unten; paullatim etc., wird mit der Höhe (der Zunahme des Werkes) allmählig enger, und geht zuletzt gerade so, wie ein Schiffkiel, zusammen; ad medium, sc. tugurium, mitten in die Hütte.

4) Rigore: frigore; duro, aushalten, ausdauern; obruunt, sc. humo, ganz mit Erde bedecken; cum nive etc., wenn der Schnee schmilzt, und die Erde aufzuthauen anfängt, werden sie wieder der Luft und der Sonne ausgesetzt; ceterum adeo etc., der Schnee liegt aber in diesem Lande so tief, und friert wegen der beinahe ununterbrochenen Kälte so stark zusammen, daß rc.; obscura coeli umbra: tenebrae crassae; verius: magis; lux, sc. diei; in haec tamen: tamen gehört zu pertulit; Uebers.: in dieser, fast ganz menschenleeren Einöde ertrug jedoch das hülflose Heer alles mögliche Ungemach rc.

5) Multos etc., Viele erfroren in dem ungewöhnlich kalten Schnee; Vielen erfroren die Füße, vorzüglich war er bei den Meisten für die Augen schädlich; denn sie fielen ganz ermattet kraftlos auf den gefrornen Schnee, wo sie dann beim Mangel an Bewegung dergestalt von der gewaltigen Kälte erstarrten, daß sie keine Kraft mehr hatten aufzustehen; ingredi, einher-, fortmarschiren; vitalem calorem movere, die Lebenswärme aufregen; adire, erreichen.

pedes, jacentes quosdam erigens, et alios, cum aegre sequerentur, adminiculo corporis sui excipiens. Nunc ad prima signa, nunc in medio, nunc in ultimo agmine itineris multiplicato labore aderat. Tandem ad cultiora perventum loca est, commeatuque largo recreatus exercitus: simul et qui consequi non potuerant, in illa castra venerunt. [6]) Inde agmen processit ad Caucasum montem, cujus dorsum Asiam perpetuo jugo dividit: hinc simul mare, quod Ciliciam subit, illinc Caspium fretum, et amnem Araxem, aliaque regionis Scythiae deserta spectat. Taurus, secundae magnitudinis mons, committitur Caucaso, a Cappadocia se attollens Ciliciam praeterit, Armeniaeque montibus jungitur. Sic inter se tot juga velut serie cohaerentia perpetuum habent dorsum, ex quo Asiae omnia fere flumina, alia in Rubrum, alia in Caspium mare, alia in Hyrcanum et Ponticum decidunt. XVII dierum spatio Caucasum superavit exercitus. [7]) Rupes in eo X in circumitu stadia complectitur, quatuor in altitudinem excedit, in qua *vinctum Promethea fuisse* antiquitas tradit. Condendae in radicibus montis urbi sedes electa est. VII millibus seniorum Macedonum, et praeterea militibus, quorum opera uti desisset, permissum, in novam urbem considere. Hanc quoque *Alexandriam* incolae appellaverunt. [8])

---

[6]) Metu exanimatus, vor Furcht außer sich, in der größten Furcht; corporibus ipsorum: vitae suae; circumeo, hin- und hergehen, von Einem zum Andern; adminiculo corporis sui aliquem excipere, Jem. mit seinem Körper zur Stütze dienen, Jem. bei der Hand aufhelfen, seinen Arm bieten; ad p. signa, an der Spitze, vorne; in medio, Vulg.: *in medium*; cultiora loca, besser angebaute Gegenden; commeatu largo recreari, mit Lebensmitteln reichlich sich erquicken, versehen.

[7]) Ad Caucasum. Hier ist das Gebirge Paropamisus zu verstehen; der eigentliche Kaukasus ist eine Gebirgskette zwischen dem Pontus Euxinus und dem caspischen Meere; cujus dorsum etc., dessen Bergkette durch ganz Asien läuft, oder dessen Rücken Asien durch eine Bergkette theilt; subeo, bespühlen; fretum: mare; deserta Scythiae r., scythische Wüsten, Steppen. Dieses ist wohl vom Taurus, aber nicht vom Kaukasus richtig. Die alten Geographen pflegten jedes große Gebirge Taurus zu nennen; committi, anstoßen; se attollere, sich erheben, anfangen; juga, Anhöhen, Gipfel der Berge, Bergrücken; perpetuum dorsum habere, eine Bergkette bilden; mare Caspium u. Hyrcanum ist ein und dasselbe Meer.

[8]) Rupes in eo: in medio Paropamiso, nach Diodor; in altitudinem excedere, hoch seyn; in qua vinctum Promethea: non in hac rupe, sed in Caucaso vero antiquitas tradiderat

XV IV. At Bessus, Alexandri celeritate perterritus, Diis patriis sacrificio rite facto, sicut illis gentibus mos est, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de bello consultabat. Graves mero *suas vires* extollere: *hostium* nunc *temeritatem*, nunc *paucitatem*, spernere. Praecipue Bessus, ferox verbis, et parto per scelus regno superbus, ac vix potens mentis, dicere, *Socordia Darii crevisse hostium famam. Occurrisse enim in Ciliciae angustissimis faucibus; cum retrocedendo posset perducere incautos in loca naturae situ invia, tot fluminibus objectis, tot montium latebris, inter quas deprehensus hostis, ne fugae quidem, nedum resistendi occasionem fuerit habiturus.* [1] *Sibi placere in Sogdianos recedere: Oxum amnem velut murum objecturum hosti, dum ex finitimis gentibus valida auxilia concurrerent. Venturos autem Chorasmios, et Dahas, Sacasque, et Indos, et ultra Tanaim amnem colentes Scythas; quorum neminem adeo humilem esse, ut humeri ejus non possent Macedonis militis verticem aequare.* Conclamant temulenti, *unam hanc sententiam salubrem esse:* et Bessus *circumferri merum largius* jubet, debellaturus super mensam Alexandrum. Erat in eo convivio Cobares, natione Medus, sed magicae artis (si modo ars est, non vanissimi cujusque ludibrium) magis professione, quam scientia, ce-

---

Promethea vinctum; antiquitas ſt. antiqui; sedes: locus; Alexandriam. Diese Stadt lag am Fuße des Paropamisus, und hieß Alexandria ad Paropamisum, zum Unterschiede von andern Städten gleichen Namens.

Inh. Bessus berathschlagt sich bei einem Feste über den Krieg gegen Alexander, und verwirft den klugen Rath des Cobares. Alex. kommt inzwischen nach Bactra, und erhält daselbst die Nachricht von der Empörung der Griechen, und dem Tode des im Zweikampfe gebliebenen Satibarzanes.

[1]) Sacrificium rite facere, auf gehörige Art, nach den gehörigen Ceremonien ein Opfer bringen; illis gent., der Dat. ſt. des Acc. mit apud; vino gravis, vom Weine berauscht; vires extollere, die Macht erheben; ferox verbis, übermüthig in Worten, aus einem sehr hohen Tone; per scelus, auf eine ruchlose Weise; socordia (sine corde), Unthätigkeit, Dummheit; crevisse famam: auctam, amplificatam f.; occurrisse, sc. eum Darium Alexandro; in loca naturae situ invia, in Gegenden, die der natürlichen Lage nach unwegsam sind; tot fluminibus etc., wo er auf so viele Ströme, auf so viele Engpässe (Bergschlupfwinkel) gestoßen, zwischen welchen der überfallene Feind nicht einmal eine Gelegenheit zur Flucht, geschweige denn zum Widerstande gefunden haben würde.

leber; alioquin moderatus et probus. [2]) Is cum praefatus esset, *scire servo utilius parere dicto, quam afferre consilium, cum illos, qui pareant, idem quod ceteros maneat; qui vero suadeant, proprium periculum:* poculum ei, quod habebat in manu, tradidit. Quo accepto Cobares, *Natura,* inquit, *mortalium hoc quoque nomine prava et sinistra dici potest, quod in suo quisque negotio hebetior est, quam in alieno. Turbida sunt consilia eorum, qui sibi suadent. Obstat metus; aliis cupiditas; nonnunquam naturalis eorum, quae cogitaveris, amor. Nam in te superbia non cadit. Expertus es, unumquemque, quod ipse repererit, aut solum aut optimum ducere. Magnum onus sustines capite, regium insigne.* [3]) *Hoc aut moderate perferendum est; aut, quod abominor, in te ruet. Consilio, non impetu, opus est.* Adjicit deinde, quod apud Bactrianos vulgo usurpabant: *canem timidum vehementius latrare, quam mordere: altissima quaeque flumina minimo sono labi.* Quae inserui, ut qualiscunque inter Barbaros potuit esse prudentia, traderetur. In his audientium suspensam dederat exspectationem sui. Tum consilium aperit, utilius Besso, quam gratius. *In vestibulo,* inquit, *regiae tuae velocissimus consistit rex. Ante ille agmen, quam tu mensam istam movebis. Nunc*

---

[2]) Mihi placet, ich bin der Meinung; in Sogdianos: in Sogdianam; objicere, entgegen stellen; dum: donec; concurro, zusammenkommen; Tanaim st. Jaxarten, welchen Letzteren die Macedonier irriger Weise für den Don (Tanais) hielten; humilis, klein; verticem aequare, bis an den Scheitel reichen, um Kopf größer seyn; salubris, heilsam, vernünftig; super coenam, über der Tafel; si modo etc., wenn es anders eine Kunst, und nicht ein Blendwerk eines ganz leeren Kopfes ist.

[3]) Is cum praefatus esset, dieser leitete sein Gespräch hiemit ein, daß er sagte; scire, sc. se; dicto: mandato; afferre: dare; proprium periculum, — wenn der Erfolg des Rathes unglücklich ausfällt; p. tradidit, sc. Bessus. Das Reichen des Bechers war bei den Griechen eine Aufforderung zum Sprechen; natura, Natur, natürlicher Zustand; hoc nomine, in dieser Rücksicht, Hinsicht; pravus, verkehrt; in suo negotio hebetiorem esse, quam in alieno, in seiner eigenen Angelegenheit stumpfsinniger seyn (minder hell sehen), als in einer fremden; turbidus, verworren, thöricht; obsto, im Wege stehen, hinderlich seyn; nonnunquam — amor, zuweilen die für eigene Einfälle so natürliche Vorliebe; nam — cadit, denn des Hochmuthes kann man dich nicht beschuldigen, o. Hochmuth trifft dich nicht, — nämlich als Vorwurf wegen der Vorliebe für deine Einfälle, Ansichten; quod ipse repererit, seinen Einfall; solum: unicum; sustineo, aufrecht halten, tragen; insigne regium: coronam.

*ab Tanai exercitum arcesses, et armis flumina oppones. Scilicet qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest? iter utrique commune est; victori tutius. Licet strenuum metum putes esse, velocior tamen spes est. Quin validioris occupas gratiam, dedisque te; utcunque cesserit, meliorem fortunam deditus quam hostis habiturus? Alienum habes regnum, quo facilius eo careas.* [4]) *Incipies forsitan justus esse rex, cum ipse fecerit, qui tibi et dare potest regnum*
18 *et eripere. Consilium habes fidele, quod diutius exsequi supervacuum est. Nobilis equus umbra quoque virgae regitur: ignavus ne calcari quidem concitari potest.* Bessus, et ingenio et multo mero ferox, adeo exarsit, ut vix ab amicis, quo minus occideret eum, (nam strinxerat quoque acinacem) contineretur. Certe e convivio prosilivit haudquaquam potens mentis. Cobares inter tumultum elapsus,
20 ad Alexandrum transfugit. VIII millia Bactrianorum habebat armata Bessus; quae quamdiu propter coeli intemperiem, Indiam potius Macedonas petituros crediderant, obedienter imperata fecerunt: postquam adventare Alexandrum compertum est, in suos quisque vicos dilapsi, Bessum reliquerunt. [5]) Ille cum clientium manu, qui non mutaverant fidem, Oxo amne superato, exustisque navigiis, quibus transierat, ne iisdem hostis uteretur, novas copias in Sogdianis contrahebat. Alexander Caucasum quidem, ut supra dictum est, transierat; sed inopia frumenti prope ad famem ventum erat. Succo ex sesama expresso, haud secus quam

---

[4]) Quod abominor, was ich nicht wünsche, was Gott verhüthen welle; ruo, stürzen, b) zu Boden drücken; consilium, Klugheit, Bedachtsamkeit; impetus, ungestüme Hitze; adjicit — usurpabant, diesem fügte er hierauf ein Sprichwort der Bactrianer bei; in his etc., diese Rede machte die Zuhörer auf den Erfolg äußerst begierig; in his — sui, Andere: *audientium suspensam dederat exspectationem*; Andere: *suspenderat exspectationem sui*; Andere: *exspectatione spem dederat.* Da alle diese Lesarten nicht richtig lateinisch sind, so verbessert Freinshemius: *ut his audientis suspenderat exspectatione sui*; utilius etc., mehr nützlich, als angenehm; ante: prius, sc. movebit; strenuus, hurtig, geschwind; quin etc., warum suchst du nicht lieber vorher noch die Gnade des Mächtigeren, und ergibst dich ihm, es mag nun wie immer ausschlagen, so wirst du doch ein besseres Loos haben, wenn du dich ergibst, als wenn du sein Feind bleibst.

[5]) Justus esse rex: jure esse rex, quum ipse te fecerit regem, qui etc. Schmieder; diutius exsequi, weiter auseinander setzen; contineo, abhalten, zurückhalten; coeli t., rauhe Witterung; obedienter, gehorsam, willig.

oleo, artus perungebant. Sed hujus succi ducenis quadragenis denariis amphorae singulae; mellis, denariis trecenis nonagenis; trecenis vini aestimabantur; tritici nihil, aut admodum exiguum reperiebatur. *Siros* vocabant barbari: quos ita sollerter abscondunt, ut, nisi qui defoderunt, invenire non possint. [6]) In iis conditae fruges erant. In quarum penuria milites fluviatili pisce et herbis sustinebantur. Jamque haec ipsa alimenta defecerant; cum jumenta, quibus onera portabant, caedere jussi sunt: horum carne, dum in
XVIII, 26 Bactrianos perventum, traxere vitam. Bactrianae terrae multiplex et varia natura est. Alibi multa arbor et vitis largos mitesque fructus alit: solum pingue crebri fontes rigant: quae mitiora sunt, frumento conseruntur, cetera armentorum pabulo cedunt. Magnam deinde partem ejusdem terrae steriles arenae tenent: squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit: cum vero venti a Pontico mari spirant, quidquid sabuli in campis jacet, converrunt. [7]) Quod ubi cumulatum est, magnorum collium procul species est, omniaque pristini itineris vestigia intereunt. Itaque qui transeunt campos, navigantium modo noctu sidera observant, ad quorum cursum iter dirigunt, et propemodum clarior est noctis umbra, quam lux. Ergo interdiu invia est regio, quia nec vestigium, quod sequantur, inveniunt; et nitor siderum caligine absconditur. Ceterum si quos ille ventus, qui a mari exoritur, deprehendit, arena obruit. Sed qua mitior terra est, ingens hominum equorumque multitudo gignitur. (Itaque Bactriani equites XXX millia expleverant.) Ipsa Bactra, regionis ejus caput, sita sunt sub monte Parapamisso. Bactrus amnis praeterit moenia. Is
XIX 32 urbi et regioni dedit nomen. Hic regi stativa habenti nuntiatur ex Graecia *Peloponnensium Laconumque defectio.* [8]) Nondum enim victi erant, cum proficiscerentur tumultus

---

[6]) Manus clientium, eine kleine Anzahl, Handvoll Klienten, Anhänger; fidem non mutare, treu bleiben; prope ad famem venire, fast in Hungersnoth gerathen, fast Hunger leiden; mellis, sc. amphorae.

[7]) Sustinebantur: alebantur; vitam trahere, das Leben fristen; multa arbor, der Sing. st. des Plur.; alit: profert; mitiora, sc. loca; st. arenae, unfruchtbarer Sandboden; teneo, einnehmen; squalidus, fürchterlich, außerordentlich; converro, zusammenkehren, b) zusammenwehen.

[8]) Ubi: si; magnorum etc., sieht er von der Ferne wie große Hügel aus; intereo, verschwinden, verloren gehen; iter dirigere, den Weg, die Reise richten; lux: dies; invius, unwegsam, ungangbar; et nitor etc., und der Glanz der Gestirne (der Sonne) durch die Dün=

ejus principia nuntiaturi. Et alius praesens terror affertur. *Scythas, qui ultra Tanaim amnem colunt, adventare Besso ferentes opem.* Eodem tempore, *quae in gente Ariorum Caranus et Erigyius gesserant,* perferuntur. Commissum erat proelium inter Macedones Ariosque. Transfuga Satibarzanes barbaris praeerat: qui cum pugnam segnem utrimque aequis viribus stare vidisset, in primos ordines adequitavit, demtaque galea, inhibitis qui tela jaciebant, si quis *viritim dimicare vellet,* provocavit ad pugnam, *nudum se caput in certamine habiturum.* [9]) Non tulit ferociam barbari dux exercitus Erigyius, gravis quidem aetate, sed et animi et corporis robore nulli juvenum postferendus. Is galea demta canitiem ostentans, *Venit,* inquit, *dies, quo aut victoria aut morte honestissima, quales amicos et milites Alexander habeat, ostendam.* Nec plura elocutus equum in hostem egit. Crederes imperatum, ut acies utraeque tela cohiberent. Protinus certe recesserunt, dato libero spatio, intenti in eventum, non duorum modo, sed etiam suae sortis, quippe alienum discrimen secuturi. Prior barbarus emisit hastam, quam Erigyius modica capitis declinatione vitavit. [10]) At ipse infestam sarissam equo calcaribus concito in medio barbari gutture ita fixit, ut per cervicem emineret. Praecipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat. Sed ille extractam ex vulnere hastam rursus in os dirigit. Satibarzanes hastam manu complexus, quo maturius inter-

---

sie verdunkelt wird; arena obruere, mit Sand überschütten, im Sande vergraben; qua: ea parte, qua; praeterit: praefluit.

[9]) Proficiscerentur, sc. domo v. e Graecia, nuntiaturi: qui nuntiaturi erant; et — affertur, sc. Alexandro, er wurde auch durch eine andere Nachricht von einer weit nähern Gefahr noch mehr beunruhiget; ultra Tanaim: ultra Jaxarten; qui — vidisset, als dieser sah, daß der Sieg lange unentschieden blieb; demtaque etc., nahm den Helm herunter, ließ seine Leute mit dem Schießen einhalten, fordert den Feind, wenn sich Jem. in einen Zweikampf einzulassen wünsche, heraus, mit dem Beisatze, daß er beim Kampfe sein Haupt entblößt haben würde.

[10]) Ferocia, Trotz, trotzige Aufforderung; aetate gravis, sehr alt; venio, erscheinen; equum in hostem agere, auf den Feind losreiten; tela cohibere, zu schießen aufhören; recesserunt: milites utriusque aciei, in eventum alicujus intentum esse, auf den Ausgang einer Sache aufmerksam, gespannt seyn; non duorum (sc. pugnantium) modo, Andere: *non ducum modo;* quippe alienum etc., da sie sich der fremden Gefahr theilhaftig machten; — sie hatten beschlossen, sich zu ergeben, wenn ihr Anführer bleiben sollte; hastam emittere, einen Wurfspieß werfen.

iret, ictum hostis adjuvit. Et barbari, duce amisso, quem magis necessitate quam sponte secuti erant, tunc haud immemores meritorum Alexandri, arma Erigyio tradunt. Rex his quidem laetus, de Spartanis haudquaquam securus, magno tamen animo defectionem eorum tulit; dicens, *non ante ausos consilia nudare, quam ipsum ad fines Indiae pervenisse cognovissent.* Ipse Bessum persequens copias movit, cui Erigyius spolia barbari, ceu opimum belli decus, praeferens occurrit. [11])

V. Igitur Bactrianorum regione Artabazo tradita, sarcinas et impedimenta ibi cum praesidio reliquit. Ipse cum expedito agmine loca deserta Sogdianorum intrat, nocturno itinere exercitum ducens. Aquarum, ut ante dictum est, penuria, prius desperatione, quam desiderio bibendi sitim accendit. Per CCCC stadia ne modicus quidem humor existit. Arenas vapor aestivi solis accendit: quae ubi flagrare coeperunt, haud secus quam continenti incendio cuncta torrentur. Caligo deinde, immodico terrae fervore excitata, lucem tegit: camporumque non alia quam vasti et profundi aequoris species est. [1]) Nocturnum iter tolerabile videbatur,

---

[11]) Concito: concitato; infestus ist hier überflüßig; in medio gutture figere, mitten in die Gurgel stechen, stoßen; per c. eminere, im Nacken wieder herausgehen; repugno, sich wehren; in os, gegen das Gesicht; ictum h. adjuvare, dem Stoße des Feindes nachhelfen; merita, Wohlthaten, Gnadenbezeigungen; securus, — die S. waren bereits vom Antipater besiegt worden, welches dem Alexander noch nicht bekannt war; magno animo, mit vielem Muthe; consilia nudare, ihr Vorhaben, ihre Absichten merken lassen; ipsum st. se, wie an vielen andern Stellen; opimum b. decus, die herrlichste, ehrenvollste Beute eines Kriegers.

Inh. Alexander setzt, nachdem er mit dem Heere einen schrecklichen Durst gelitten, eilig über den Oxus. Bessus wird durch List gefangen, und vom Al., dem er ausgeliefert wird, an des Darius Bruder Oxatres zur Kreuzigung übergeben.

[1]) Alicui regionem tradere, Jem. zum Statthalter über ein Land machen; nocturno itinere exercitum ducere, bei der Nacht marschiren; aquarum etc., der vorbemeldete Wassermangel erregte eher den Durst, wegen der Hoffnungslosigkeit es zu bekommen, als aus Verlangen (Begierde) zu trinken; ut ante dictum est: K. 4.; ne — humor, nicht einmal ein Tropfen Wasser; arenas etc., die Sonnenhitze erhitzt im Sommer den Sand, und wenn dieser zu glühen anfängt, so ist es nicht anders, als stände Alles im Feuer; caligo: vapores, immodicus fervor, übermäßige Hitze; lucem, i. d. solem tegere, die Sonne verfinstern, umnebeln; camporumque etc., und es gleichen diese Ebenen der unabsehbaren hohen See.

quia rore et matutino frigore corpora levabantur. Ceterum cum ipsa luce aestus oritur: omnemque naturalem absorbet humorem siccitas; ora visceraque penitus uruntur. Itaque primum animi, deinde corpora, deficere coeperunt. Pigebat et consistere, et progredi. Pauci a peritis regionis admoniti praepararant aquam. Haec paullisper repressit sitim: deinde crescente aestu rursum desiderium humoris accensum est. Ergo quidquid vini oleique erat, hominibus ingerebatur; tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non timeretur. [2]) Graves deinde avide hausto humore non sustinere arma, non ingredi poterant; et feliciores videbantur, quos aqua defecerat, cum ipsi sine modo infusam vomitu cogerentur egerere. Anxium regem tantis malis, circumfusi amici, *ut meminisset sui*, orabant; *animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse:* cum ex iis, qui praecesserant ad capiendum locum castris, duo occurrunt utribus aquam gestantes, ut filiis suis, quos in eodem agmine esse, et aegre pati sitim non ignorabant, occurrerent. Qui cum in regem incidissent, alter ex iis utre resoluto, vas, quod simul ferebat, implet, porrigens regi. Ille accipit: percontatus *quibus aquam portarent, filiis ferre* cognoscit. [3]) Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito, *nec solus*, inquit, *bibere sustineo; nec tam exiguum dividere omnibus possum. Vos currite, et liberis vestris, quod propter illos attulistis, date.* Tandem ad flumen Oxum ipse pervenit prima fere vespera. Sed exercitus magna pars non potuerat consequi: *in edito monte ignes* jubet *fieri, ut ii, qui aegre sequebantur, haud procul castris se abesse cognoscerent.* Eos autem, *qui primi agminis erant, mature cibo ac potione firmatos, implere alios utres, alios vasa, quibuscunque aqua possit portari*, jussit, *ac suis opem ferre.* Sed qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu exstincti sunt: multoque major horum numerus

---

[2]) Levare, erquicken, erfrischen; ipsa luce, mit Anbruch des Tages; absorbeo, verschlucken, b) verzehren; uro, brennen, b) erhitzen; animi et corpora deficiunt, sie verlieren den Muth und die Kräfte; praeparo, zurecht machen, sich versehen; humoris: aquae; accendi, rege werden; ingero, wohin gießen, schütten.

[3]) Gravis, beschwert, überladen; vomitu egerere cogi, wieder von sich geben müssen; malum, Unfall; sui meminisse, auf sich denken, seiner nicht vergessen; sui meminisse, Andere: *meminisset*; animi magnitudo, großer, hoher Muth; deficiens, sc. viribus, kraftlos, erschlaffend; locum castris capere, einen Ort zum Lager wählen, aussuchen, ein Lager abstecken.

fuit, quam ullo amiserat proelio. [4]) At ille thoracem adhuc indutus, nec aut cibo refectus aut potu, qua veniebat exercitus, constitit. Nec ante ad curandum corpus recessit, quam praeterierant, qui agmen sequebantur: totamque eam noctem cum magno animi motu perpetuis vigiliis egit. Nec postero die laetior erat, quia nec navigia habebat, nec pons erigi poterat, circum amnem nudo solo, et materia maxime sterili. Consilium igitur, quod unum necessitas subjecerat, init. Utres quamplurimos stramentis refertos dividit. His incubantes transnavere amnem: quique primi transierant, in statione erant, dum trajicerent ceteri. Hoc modo sexto demum die in ulteriore ripa totum exercitum exposuit. Jamque ad persequendum Bessum statuerat progredi; cum ea, quae in Sogdianis erant, cognoscit. [5]) Spitamenes erat inter omnes amicos praecipuo honore cultus a Besso. Sed nullis meritis perfidia mitigari potest: quae tamen minus in eo invisa esse poterat, quia nihil ulli nefastum in Bessum interfectorem regis sui videbatur. Titulus facinoris speciosus praeferebatur, *vindicta Darii*: sed fortunam, non scelus oderant Bessi. Nam ut Alexandrum flumen Oxum superasse cognovit, Dataphernem et Catenem, quibus a Besso maxima fides habebatur, in societatem rei adsciscit. Illi promtius adeunt, quam rogabantur; assumtisque octo fortissimis juvenibus, talem dolum intendunt. [6]) Spitamenes pergit ad

---

[4]) Sustineo, über's Herz bringen, im Stande seyn; prima vespera, gegen Abend; consequor, nachkommen; qui p. agminis erant, welche vorausmarschirten; firmari, sich stärken, erquicken; intemperantius haurire, sc. aquam, zu übermäßig trinken; intercluso spiritu exstingui, ersticken.

[5]) Thoracem indutus, gewöhnlicher: aliqua re indutum esse; qua veniebat exercitus, da, wo die Truppen herkamen; curo, pflegen; cum — motu, unter einer großen Unruhe; pontem erigere: p. facere, efficere; circum amnem etc., weil um den Fluß herum der Boden kahl, und besonders kein Holz anzutreffen war; subjicio, an die Hand geben; utres — dividit. Alexander ließ nach Arrian die Häute, mit denen die M. die Zelte bedeckten, sammeln, und Schläuche daraus machen, welche mit Stroh gefüllt wurden; in statione esse, Wache halten; expono, hinüberschiffen, übersetzen; erant, sc. acta.

[6]) Aliquem praecipuo honore colere, Jem. vorzüglich ehren; quia nihil etc., weil Niemand dafür hielt, daß etwas hinsichtlich des Bessus, des Mörders seines Königes, unerlaubt (ruchlos, abscheulich) sey. Man schützte bei dieser Verschwörung den schönen Vorwand, nämlich die Rache des Königs, vor; alicui max. fidem habere, Jem. das größte Vertrauen schenken; in societatem rei, Andere: *in societatem co-*

Bessum, et remotis arbitris, *comperisse* ait *se*, *insidiari ei Dataphernem et Catenem; ut vivum Alexandro traderent agitantes, a semet occupatos esse, et vinctos teneri.* Bessus tanto merito, ut credebat, obligatus, partim gratias agit, partim avidus explendi supplicii *adduci eos* jubet. Illi manibus sua sponte religatis, a participibus consilii trahebantur: quos Bessus truci vultu intuens consurgit manibus non temperaturus. At illi simulatione omissa circumsistunt eum, et frustra repugnantem vinciunt; direpto ex capite regni insigni, laceralaque veste, quam e spoliis occisi regis induerat. 7) Ille *Deos sui sceleris ultores adesse* confessus, adjecit, *non Dario iniquos fuisse, quem sic ulciscerentur; sed Alexandro propitios, cujus victoriam semper etiam hostis adjuvisset.* Multitudo an vindicatura Bessum fuerit, incertum est; nisi illi, qui vinxerant, *jussu Alexandri fecisse ipsos* ementiti, dubios adhuc animi terruissent. In equum impositum Alexandro tradituri ducunt. Inter haec rex, quibus matura erat missio, electis DCCCC fere, equiti bina talenta dedit; pediti terna denariûm millia: monitosque *ut liberos generarent*, remisit domum. Ceteris gratiae actae, quod *ad reliqua belli navaturos operam* pollicebantur. 8) (Tum Bessus perducitur.) Perventum erat in parvulum oppidum: Branchidae ejus incolae erant. Mileto quondam jussu Xerxis, cum e Graecia rediret, transierant, et in ea sede constiterant, quia templum, quod Didymeon appellatur, in

---

*gitatae rei*; aliquem in societatem rei adsciscere, Jem. zur Theilnehmung (Complott) an seinem Vorhaben aufnehmen, sich beigesellen; adeunt, Andere: *addunt*, sc. se; promtius adire, sc. societatem, mit mehr Bereitwilligkeit daran Antheil nehmen; rogari, darum gebeten werden; dolum intendere, List gebrauchen.

7) Agitare, sc. animo, Willens seyn, damit umgehen; occupo, sich bemächtigen; vinctum tenere, gefesselt halten; supplicium explere, die Rache sättigen, o. die Todesstrafe vollziehen; manus religare, die Hände auf dem Rücken binden; traho, herbeischleppen; manibus non temperare, Hand anlegen; simulationem omittere, die Verstellung fahren lassen, ablegen; regni insigne, königl. Ehrenzeichen, königl. Schmuck; e spoliis, Vulg.: *spoliis*, And.: *spolium*.

8) Iniquos, sc. Deos; iniquus, abgeneigt, abhold; adjuvo, behülflich seyn; multitudo: populus; vindico, befreien, retten; fecisse ipsos: se id fecisse; ementior, fälschlich vorgeben; animi dubius, unentschlossen; impositum: Bessum; quibus — erat, deren Dienstzeit zu Ende war; missio, Abschied; actae, sc. a rege; ad reliqua belli operam navare, ferner dienen, den übrigen Krieg mitmachen, — ad bedeutet hier: in Ansehung, sonst müßte es reliquis heißen.

gratiam Xerxis violaverant. Mores patrii nondum exoleverant: sed jam bilingues erant, paullatim a domestico externoque sermone degeneres. Magno igitur gaudio regem excipiunt, urbem seque dedentes. Ille *Milesios, qui apud ipsum militarent, convocari* jubet. Vetus odium Milesii gerebant in Branchidarum gentem. Proditis ergo, *sive injuriae, sive originis meminisse mallent, liberum de Branchidis* permittit *arbitrium.* 9) Variantibus deinde sententiis, *se ipsum consideraturum quod optimum factu esset,* ostendit. Postero die concurrentibus, *Branchidas secum procedere* jubet. Cumque ad urbem ventum esset, ipse cum expedita manu portam intrat. Phalanx *moenia oppidi circumire* jussa; *et dato signo diripere urbem proditorum receptaculum, ipsosque ad unum caedere.* Illi inermes passim trucidantur; nec aut commercio linguae, aut supplicum velamentis precibusque inhiberi crudelitas potest. Tandem ut dejicerent, fundamenta murorum ab imo moliuntur, ne quod urbis vestigium exstaret. Nec mora, lucos quoque sacros non caedunt modo, sed etiam exstirpant, ut vasta solitudo et sterilis humus, excussis etiam radicibus, linqueretur. 10) Quae si

---

9) Tum B. producitur, steht hier am unrechten Orte, weil Bessus weiter unten dem Könige vorgeführt wird; Branchidae, eine vornehme milesische Familie, welche dem Xerxes bei seinem Einfalle in Griechenland die Schätze des Apollo Didymäus in die Hände geliefert hatte, und da sie deßwegen die Rache der Griechen fürchtete, vom Xerxes auf ihr Bitten in das Innere von Persien, am Fluße Oxus, versetzt wurde; transierant, sc. in hanc regionem; in ea sede consistere, an diesem Orte sich niederlassen; in gratiam X. violare, dem X. zu Gefallen entweihen; exolesco, aus der Gewohnheit kommen, verschwinden; bilinguis, zweizüngig, b) zwei Sprachen reden; paullatim etc., ihre Sprache war zwar nicht mehr rein, sondern ein Gemisch vom Griechischen und Sogdianischen; odium in aliquem gerere, Haß gegen Jem. hegen; proditis, sc. Milesiis, qui ipsi proditi dicuntur, quod eorum thesauri a Branchidis proditi fuerant; memini, auf etwas denken; liberum arbitrium alicui permittere, Jem. freier Willkühr überlassen, völlige Freiheit einräumen.

10) Sententiae variant, die Meinungen sind getheilt; concurrentibus, Andere: *occurrentibus*, sc. Milesiis, qui apud ipsum militabant, ad audiendam regis sententiam; receptaculum, Aufenthaltsort; ad unum caedere, ohne Ausnahme, bis auf den letzten Mann niederhauen; commercium linguae, Gemeinschaft der Sprache; aut supplicum etc., noch durch die mit Wolle umwundenen Oelzweige, und durch das Bitten der um Erbarmen Flehenden konnten der Grausamkeit Einhalt thun; velamentis: velamenta sunt rami ex lauro vel oliva, lana velati, circumvoluti, quos supplices

in ipsos proditionis auctores excogitata essent; justa ultio esse, non crudelitas videtur: nunc culpam majorum posteri luere, qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere. Inde processit ad Tanaim amnem. Quo perductus est Bessus non vinctus modo, sed etiam omni velamento corporis spoliatus. Spitamenes eum tenebat collo inserta catena; tam barbaris, quam Macedonibus, gratum spectaculum. Tum Spitamenes, *et te*, inquit, *et Darium, reges meos ultus, interfectorem domini sui adduxi, eo modo captum, cujus ipse fecit exemplum.* [11]) *Aperiat ad hoc spectaculum oculos Darius. Exsistat ab inferis, qui illo supplicio indignus fuit, et hoc solatio dignus est.* Alexander, multum collaudato Spitamene, conversus ad Bessum, *Cujus*, inquit, *ferae rabies occupavit animum tuum, cum regem de te optime meritum prius vincire, deinde occidere sustinuisti? Sed hujus parricidii mercedem falso regis nomine persolvisti.* Ibi ille facinus purgare non ausus, *regis titulum se usurpare* dixit, *ut gentem suam tradere ipsi possit: qui si cessasset, alium fuisse regnum occupaturum.* [12]) At Alexander Oxathrem, fratrem Darii, quem inter corporis custodes habebat, *propius* jussit accedere; *tradique Bessum ei, ut cruci affixum mutilatis auribus naribusque sagittis configerent barbari: adservarentque corpus, ut ne aves quidem contingerent.* Oxathres *cetera sibi curae fore pollicetur. Aves non ab alio, quam a Catene, posse prohiberi* adjicit, eximiam ejus artem cupiens ostendere: namque adeo certo ictu destinata feriebat,
42 ut aves quoque exciperet. Nam etsi forsitan sagittandi tam celebri usu minus admirabilis videri haec ars possit; tamen ingens visentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit. Dona deinde omnibus, qui Bessum adduxerant, data sunt. Ceterum supplicium ejus distulit, *ut eo loco, in quo Darium ipse occiderat, necaretur.* [13])

---

aliorum misericordiam et opem implorantes in manibus gerebant —. Dejicerent, sc. muros; ab imo moliuntur: ab ima parte suffodiunt; nec mora: et haud morabantur; exstirpo, mit der Wurzel herausreißen, ausrotten; linqueretur: relinqueretur.

[11]) Adeo: ideo, igitur; Tanaim: Jaxarten; captum: qui captus est.

[12]) Exsisto, aus der Erde hervorkommen, aus der Unterwelt erscheinen; sustinuisti: ausus es; persolvisti: usurpasti tibi, erwerben; purgo: excuso; usurpare, Andere: *usurpasse.*

[13]) Ab alio, sc. melius; prohibeo, abhalten; adeo certo ictu destinata ferire, so sicher das Ziel treffen; excipio, schießen, erlegen;

VI. Interea Macedones, ad petendum pabulum incomposito agmine egressi, a barbaris, qui de proximis montibus decurrerunt, opprimuntur; pluresque capti sunt quam occisi: barbari autem, captivos prae se agentes, rursus in montem recesserunt. XX millia latronum erant. Fundis sagittisque pugnam invadunt. Quos dum obsidet rex, inter promtissimos dimicans sagitta ictus est, quae in medio crure fixa reliquerat spiculum. Illum quidem moesti et attoniti Macedones in castra referebant: sed nec barbaros fefellit subductus ex acie rex; quippe ex edito monte cuncta prospexerant. [1]) Itaque postero die misere legatos ad regem, quos ille *protinus* jussit *admitti*; solutisque fasciis magnitudinem vulneris dissimulans, crus barbaris ostendit. Illi jussi *considere* affirmant, *non Macedonas, quam ipsos fuisse tristiores cognito vulnere ipsius: cujus si auctorem reperissent, dedituros fuisse; cum Diis enim pugnare sacrilegos tantum. Ceterum se gentem in fidem dedere, superatos virtute illius.* Rex, fide data, et captivis receptis, gentem in deditionem accepit. Castris inde motis lectica militari ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equites, *cum quibus rex proelia inire solitus erat, sui muneris id esse* censebant. Pedites contra, *cum saucios commilitones ipsi gestare adsuevissent, eripi sibi proprium officium tum potissimum, cum rex gestandus esset*, querebantur. [2]) Rex, in tanto utriusque partis certamine, et sibi difficilem, et praeteritis gravem

---

tam celebri usu, bei einer so häufigen, so allgemeinen Ausübung; necaretur: unter B. 7. 10. erzählt es Curtius anders.

Inh. Alexander wird verwundet, gibt den scythischen Gesandten Audienz, bezwingt einige Völker, und erbaut eine neue Stadt.

[1]) Pabulum petere, Futter holen (fouragiren); incomposito a. egredi, in Unordnung ausgehen; opprimo, überfallen; prae se agere, vor sich hertreiben; pugnam invadere, den Kampf beginnen; obsideo, umringen, umzingeln, — nämlich in ihren Verschanzungen; quae etc., dessen Spitze mitten im Schenkel stecken blieb; sed — rex: sed nec barbaros latuit, Alexandrum ex proelio asportatum esse.

[2]) Fascias solvere, die Binden losmachen, herunternehmen; magnitudinem vulneris dissimulare, die starke Wunde verbergen; auctor, Thäter; se gentem: se et gentem; in fidem dare: se dedere; fidem dare, sc. alicui, das Wort geben; aliquem in deditionem accipere, Jem. in Schutz nehmen; lectica militaris, Feldsänfte; quam etc., die Reiter und Fußgänger stritten sich wetteifernd unter einander um die Ehre, diese zu tragen; proelia inire: pugnare; id mei muneris est, dieses ist mein Dienst, dieses kommt mir zu; officium, Dienst.

electionem futuram ratus, *invicem subire eos* jussit. Hinc quarto die ad urbem Maracanda perventum est. LXX stadia murus urbis amplectitur: arx nullo cingitur muro. Praesidio urbi relicto, proximos vicos depopulatur atque urit. Legati deinde Abiorum Scytharum superveniunt; liberi, ex quo decesserat Cyrus; tum imperata facturi. Justissimos barbarorum constabat: armis abstinebant, nisi lacessiti: libertatis modico et aequali usu, principibus humiliores pares fecerunt. Hos benigne allocutus, ad eos Scythas, qui Europam incolunt, Penidam quendam misit ex amicis, qui denuntiaret eis, *ne Tanaim amnem regionis injussu regis transirent*. Eidem mandatum, *ut contemplaretur locorum situm; et illos quoque Scythas. qui super Bosphoro incolunt, viseret: Condendae urbis sedem super ripam Tanais elegerat; claustrum et jam perdomitorum, et quos deinde adire decreverat.* [3]) Sed consilium distulit *Sogdianorum* nuntiata *defectio*, quae Bactrianos quoque traxit. VII millia equitum erant, quorum auctoritatem ceteri sequebantur. Alexander *Spitamenem et Catenem*, a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius quin eorum opera redigi possent in potestatem, coërcendo eos, qui novaverant res, jussit arcessiri. At illi defectionis, ad quam coërcendam evocabantur, auctores, vulgaverant famam, *Bactrianos equites a rege omnes, ut occiderentur, arcessiri: idque imperatum ipsis, non sustinuisse tamen exsequi, ne inexpiabile in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri saevitiam, quam Bessi parricidium, ferre potuisse.* [4]) Itaque sua sponte jam motos,

---

[3]) In — certamine, bei diesem so großen Wetteifer beider Parteien; praeteriti, die Uebergangenen; invicem subire, sc. lecticam, abwechselnd tragen; Maracandae, jetzt Samarcand, die Hauptstadt der usbeckischen Tartaren in der Bucharei, Tamerlands Vaterland; n. c. muro, — weil es durch seine natürliche Lage fest war; legati Abiorum, — es gab verschiedene Stämme der Scythen, die ihren Namen theils von den Gebirgen, theils von den Flüssen hatten; liberi: qui liberi fuerunt; ex quo, sc. tempore; imperata, sc. Alexandri; armis abstinere: arma non capere; libertatis etc., durch den Genuß einer gemäßigten und gleichen Freiheit war der gemeine Mann den Großen gleichgestellt; Penidam. Infra VIII. 1. idem Berdes vocatur; nomen itaque corruptum; Tanaim: Jaxarten. Alexander wünschte, daß dieser die Gränze der Scythen und Macedonier sey; super Bosporo, sc. cimmerio; elegerat, Andere: *eligeret*; claustrum, Gränzfestung.

[4]) Consilium, die Ausführung des Plans; traho, nach sich ziehen; auctoritas, Beispiel; res novare, Aufruhr erregen, Unruhen stiften; illi: Spithamenes et Catenes; famam vulgare, das Gerücht aus-

metu poenae haud difficulter concitaverunt ad arma. Alexander, transfugarum defectione comperta, *Craterum obsidere Cyropolim* jubet: ipse aliam urbem regionis ejusdem corona capit; signoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in praedam cessere victoris: urbs diruta est, ut ceteri cladis exemplo continerentur. Memaceni, valida gens, obsidionem non ut honestiorem modo, sed etiam ut tutiorem, ferre decreverant. Ad quorum pertinaciam mitigandam rex L equites praemisit, qui *clementiam ipsius in deditos, simulque inexorabilem animum in devictos* ostenderent. Illi, *nec de fide, nec de potentia regis, ipsos dubitare* respondent; equitesque *tendere extra munimenta urbis* jubent. [5]) Hospitaliter deinde exceptos, gravesque epulis et somno, intempesta nocte adorti interfecerunt. Alexander haud secus, quam par erat, motus, urbem corona circumdedit; munitiorem, quam ut primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum et Perdiccam in obsidionem jungit, Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentes. Statuerat autem parcere urbi conditae a Cyro: quippe non alium gentium illarum magis admiratus est, quam hunc regem, et Semiramim, in quis *et magnitudinem animi, et claritatem rerum longe emicuisse* credebat. [6]) Ceterum pertinacia oppidanorum ejus iram accendit. Itaque *captam urbem diripere* jussit *delectos Macedones*, haud injuria infestos; et ad Meleagrum et Perdiccam redit. Sed non alia urbs fortius obsidionem tulit: quippe et militum promtissimi cecidere; et ipse rex ad ultimum periculum venit: namque cervix ejus saxo ita icta est, ut

---

sprengen; ipsis st. sibi, sc. Sp. et Cateni; inexpiabile f. admittere, ein unauslöschliches (abscheuliches) Verbrechen begehen; non magis (sc. se) quam, eben so wenig, als.

[5]) Sua sponte motus, schon von sich selbst zum Aufruhre geneigt; transfugarum: Spithamenis et Catenis; Cyropolis, eine Stadt, vom Cyrus erbaut; corona capere, umzingeln und mit Sturm nehmen; in praedam victoris cedere, dem Sieger zur Beute werden; cladis exemplo contineri, durch das Beispiel dieser unglücklichen Stadt im Zaume gehalten werden, o. sich an dem Untergange dieser Stadt spiegeln; Memaceni etc., die M., ein mächtiges Volk, hatten sich demungeachtet entschlossen, eine Belagerung auszuhalten, weil sie dieselbe für ehrenvoller und sicherer hielten; mitigo, mildern; ostendo, vorstellen; tendo, sich lagern.

[6]) Epulis et somno graves, vom Weine und Schlafe trunken; motus, gereizt, aufgebracht; corona circumdare, umzingeln u. stürmen; munitiorem: qui munitior erat; in obsidionem jungere, zur Belagerung an sich ziehen; non alium: nullum; animi magnitudo, Heldenmuth.

oculis caligine offusa collaberetur, ne mentis quidem compos; exercitus certe velut erepto eo ingemuit. Sed invictus adversus ea, quae ceteros terrent, nondum percurato vulnere, acrius obsidioni institit, naturalem celeritatem ira concitante. 7) Cuniculo ergo suffossa moenia ingens nudavere spatium, per quod irrupit, victorque urbem dirui jussit. Hinc Menedemum cum III millibus peditum et DCCC equitibus ad urbem Maracanda misit. Spitamenes transfuga, praesidio Macedonum inde dejecto, muris urbis ejus incluserat se, haud oppidanis consilium defectionis approbantibus. Sequi tamen videbantur, quia prohibere non poterant. Interim Alexander ad Tanaim amnem redit, et quantum soli occupaverant castris, muro circumdedit. LX stadiorum urbis murus fuit: hanc quoque urbem *Alexandriam* appellari jussit. 8) Opus tanta celeritate perfectum est, ut decimo septimo die, qua munimenta excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur. Ingens militum certamen inter ipsos fuerat, ut suum quisque munus (nam divisum erat) primus ostenderet. Incolae novae urbi dati captivi, quos reddito pretio dominis liberavit, quorum posteri nunc quoque non apud eos tam longa aetate propter memoriam Alexandri exoleverunt. 9)

VII. Rex Scytharum, cujus tum ultra Tanaim imperium erat, ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse cervicibus, fratrem Cartasim nomine cum magna equitum manu misit *ad diruendam eam, proculque amne submovendas Macedonum copias*. Bactrianos Tanais ab Scythis, quos Europaeos vocant,

---

7) Infestos: ob pertinaciam oppidanorum; ad ult. p. venire, in die äußerste Gefahr gerathen; oculis ejus caligo offunditur, es wird ihm dunkel vor den Augen; velut erepto eo, als sey er ihm entrissen; percuro, völlig heilen; obsidioni insistere, die Belagerung fortsetzen.

8) Cuniculo suffodere, unterminiren; ingens spatium nudare, einen ungeheuren Raum bloß geben, eine sehr große Lücke machen; dejicio, vertreiben; sequi, sc. eum, es mit Jem. halten, Jem. Partei ergreifen; et quantum etc., und umgab den ganzen Umfang des Lagers mit einer Mauer.

9) Munimenta excitata: muri exstructi, aedificati; tecta: domus; absolvi, vollendet, aufgeführt seyn; ipsos st. se; munus, angewiesene Arbeit, so viel als pensum; incolae etc., zu Einwohnern wurden die Gefangenen dieser neuen Stadt gegeben, die er gegen Rückstellung des Lösegeldes von ihren Herren befreite rc.; apud eos, sc. populos, — die umliegenden barbarischen Völker achteten Alexanders Andenken.

dividit. Idem Asiam et Europam finis interfluit. Ceterum Scytharum gens haud procul Thracia sita ab Oriente ad Septemtrionem se vertit; Sarmatarumque, ut quidam credidere, non finitima, sed pars est. Recta deinde regionem aliam ultra Istrum jacentem colit: ultima Asiae, quae Bactra sunt, stringit. ¹) Quae septemtrioni proxima sunt, profundae inde silvae, vastaeque solitudines excipiunt. Rursus quae ad Tanaim et Bactra spectant, humano cultu haud disparia sunt. Primus cum hac gente non provisum bellum Alexander gesturus, cum in conspectu ejus obequitaret hostis, adhuc aeger ex vulnere, praecipue voce deficiens, quam et modicus cibus et cervicis extenuabat dolor, *amicos in consilium advocari* jubet. Terrebat eum non hostis, sed iniquitas temporis. Bactriani defecerant: Scythae etiam lacessebant: ipse non insistere in terra, non equo vehi, non docere, non hortari suos poterat. Ancipiti periculo implicitus, Deos quoque incusans, querebatur, *se jacere segnem, cujus velocitatem nemo antea valuisset effugere: vix suos credere non simulari valetudinem.* ²) Itaque qui post Darium victum

---

Inh. Alexander berathschlagt sich wegen des scythischen Krieges, und läßt dabei seinen Aberglauben blicken. Menedem wird mit 2000 zu Fuß und 300 Reitern von den Dahern unter Anführung des Spitemenes erschlagen, welche Niederlage Alexander sehr geheim hält.

¹) Ultra Tanaim: Jaxarten; cervicibus imponere, auf den Nacken setzen, stellen, — weil er sie wegen der Nähe fürchtete; submoveo, vertreiben; Bactrianos Tanais: Jaxartes dividit non Bactrianos, sed Sogdianos, a Scythis asiaticis, non europaeis. Alius enim est Tanais, qui Asiam et Europam finis interfluit; se vertere, sich erstrecken; Sarmatharumque, sc. gens; recta etc., in einer geraden Richtung bewohnt es dann ein anderes jenseits der Donau liegendes Land, und berührt die Gränzen Asiens (das Aeußerste von Asien), welche Bactrien bildet.

²) Quae septemtrioni etc., die Gegenden zunächst gegen Norden sind nichts als ungeheure Waldungen und unabsehbare Steppen. — Die Beschreibung des Scythen-Landes ist fast durchaus unrichtig; der Zögling beachte daher nur die Schreibart des Schriftstellers; humano — disparia sunt: non dissimilia sunt iis terris, quas homines colunt, — man kann es geben: ziemlich angebauet seyn, o. hinsichtlich des Anbaues anderer Länder nicht sehr verschieden seyn; primus, Voss.: *primum*; aeger: etsi aeger; vocem extenuare, die Stimme schwächen; iniquitas temporis, ungelegene Zeit; lacesso, angreifen, anfallen; docere et hortari, Befehle ertheilen und aufmuntern; ancipiti periculo implicitum esse, in eine doppelte G. verwickelt seyn, — weil er persönlich dem Feinde kein Treffen liefern, und im entgegen-

ariolos et vates consulere desierat, rursus ad superstitionem, humanarum mentium ludibria, revolutus, *Aristandrum*, cui credulitatem suam addixerat, *explorare eventum rerum sacrificiis* jubet. Mos erat aruspicibus exta sine rege spectare, et quae portenderentur, referre. Inter haec rex, dum fibris pecudum explorantur eventus latentium rerum, *propius ipsum considere amicos* jubet, *ne contentione vocis cicatricem infirmam adhuc rumperet.* Hephaestion, Craterus, et Erigyius erant cum custodibus in tabernaculum admissi. *Discrimen*, inquit, *me occupavit meliore hostium, quam meo tempore. Sed necessitas ante rationem est: maxime in bello, quo raro permittitur tempora eligere.* [3]) *Defecere Bactriani, in quorum cervicibus stamus; et quantum in nobis animi sit, alieno Marte experiuntur. Haud dubie, si omiserimus Scythas ultro arma inferentes, contemti ad illos, qui defecerunt, revertemur. Si vero Tanaim transierimus, et ubique invictos esse nos Scytharum pernicie ac sanguine ostenderimus; quis dubitabit patere etiam Europam victoribus? Fallitur, qui terminos gloriae nostrae metitur spatio, quod transituri sumus. Unus amnis interfluit, quem si trajicimus, in Europam arma proferimus. Et quanti aestimandum est, dum Asiam subigimus, in alio quodammodo orbe tropaea statuere: et quae tam longo intervallo natura videtur diremisse, una victoria subito committere? At hercule si paullulum cessaverimus; in tergis nostris Scythae haerebunt.* [4]) *An soli sumus, qui flumina transnare possumus? Multa in nosmetipsos reci-*

---

gesetzten Falle derselbe noch übermüthiger werden konnte; vix suos etc., seine Leute würden es kaum glauben, daß er sich nicht krank stelle; simulari: a se simulari.

[3]) Qui: etsi is; revolvi, zurückkehren, verfallen; humanarum m. ludibria, Blendwerk des menschlichen Geistes; cui — addixerat, der über seine Leichtgläubigkeit Alles vermochte; fibra, Faser, fibrae, Eingeweide; cum custodibus, sc. corporis, qui majore erant dignitate; discrimen etc., es hat mich die Gefahr unter Umständen, die für den Feind vortheilhafter, für mich aber nachtheiliger sind, ereilt, — discrimen ließe sich hier auch mit Treffen geben; necessitas etc. die Nothwendigkeit geht der Vernunft vor, — die Noth kennt kein Gesetz, bricht Eisen; quo etc., wo man sich selten einen schicklichen Zeitpunkt wählen kann.

[4]) In cervicibus stare, auf dem Nacken stehen, d. h. bezwingen, unter das Joch bringen; alieno Marte: bello Scythico, quod conflarunt; omitto, ruhig lassen, gehen lassen; arma, sc. nobis; ad illos, sc. Bactrianos; patere, Andere: *parere*; victoribus, sc. nobis; in alio orbe: in Europa, parte alia orbis; committo,

*dent, quibus adhuc vicimus. Fortuna, belli artem victos quoque docet. Utribus amnem trajiciendi exemplum fecimus nuper: hoc ut Scythae imitari nesciant, Bactriani docebunt. Praeterea unus gentis hujus adhuc exercitus venit, ceteri exspectantur. Ita bellum vitando alemus; et quod inferre possemus, accipere cogemur. Manifesta est consilii mei ratio. Sed an permissuri sint Macedones animo uti meo, dubito; quia ex quo hoc vulnus accepi, non equo vectus sum, non pedibus ingressus. Sed si me sequi vultis, valeo, amici. Satis virium est ad toleranda ista: aut si jam adest vitae meae finis, in quo tandem opere melius exstinguar?* Haec quassa adhuc voce subdeficiens, vix proximis exaudientibus, dixerat; cum omnes a tam praecipiti consilio regem deterrere coeperunt. [5]) Erigyius maxime, qui haud sane auctoritate proficiens apud obstinatum animum, superstitionem, cujus potens non erat rex, incutere tentavit, dicendo, *Deos quoque obstare consilio: magnumque periculum, si flumen transisset, ostendi.* Intranti Erigyio tabernaculum regis Aristander occurrerat, *tristia exta fuisse* significans: haec ex vate comperta Erigyius nuntiabat. Quo inhibito, Alexander, non ira solum, sed etiam pudore confusus, quod superstitio, quam celaverat, detegebatur, *Aristandrum vocari* jubet. Qui ut venit, intuens, eum. [6]) *Non rex*, inquit, *sed privatus sum. Sacrificium ut faceres, mandavi; quid eo portenderetur, cur apud alium, quam apud me professus es? Erigyius arcana mea et secreta te prodente cognovit. Quem certum mehercule habeo, extorum interprete uti metu suo. Tibi autem quam potest, denuntio, ipse mihi indices, quid ex extis cognoveris; ne possis infitiari dixisse, quae dixeris.* Ille ex-

---

verbinden, vereinigen, — nämlich unter einem Haupte; in tergis haerere, im Rücken seyn.

[5]) Recido, treffen, angewendet werden; ita bellum etc., auf diese Art werden wir den Krieg durch das Vermeiden nähren, und uns genöthigt sehen, statt anzugreifen, uns angreifen zu lassen; opus, Unternehmung; melius exstingui, rühmlicher sterben; quassa (quateo) vox, gebrochene Stimme; praeceps consilium, ein so rascher o. verwegener Entschluß.

[6]) Superstitionem alicui incutere, Jem. mit Aberglauben erfüllen, o. Ab. einflößen; dicendo st. dicens; consilium, Vorhaben; exta tristia fuisse, die Eingeweide hätten traurig ausgesehen, o. wären von trauriger Beschaffenheit gewesen. Das Entgegengesetzte waren exta laeta; aliquem inhibere, sc. loqui, Jem. nicht weiter sprechen lassen, schweigen heißen; ira et pudore confusus, der vor Zorn und Scham erröthete.

sanguis attonitoque similis stabat, per metum etiam voce suppressa: tandemque eodem metu stimulante, ne regis exspectationem moraretur, *Magni*, inquit, *laboris*, *non irriti discrimen instare praedixi: nec mea ars, quam benevolentia me perturbat. Infirmitatem valetudinis tuae video, et quantum in uno te sit scio.*[7]) *Vereor, ne non praesenti fortunae tuae sufficere possis.* Rex jussum *confidere felicitati suae* remisit. *Sibi enim ad alia gloriam concedere Deos.* Consultanti deinde cum iisdem, *quonam modo flumen transirent?* supervenit Aristander, *non alias laetiora exta vidisse se* affirmans: *utique prioribus longe diversa. Tum solicitudinis causas apparuisse; nunc prorsus egregie litatum esse.* Ceterum quae subinde nuntiata sunt regi, continuae felicitati rerum ejus imposuerant labem. Menedemum, ut supra dictum est, miserat ad obsidendum Spitamenem Bactrianae defectionis auctorem.[8]) Qui comperto hostis adventu, ne muris urbis includeretur, simul fretus excipi posse; qua venturum sciebat, consedit occultus. Silvestre iter aptum insidiis tegendis erat: ibi Dahas condidit. Equi binos armatos vehunt, quorum invicem singuli repente desiliunt: equestris pugnae ordinem turbant. Equorum velocitati par est hominum pernicitas. Hos Spitamenes saltum circumire jussos pariter et a lateribus, et a fronte, et a tergo hosti ostendit. Menedemus undique inclusus, ne numero quidem par, diu tamen restitit; clamitans, *nihil aliud superesse locorum fraude deceptis, quam*

---

7) Quem certum etc., der, wie ich bestimmt weiß, nur seine Furcht bei der Deutung der Eingeweide zu Rathe zieht, o. von dem ich bestimmt weiß, daß er die Eingeweide so auslegt, wie es ihm seine Furcht eingibt; quam potest: quam maxime fieri potest, quam gravissime possum; denuntio etc., dir befehle ich aber jetzt auf's Strengste, daß du mir es selbst anzeigest &c.; per metum vocem supprimere, vor Furcht nicht sprechen können; exspectationem alicujus morari, Jem. lange warten lassen; magni inquit etc., ich habe zwar geweissaget, daß uns ein beschwerlicher, aber nicht vergeblicher Kampf bevorstehe, und nicht sowohl meine Kunst, als vielmehr meine Liebe zu dir macht mich besorgt; sit, sc. positum, situm.

8) Ne non st. ut; übers.: ich fürchte, daß du für das bevorstehende glückliche Treffen nicht genug Kräfte hast; ne — possis: vereor, ne adflicta valetudo tua tantis belli molibus et laboribus, quamvis non inanibus, sit impar ferendis. Rader. Ad alia, zu weitern Unternehmungen; non alias: nunquam; prioribus: a. p.; apparuisset: videlicet in extis; litatum esse: pontificum verbum, quo felices in sacrificiis significationes notantur. Cellar. Continuae f. labem imponere, seinem ununterbrochenen Glücke einen Schandfleck anhängen, es schänden.

*honestae mortis solatium ex hostium caede.* 9) Ipsum praevalens equus vehebat, quo saepius in cuneos barbarorum effusis habenis evectus, magna strage eos fuderat. Sed cum unum omnes peterent, multis vulneribus exsanguis Hyspidem quendam ex amicis hortatus est, *ut in equum suum ascenderet, et se fuga eriperet.* Haec agentem anima defecit, corpusque ex equo defluxit in terram. Hyspides poterat quidem effugere; sed amisso amico mori statuit. Una erat cura, ne inultus occideret. Itaque subditis calcaribus equo in medios hostes se immisit, et memorabili edita pugna obrutus telis est. 10) Quod ubi videre, qui caedi superesserant, tumulum paullo quam cetera editiorem capiunt. Quos Spitamenes fame in deditionem subacturus obsedit. Cecidere eo proelio peditum II millia, CCC equites. Quam cladem Alexander solerti consilio texit, *morte* denuntiata iis, qui ex proelio venerant, *si acta vulgassent.* 11)

VIII. Ceterum cum animo disparem vultum diutius ferre non posset; in tabernaculum super ripam fluminis de

---

9) Excipi, sc. Menedemum; excipio, überfallen; consedit occultus: in insidiis sese occuluit; traho, tragen; quorum etc., von denen Einer um den Andern plötzlich herabspringt; dadurch brachten sie die feindliche Reiterei in Unordnung; hos etc. resolve: cum Spitamenes hos jussisset saltum circumire (umzingeln) etc., eos ostendit; ostendo heißt hier so viel, als angreifen, anfallen; inclusus — par: licet inclusus et — par fuerit; clamitans etc., und rief seinen Leuten zu: da sie in diesen Hinterhalt gerathen seyen, so bliebe ihnen nichts anderes übrig, als rühmlich zu sterben, und ihr Leben theuer zu verkaufen.

10) Praevalens, sehr stark; equus me vehit, gewöhnlicher equo vehor; in cuneos hostium invehi, in die (keilförmige) Schlachtordnung der F. eindringen; effusis habenis, mit verhängtem Zügel; m. strage, unter einem großen Blutbade; exsanguis, kraftlos, entkräftet; se fuga eripere, sich durch die Flucht retten; anima defecit, sc. eum; una erat cura, seine einzige Sorge war; et memorabili etc., und fiel nach einem denkwürdigen Kampfe unter einem Hagel von Pfeilen.

11) Caedi superesse, von dem Blutbade übrig seyn; cetera, sc. loca, Gegenden; fame aliquem in deditionem subigere, durch H. Jem. zur Ergebung zwingen; solerti consilio tegere, auf eine sehr kluge Art, o. auf's Sorgfältigste geheim halten; mortem denuntiare, den T. ankündigen, mit dem T. drohen.

Inh. Während sich Alexander zum Frieden rüstet, kommt eine scythische Gesandtschaft, welche den Frieden in einer trefflichen Rede empfiehlt.

industria locatum secessit. [1]) Ibi sine arbitris singula animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit, saepe pellibus tabernaculi adlevatis, ut conspiceret hostium ignes, e quibus conjectare poterat, quanta hominum multitudo esset. Jamque lux apparebat, cum thoracem indutus procedit ad milites, tum primum post vulnus proxime acceptum. Tanta erat apud eos veneratio regis, ut facile periculi, quod horrebant, cogitationem praesentia ejus excuteret. Laeti ergo et manantibus prae gaudio lacrimis, consalutant eum; et quod ante recusaverant bellum, feroces deposcunt. Ille *se ratibus equitem phalangemque transportaturum esse* pronuntiat; *super utres* jubet *nare levius armatos*. Plura nec dici res desideravit, nec rex dicere per valetudinem potuit. [2]) Ceterum tanta alacritate militum rates junctae sunt, ut in triduum ad XII millia effectae sint. Jamque ad transeundum omnia aptaverant; cum legati Scytharum XX, more gentis per castra equis vecti, *nuntiari* jubent *regi, velle ipsos ad eum mandata perferre*. Admissi in tabernaculum, jussique *considere*, in vultu regis defixerant oculos; credo quia magnitudine corporis animum aestimantibus modicus, haudquaquam famae par videbatur. Scythis autem non ut ceteris barbaris rudis et inconditus sensus est: quidam eorum sapientiam capere dicuntur, quantamcunque gens capit semper armata. Sicque locutos esse apud regem memoriae proditum est. [3]) Abhorrent forsitan moribus nostris, et tempora et

---

[1]) Animo disparem vultum ferre, eine Miene annehmen, mit welcher das Gemüth nicht übereinstimmt, d. h. sich verstellen, o. die Gemüthsunruhe in der Miene verbergen.

[2]) Sine arbitris: solus; singula animi consulta pensare, einen Plan über den andern überdenken, o. auf verschiedene Art mit sich zu Rathe gehen; pensando st. pensans; noctem v. extrahere, die Nacht unter Wachen, schlaflos zubringen; lux apparet, der Tag bricht an; tum primum (zum ersten Mal): et quidem primum; periculi cogitationem praesentia ejus excutit, seine Gegenwart entfernt die Vorstellung (Gedanken) der Gefahr; manantibus — lacrimis, unter Freudenthränen; bellum recusare, den Kampf verweigern; ferox, muthvoll, mit Ungestüm; deposco, darauf bringen; super utres, auf Schläuchen; per valetudinem, wegen der Schwäche seines Körpers.

[3]) In triduum: per tridui spatium, — Ersteres scheint kein guter Ausdruck zu seyn, und die Zahl der Flöße ist wohl sehr übertrieben angegeben; gentis: hujus gentis; equis vecti. — Bei den Römern durften sie nur zu Fuß erscheinen; in vultu alicujus oculos defigere, auf Jem. Gesicht die Augen heften, o. Jem. mit unverwandten Augen ansehen; credo, meines Erachtens, deßhalb; aestimantibus: ae-

ingenia cultiora sortitis; sed ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet. Quae utcunque tradita sunt, incorrupta perferemus. Igitur unum ex his maximum natu ita locutum accepimus. *Si Dii habitum corporis tui aviditati animi parem esse voluissent, orbis te non caperet: altera manu Orientem, altera Occidentem contingeres. Et hoc assecutus scire velles, ubi tanti numinis fulgor conderetur. Sic quoque concupiscis, quae non capis. Ab Europa petis Asiam; ex Asia transis in Europam: deinde si humanum genus omne superaveris, cum silvis, et nivibus, et fluminibus, ferisque bestiis gesturus es bellum.* 4) *Quid tu, ignoras arbores magnas diu crescere; una hora exstirpari? Stultus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide, ne dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fuit: et ferrum rubigo consumit. Nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido. Quid nobis tecum est? nunquam terram tuam attigimus. Qui sis, unde venias, licetne ignorare in vastis silvis viventibus? Nec servire ulli possumus, nec imperare desideramus. Dona nobis data sunt, ne Scytharum gentem ignores,*

---

stimabant, et; modicus haudquaquam, Andere: *modicus animus haudquaquam*; modicus, sc. habitus, mittelmäßige Gestalt (Statur); famae parem esse, dem Ruhme angemessen seyn; ceteris st. apud ceteros; rudis, inconditus, roh, ungebildet; sensus, Sinn, Verstand, Geist; sapientiam capere: adprehendere animo, discere, ut Anacharsis philosophi, genere Scythae, exemplo notum. Cellar. Quantumcunque, so viel nämlich ein Volk, welches stets unter den Waffen ist, begreifen kann.

4) Abhorrent forsitan: ea, quae locuti sunt; sortitis: qui sortiti sumus. Uebers.: Ihre gehaltene Rede an Alexander stimmt vielleicht mit unsern Sitten nicht überein, da wir jetzt in Zeiten leben, wo es gebildetere Köpfe gibt; sed ut possit: quamvis possit; fides, Glaubwürdigkeit; debet, sc. sperni; quae utcunque etc., ich werde ihre Worte so unverfälscht erzählen, wie es aufgezeichnet war; tradita, sc. a Graecis historicis; accipio, vernehmen, lesen; volo, der Wille seyn; cupiditati animi parem esse, der W. des Geistes gleich seyn, gleichkommen; orbis, sc. terrarum; non capio, nicht fassen, zu enge seyn; contingo, berühren: In animo habuit fabulam Tiphonis, cujus manuum altera ad Hesperum usque, et altera ad Orientem pertinebat. Apollodorus 1. Freinsh.; assecutus: si assecutus esses; numinis: solis; condi, sich verbergen; sic quoque: etsi corpore modicus; in Europam: transgressus Jaxarten.

*jugum boum, aratrum, hasta, sagitta, et patera. His utimur et cum amicis, et adversus inimicos.* [5]) *Fruges amicis damus boum labore quaesitas: patera cum his vinum Diis libamus: inimicos sagitta eminus, hasta cominus petimus. Sic Syriae regem, et postea Persarum, Medorumque superavimus: patuitque nobis iter usque in Aegyptum. At tu, qui te gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium, quas adisti, latro es. Lydiam cepisti: Syriam occupasti: Persidem tenes: Bactrianos habes in potestate: Indos petisti: jam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles manus porrigis. Quid tibi divitiis opus est, quae te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem; ut quo plura haberes, acrius, quae non habes, cuperes. Non succurrit tibi, quamdiu circum Bactra haereas? dum illos subigis, Sogdiani bellare coeperunt.* [6])

---

[5]) Spectare: oculis metiri, messen, in Betrachtung ziehen; vide, sieh zu, nimm dich in Acht, hüt' dich; fuit, dienen, werden; cui etc., daß ihm nicht auch von einem Schwachen Gefahr drohe; quid nobis tecum est, was haben wir mit dir zu schaffen? licetne etc., müssen wir es denn in unsern weiten Wäldern wissen, wer etc.; servio, dienstbar seyn; impero, herrschen; data sunt, sc. a diis; jugum boum, nämlich ein Gespann Ochsen. — Herodot erzählt B. 4. K. 5. in Bezug hierauf folgende Legende: „Als die drei Söhne des Targitaus in Scythien regierten, fiel ein Pflug, ein Joch, ein Beil und eine Schale, alles aus Gold verfertiget, vom Himmel in der Scythen Land. Der älteste der Brüder, der dieß zuerst sah, ging hin, um dieß wegzunehmen; allein das Gold glühete. So ging es auch dem andern Bruder. Das glühende Gold trieb sie zurück. Da der Jüngste kam, war es ausgelöscht. Er nahm also Alles mit sich nach Hause, und seine Brüder erkannten daraus, daß sie dem Jüngsten das Reich übergeben sollten."

[6]) Cum his: cum amicis; Syriae regem: Antiquissimis temporibus Assyriam (quam et Syriam interdum vocant) Scythis per mille et quingentos annos vectigalem fuisse, pendendi autem tributi finem Ninum regem Assyriorum imposuisse, in Just. 1. 3. legitur. Postea sub Medorum rege Cyaxare Asiam armis captam per XVIII annos obtinebant. Deinde cum Cyro bella gesserunt, quem sunt, qui in proelio contra Massagetas occubuisse tradunt. Darii Hystaspis expeditio non fuit in Scythas istarum regionum, sed in Europaeos ad laevam Thraciae habitantes. Aegyptum Scythae non intrarunt, sed Asiam usque ad Aegyptum bis ceperant, primo antiquissimis temporibus Tanao quodam duce, Just. 1. 2. et 3. iterum Madya (quem alii Indathyrsin vocare videntur) duce, Cyaxaris aetate. Herodot. 1, 103 — 105. ad latrones. Alexander nennt sie so, um einen Grund zum Kriege zu ha-

*Bellum tibi ex victoria nascitur. Nam ut major fortiorque sis quam quisquam; tamen alienigenam dominum pati nemo vult. Transi modo Tanaim: scies, quam late pateant; nunquam tamen consequeris Scythas. Paupertas nostra velocior erit, quam exercitus tuus, qui praedam tot nationum vehit. Rursus cum procul abesse nos credes, videbis in tuis castris. Eadem velocitate et sequimur, et fugimus. Scytharum solitudines Graecis etiam proverbiis audio eludi. At nos deserta et humano cultu vacua, magis quam urbes et opulentos agros sequimur.* 7) *Proinde fortunam tuam pressis manibus tene. Lubrica est, nec invita teneri potest. Salubre consilium sequens, quam praesens tempus, ostendit melius. Impone felicitati tuae frenos, facilius illam reges. Nostri sine pedibus dicunt esse fortunam, quae manus et pennas tantum habet; cum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit. Denique si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes; non sua eripere: sin autem homo es; id quod es, semper esse te cogita. Stultum est eorum meminisse, propter quae tui oblivisceris. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti. Nam et firmissima est inter pares amicitia; et videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium.* 8) *Quos viceris, amicos tibi esse cave credas. Inter*

---

ben; instabilis, unbeständig, — vielleicht insatiabilis, weil er bald nach Diesem, bald nach Jenem greift; ad aliquid manus porrigere, die Hände nach etwas ausstrecken; primus etc.: primus es hominum, cui saturitas esuriem attulerit. Ed. cum n. Var.; circum Bactra: circum regionem Bactrianam; haerere: morari; illos: Bactrianos; bellare: rebellare.

7) Bellum etc., dir erwächst aus dem Siege Krieg; ut: etsi; major: potentior; Tanaim: Jaxarten; quam late pateant, wie weit sich die Scythen erstrecken; veho, mit sich schleppen; proverbium est: Σκυθῶν ἐρημία; deserta et h. c. vacua, wüste und unangebaute Gegenden; sequimur: amamus.

8) Pressis: compressis m. tenere, mit zusammengedrückten Händen halten, d. i. fest halten; salubre — melius: consilii hujus utilitas apertius olim, quam nunc, apparebit. Ed. cum n. Var.; frenos imponere, Zügel anlegen; nostri, sc. incolae, Landsleute; sua eripere, das Ihrige rauben; id, quod es, was du in der That bist; stultum est etc., es ist thöricht, an solche Dinge zu denken, worüber du auf dich selbst vergißt; eorum meminisse etc.: stultum est, semper de bellis aliisque rebus, quibus gloria et magnum imperium paratur, cogitare, propter quae oblivisceris, te hominem esse, eumque moriturum, et omnia relicturum. Quibus: iis, quibus; inter pares, sc. viribus, zwi-

*dominum et servum nulla amicitia est. Etiam in pace, belli tamen jura servantur. Jurando gratiam Scythas sancire ne credideris. Colendo fidem, jurant. Graecorum ista cautio est, qui acta consignant, et Deos invocant. Nos religionem in ipsa fide novimus. Qui non reverentur homines, fallunt Deos. Nec tibi amico opus est, de cujus benevolentia dubites. Ceterum nos et Asiae et Europae custodes habebis: Bactra, nisi dividat Tanaïs, contingimus: ultra Tanaïm usque ad Thraciam colimus; Thraciae Macedoniam conjunctam esse fama est. Utrique imperio tuo finitimos, hostes an amicos velis esse, considera.* Haec barbarus. [9])

IX. Contra rex *fortuna sua et consiliis suorum se usurum esse* respondet. *Nam et fortunam, cui confidat, et consilium suadentium, ne quid temere et audacter faciat, secuturum.* Dimissisque legatis, in praeparatas rates exercitum imposuit. In proris clypeatos locaverat, jussos *in genua subsidere, quo tutiores essent adversus ictus sagittarum.* Post hos qui tormenta intenderent, stabant; et ab utroque latere, et a fronte circumdati armatis. Reliqui, qui post tormenta constiterant, remigem lorica indutum scutorum testudine armati protegebant. Idem ordo in illis quoque ratibus, quae equitem vehebant, servatus est. Major pars a puppe nantes equos loris trahebat. [1]) At illos, quos utres

---

schen Gleichstarken; qui etc., welche noch keine Probe von ihren Streitkräften unter einander gemacht haben, d. h. welche ihre Stärke noch nicht unter einander gemessen haben.

[9]) Quos: eos, quos; cave credas, v. ne credideris, glaube nicht; etiam in pace etc., auch im Frieden werden die zur Kriegszeit üblichen Rechte beibehalten; etiam in pace: Quae leges et conditiones victis a victoribus belli tempore dantur, etiam in pace servantur, ut instar servorum sint victi; victores domini, adeoque inter eos nulla coalescere amicitia possit. Cellar. Jurando — credideris: Ne putes, Scythas amicitiam jurejurando firmare. Ed. cum n. Var. Colendo fidem jurant, ihr Schwur besteht im Wort halten; acta consignare, das Verhandelte (beim Abschließen eines Bündnisses), Verträge aufzeichnen; in ipsa fide: religionem esse in fide servanda, non in verbis, sive jurejurando. Schmieder. Colo, wohnen; fama est, es geht der Ruf, man sagt, es soll; utrique imperio: nempe europaeo et asiatico; haec, sc. locutus est.

Inh. Alexander entläßt die Gesandten, setzt über den Jaxartes, greift die Scythen in ihrem Lande an, begegnet ihnen aber als Ueberwinder sehr gnädig.

[1]) Suorum: amicorum, Andere: *eorum*; suadens, Rathgeber; in p. r. imponere, auf die in Bereitschaft stehenden Flöße bringen;

stramento repleti vehebant, objectae rates tuebantur. Ipse rex cum delectis primus ratem solvit, et *in ripam dirigi* jussit. Cui Scythae admotos ordines equitum in primo ripae margine opponunt, ut ne applicari quidem terrae rates possent. Ceterum praeter hanc speciem ripis praesidentis exercitus, ingens navigantes terror invaserat: namque cursum gubernatores, cum obliquo flumine impellerentur, regere non poterant; vacillantesque milites, et ne excuterentur solliciti, nautarum ministeria turbaverant. [2]) Ne tela quidem conati nixu vibrare poterant; cum prior standi sine periculo, quam hostem incessendi, cura esset. Tormenta saluti fuerunt, quibus in confertos ac temere se offerentes, haud frustra excussa sunt tela. Barbari quoque ingentem vim sagittarum infudere ratibus. Vixque ullum fuit scutum, quod non pluribus simul spiculis perforaretur. Jamque terrae rates applicabantur, cum acies clypeata consurgit, et hastas certo ictu, utpote libero nixu, mittit e ratibus. Et ut territos recipientesque equos videre, alacres mutua adhortatione in terram desiliere. Turbatis acriter pedem inferre coeperunt. [3]) Equitum deinde turmae, quae frenatos habe-

---

clypeatos: graviter armatos; in g. subsidere, niederknieen; tutiores: weil sie auf diese Art ihren ganzen Körper mit den Schilden decken konnten; q. t. intenderent: qui tela ex machinis, ut catapultae et ballistae erant, emitterent; man kann es hier geben: das Geschütz bedienen; remigem, der Sing. st. des Plur.; lorica indutus, bepanzert; scutorum testudo, Schilddach; a puppe, hinten am Floße.

[2]) Uter me vehit, ich schwimme auf einem Schlauche; objectus, entgegengesetzt, vorangehend; ratem solvere, das Floß vom Ufer losbinden, d. i. absegeln, fortschiffen; admotos ordines opponere, die vorgerückten Geschwader der Reiterei entgegenstellen; in primo ripae margine, ganz am Rande des Ufers; terrae applicari, anlanden; species, Anblick; praesideo, vorn sitzen, b) beschützen, decken; navigantes: transnavigantes; obliquo flumine impelli, schief in den Fluß getrieben werden; excutio, herabwerfen, auch über Bord werfen; nautarum ministeria turbare, die Schiffer in ihren Verrichtungen, in ihrer Arbeit stören.

[3]) Conati: quamvis conarentur; nixu vibrare: pedibus firmiter nixi vibrare, übers.: sie konnten nicht einmal mit Anstrengung festen Fußes ihre Wurfspieße schwingen, indem man eher darauf bedacht war, ohne Gefahr zu stehen, als den Feind anzugreifen, o. zu beschießen; temere se offerre, sich unbesonnen preisgeben, hier: sorglos vordringen; acies clypeata, beschildete Mannschaft; consurgo, aufstehen, — weil sie knieten; ictus, Wurf; utpote libero nixu, da sie schon fest stehen konnten; recipientes: se recipientes, sich zu-

bant equos, perfregere barbarorum aciem. Interim celeri agmine dimicantium tecti aptavere se pugnae. Ipse rex, quod vigoris, aegro adhuc corpore, deerat, animi firmitate supplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice cervicis; sed dimicantem cuncti videbant. Itaque ipsi quidem ducum fungebantur officio; aliusque alium adhortati, in hostem salutis immemores ruere coeperunt. Tum vero non ora, non arma, non clamorem hostium barbari tolerare potuerunt; omnesque effusis habenis (namque equestris acies erat) capessunt fugam. [4]) Quos rex, quamquam vexationem invalidi corporis pati non poterat, per LXXX tamen stadia insequi perseveravit. Jamque linquente animo suis praecipit, *ut donec lucis aliquid superesset, fugientium tergis inhaererent*: ipse exhaustis etiam animi viribus, in castra se recepit, reliquum substitit. Transierant jam Liberi patris terminos; quorum monumenta lapides erant crebris intervallis dispositi, arboresque procerae, quarum stipites hedera contexerat. [5]) Sed Macedonas ira longius provexit: quippe media fere nocte in castra redierunt, multis interfectis, pluribus captis, equosque MDCCC abegere. Ceciderunt autem Macedonum equites LX, pedites C fere, mille saucii fuerunt. Haec expeditio deficientem magna ex parte Asiam fama tam opportunae victoriae domuit. Invictos Scythas esse crediderant; *quibus fractis nullam gentem Macedonum armis parem fore* confitebantur. [6])

---

rückziehen; equos: equites; mutua adhortatione, unter wechselseitiger Aufmunterung; turbatis pedem inferre: turbatos persequi, instare.

[4]) Reliqui, — welche noch nicht gelandet hatten; se pugnae aptare, sich zum Kampfe bereit machen; quod vigoris: quod virium; animi firmitas, fester Muth; suppleo, ersetzen; cicatrix cervicis nondum bene obducta est, die Narbe der Wunde am Halse ist noch nicht recht zugeheilt; alius alium adhortatur, Einer ermuntert den Andern; salutis: vitae; ora: adspectum; acies equestris, Reitergefecht.

[5]) Vexatio invalidi corporis, die Erschütterung (starke Bewegung) bei seinem noch schwachen Körper; jamque etc., und da er sich schon zu stark entkräftet fühlte, o. halb ohnmächtig war; donec lucis aliquid superest, so lange es noch ein wenig Tag ist; fugientium tergis inhaerere, den Fliehenden auf dem Nacken sitzen, d. i. hitzig verfolgen; reliquum subsistit: ibique subsistit; Liber pater: Bacchus; terminos transire, die Gränzen überschreiten; intervallis, in gewissen Zwischenräumen.

[6]) Longius provehere, weiter hinreißen, fortreißen; multis interfectis. Nach Arrian blieben ungefähr 1000 Mann, und ein An-

Itaque Sacae misere legatos, qui pollicerentur, *gentem imperata facturam.* Moverat eos regis non virtus magis, quam clementia in devictos Scythas: quippe captivos omnes sine pretio remiserat, ut fidem faceret, sibi cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ira fuisse certamen. Benigne igitur exceptis Sacarum legatis, comitem Excipinum dedit, admodum juvenem aetatis flore conciliatum sibi; qui cum specie corporis aequaret Hephaestionem, lepore haud sane virili par non erat. [7]) Ipse, *Cratero cum majore parte exercitus modicis itineribus sequi* jusso, ad Maracanda urbem pervenit; ex qua Spitamenes cognito ejus adventu Bactra profugerat. Itaque quatriduo rex longum itineris spatium emensus, pervenerat in eum locum, in quo, Menedemo duce, II millia peditum, et CCC equites amiserat. Horum ossa tumulo contegi jussit, et inferias more patrio dedit. Jam Craterus, cum phalange subsequi jussus, ad regem pervenerat. Itaque ut omnes, qui defecerant, pariter belli clade premerentur, copias divisit; *urique agros, et interfici puberes* jussit. [8])

X. Sogdiana regio majori ex parte deserta est: octingenta fere stadia in latitudinem vastae solitudines tenent. Ingens spatium rectae regionis est, per quam amnis, *Polytimetum* vocant incolae, fertur torrens. Eum ripae in tenuem alveum cogunt; deinde caverna accipit, et sub terram rapit. Cursus absconditi indicium est aquae meantis sonus; cum ipsum solum, sub quo tantus amnis fluit, ne

---

führer, Namens Satraces; und gefangen wurden 150; deficio, abtrünnig werden; fama tam opportunae victoriae, durch den Ruf des so zur rechten Zeit erfochtenen Sieges; fractis: perdomitis, victis.

[7]) Gentem, sc. suam; imperata, Vulg.: *mandata,* sc. Alexandri; eos: Dacas; fidem faceret, sc. hominibus; fidem alicui facere, Jem. glauben machen, überzeugen; admodum juvenem aetatis flore sibi conciliare, einen noch sehr jungen, blühenden Jüngling zum Freunde wählen, o. der Freundschaft würdigen; lepore etc., allein in der würdevollen männlichen Annehmlichkeit glich er ihm freilich nicht; lepore — erat, Andere: *decore haud sane virili par* (sc. illi) *non erat.*

[8]) Modicis itineribus, in mäßigen, kleinen Märschen; tumulo contegere: sepelire; inferias (sc. victimas) dare, ein Todtenopfer bringen; belli clade premi, durch die Verheerung des Krieges gezüchtiget werden.

Inh. Unbezwinglicher Muth des sogdianischen Adels. Bessus wird bestraft, und das Heer durch Frischgeworbene verstärkt.

modico quidem resudet humore. [1]) Ex captivis Sogdianorum ad regem XXX nobilissimi, corporum robore eximio, perducti erant: qui ut per interpretem cognoverunt, jussu *regis ipsos ad supplicium trahi*, carmen laetantium more canere, tripudiisque et lasciviori corporis motu gaudium quoddam animi ostentare coeperunt. Admiratus rex, tanta magnitudine animi oppetere mortem, *revocari eos* jussit, *causam tam effusae laetitiae, cum supplicium ante oculos haberent*, requirens. Illi, *si ab alio occiderentur, tristes morituros fuisse* respondent; *nunc a tanto rege, victore omnium gentium, majoribus suis redditos, honestam mortem, quam fortes viri voto quoque expeterent, carminibus sui moris laetitiaque celebrare.* [2]) Tum rex, *quaero itaque*, inquit, *an vivere velitis non inimici mihi, cujus beneficio victuri estis?* Illi, *nunquam se inimicos ei, sed bello lacessitos, hostes fuisse* respondent. *Si quis ipsos beneficio, quam injuria experiri maluisset; certaturos fuisse, ne vincerentur officio.* Interrogantique, *quo pignore fidem obligaturi essent? Vitam, quam acciperent, pignori futuram esse* dixerunt. *Reddituros, quandoque repetisset.* Nec promissum fefellerunt. Nam qui remissi domos ierant, in fide continuere populares: quatuor inter custodes corporis retenti, nulli Macedonum in regem caritate cesserunt. [3]) In Sogdianis Peucolao cum tribus millibus peditum (neque enim

---

[1]) Desertus, öde; teneo, einnehmen; ingens etc., die Strecke des platten (ebenen) Landes ist sehr groß; torrens: sicut torrens; in tenuem alveum cogere, in ein enges Bett zwängen; sub terram rapere, unter die Erde stürzen; sonus, das Rauschen; quum: quum tamen; ne m. q. h. resudare, nicht im Geringsten feucht seyn.

[2]) Corporum r. eximio, von außerordentlicher Körperstärke; ad supplicium trahere, zum Tode schleppen, hinrichten; tripudiis — motu, durch Sprünge und ziemlich ausgelassene Tänze, o. durch Tänze und andere muthwilligere Körpergeberden; tanta magnitudine animi, mit so hohem Muthe; mortem oppetere, dem Tode entgegen gehen; effusa laetitia, übermäßige, ausgelassene Fröhlichkeit; reddi, wieder gegeben werden, zurückkehren; voto quoque expetere, sogar wünschen.

[3]) Non mihi inimici, ohne mir ferner feind zu seyn; beneficium, Gnade; bello lacessere, bekriegen, angreifen; beneficium, Güte; aliquem experiri, Jem. auf die Probe stellen, erproben; certo, wetteifern; officio aliquem vincere, Jem. an Dienstbeflissenheit übertreffen; fidem aliquo pignore obligare, seine Treue durch ein Unterpfand verbürgen; reddituros, quandoque (quandocunque) repetisset, ihr Leben werde ihm wieder zu Gebote stehen, wenn er es

majori praesidio indigebat) relicto, Bactra pervenit. Inde *Bessum Ecbatana duci* jussit, *interfecto Dario poenas capite persoluturum.* Iisdem fere diebus Ptolemaeus et Menidas peditum tria millia, et equites mille adduxerunt mercede militaturos. Alexander quoque ex Lycia cum pari numero peditum, et D equitibus venit. Totidem e Syria Asclepiodorum sequebantur, Antipater Graecorum VIII millia, in quis D equites erant, miserat. Itaque exercitu aucto, ad ea quae defectione turbata erant, componenda processit; interfectisque consternationis auctoribus, quarto die ad flumen Oxum perventum est. [4]) Hic quia limum vehit, turbidus semper et insalubris est potu. Itaque puteos miles coeperat fodere. Nec tamen humo alte egesta exsistebat humor; cum in ipso tabernaculo regis conspectus est fons, quem quia tarde notaverant, *subito exstitisse* finxerunt. Rexque ipse credi voluit, *donum Dei id fuisse.* [5]) Superatis deinde amnibus Ocho et Oxo, ad urbem Marginiam pervenit. Circa eam VI oppidis condendis electa sedes est. Duo ad Meridiem versa, quatuor spectantia Orientem, modicis inter se spatiis distabant, ne procul repetendum esset mutuum auxilium. Haec omnia sita sunt in editis collibus: tum velut freni domitarum gentium; nunc originis suae oblita serviunt, quibus imperaverunt. Et cetera quidem pacaverat rex. [6])

XI. Una erat petra, quam Arimazes Sogdianus cum XXX millibus armatorum obtinebat, alimentis ante congestis, quae tantae multitudini vel per biennium suppeterent. Petra in altitudinem XXX eminet stadia, circumitu C et L complectitur. Undique abscissa et abrupta, semita perangusta aditur. In medio altitudinis spatio habet specum, cujus os arctum et obscurum est: paullatim deinde ulteriora panduntur; ultima etiam altos recessus habent. Fontes per totum fere specum manant; e quibus collatae aquae per pro-

---

verlangen würde; promissum non fallere: promissis stare; in fide continere, im Gehorsam erhalten; cedo, nachstehen.

[4]) In Sogdianis, st. in Sogdiana; interfecto etc., um dort wegen des am Darius verübten Mordes hingerichtet zu werden; A. sequebantur: Asclepiodorus adducebat; augeo, verstärken; ad ea — processit, brach er auf, um in den empörten Ländern die Ordnung wieder herzustellen; consternationis: seditionis.

[5]) Insalubris potu (supinum), ungesund zu trinken; humo alte egesta: et quamvis humum alte egesserant; humum alte egerere, tief graben; tarde: sero.

[6]) Sedes, Stelle, Platz; auxilium repetere, H. suchen; editi colles, Anhöhen.

na montis flumen emittunt. [1]) Rex, loci difficultate spectata, statuerat inde abire: cupido deinde incessit animo, naturam quoque fatigandi. Prius tamen quam fortunam obsidionis experiretur, Cophan (Artabazi hic filius erat) misit ad barbaros, qui suaderet, *ut dederent rupem*. Arimazes loco fretus superbe multa respondit. Ad ultimum, *an Alexander volare possit?* interrogat. Quae nuntiata regi, sic accendere animum, ut adhibitis, cum quibus consultare erat solitus, indicaret *insolentiam barbari, eludentis ipsos, quia pennas non haberent. Se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare.* [2]) *Trecentos*, inquit, *perniciossimos juvenes ex suis quisque copiis perducite ad me, qui per calles et paene invias rupes domi pecora agere consueverint.* Illi praestantes et levitate corporum, et ardore animorum, strenue adducunt: quos intuens rex, *Vobiscum*, inquit, *o juvenes, et mei aequales, urbium invictarum ante munimenta superavi: montium juga perenni nive obruta emensus sum: angustias Ciliciae intravi: Indiae sine lassitudine vim frigoris sum perpessus. Et mei documenta vobis dedi, et vestri habeo. Petra, quam videtis, unum aditum habet, quem barbari obsident, cetera negligunt: nullae vigiliae sunt, nisi quae castra nostra spectant.* [3]) *Invenietis viam, si*

---

Inh. Alexander erobert durch List einen stark besetzten, und von der Natur und seiner Lage nach äußerst festen, und beinahe unbezwinglichen Felsen.

[1]) Alimenta congerere, Lebensmittel zusammenhäufen; suppeto, hinreichend seyn; in altitudinem eminere: altum esse; semita perangusta adiri, auf einem sehr schmalen Fußsteige zugänglich seyn; os, Eingang; ulteriora, sc. ejus specus; Uebers.: sie wird dann allmählig weiter, und hat gegen das Ende (zuletzt) tiefe Gänge; e quibus etc., aus welchen sich das Wasser sammelt, und über den Berg hinab einen (kleinen) Fluß bildet.

[2]) Incedo, anwandeln, mihi v. me; fatigandi: vincendi; fortunam obsidionis experiri, sein Glück durch eine Belagerung versuchen, eine Belagerung wagen; superbe multa respondere, viele stolze Antworten ertheilen; animum, sc. ejus; animum alicujus accendere, Jem. aufbringen; ut adhibitis — barbari, daß er Denen, mit welchen er sich zu berathschlagen pflegte, den Uebermuth des Barbaren anzeigte; illudentis: qui illuderet.

[3]) Levitate corporis et ardore animi praestare, durch einen leichten Körper und feurigen Muth sich auszeichnen; strenue: celeriter; mei aequales: commilitones; emetior, übersteigen; intro, hineindringen; Indiae: quam Arachosiae proximam hieme transgressus erat; documenta mei: h. e. meae virtutis; nisi quae etc., außer gegen unser Lager zu.

*solerter rimati fueritis aditus ferentes ad cacumen. Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti. Experiendo quae ceteri desperaverunt, Asiam habemus in potestate. Evadite in cacumen: quod cum ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis. Ego copiis admotis hostem in nos a vobis convertam. Praemium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta X: uno minus accipiet, qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines servabitur portio.* 4) *Certum autem habeo, vos non tam liberalitatem intueri meam, quam voluntatem.* His animis regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur. Dimissique ferreos cuneos, quos inter saxa defigerent, validosque funes parabant. Rex circumvectus petram, qua minime asper ac praeruptus aditus videbatur, secunda vigilia, quod bene verteret, ingredi jubet. Illi, alimentis in biduum sumtis, gladiis modo atque hastis armati subire coeperunt. Ac primo pedibus ingressi sunt: deinde ut in praerupta perventum est, alii manibus eminentia saxa complexi levavere semet; alii adjectis funium laqueis evasere, cum cuneos inter saxa defigerent, quîs gradus subinde insisterent. Diem inter metum laboremque consumserunt. 5) Per aspera enixis, duriora restabant, et crescere altitudo petrae videbatur. Illa vero miserabilis erat facies, cum ii, quos instabilis gradus fefellerat, ex praecipiti devolverentur. Mox eadem in se patienda alieni casus ostendebat exemplum. Per has tamen difficultates enituntur in verticem montis, omnes fatigatione continuati laboris affecti; quidam multati parte membrorum; pariterque eos et nox et somnus oppressit. Stratis passim corporibus in inviis et in asperis saxorum, periculi instantis obliti in lucem quieverunt: tandemque velut ex alto sopore excitati, occultas subjectasque ipsis valles rimantes, ignari in qua parte petrae tanta vis hostium condita esset,

---

4) Rimo, aufsuchen; nihil etc., es ist nichts von Natur so hoch; enitor, emporklimmen; quod cum: et cum id; capio, erreichen; velum, Tuch; ego copiis etc., ich werde dann mit den Truppen anrücken, und dadurch die Aufmerksamkeit des Feindes von euch ab-, und auf uns wenden; occupo, ersteigen, erreichen; portio, Verhältniß.

5) Certum habere, gewiß wissen, versichert seyn; his animis, mit solcher Begeisterung; inter saxa defigere, zwischen die Felsen hineinschlagen; circumvectus, sc. equo; ut bene vertat, auf gut Glück; ingredi, sc. iter; subire, sc. petram, hinaufsteigen; in praerupta, sc. loca; se levare, sich in die Höhe heben; alii adjectis etc., Andere stiegen mittelst Strickleitern empor; quîs (st. quibus) gradus subinde insisterent, Andere: *gradus, quis, subinde insisterent*; Uebers.: um in diese zuweilen treten zu können.

fumum specus infra se ipsos evolutum notaverunt. Ex quo intellectum est, illam hostium latebram esse. [6]) Itaque hastis imposuere, quod convenerat signum: totoque e numero duos et XXX in ascensu interiisse cognoscunt. Rex non cupidine magis potiundi loci, quam vicem eorum, quos ad tam manifestum periculum miserat, sollicitus, toto die cacumina montis intuens restitit. Noctu demum, cum obscuritas conspectum oculorum ademisset, ad curandum corpus recessit. Postero die nondum satis clara luce primus vela, signum capti verticis, conspexit. Sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas coeli, nunc internitente lucis fulgore, nunc condito. [7]) Verum ut liquidior lux apparuit coelo, dubitatio exemta est. Vocatumque Cophan, per quem barbarorum animos tentaverat, mittit ad eos, qui moneret, *nunc saltem salubrius consilium inirent.* Sin autem fiducia loci perseverarent, *ostendi a tergo* jussit, *qui ceperant verticem.* Cophas admissus suadere coepit Arimazi *petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in unius rupis obsidione haerere non coegisset.* Ille, ferocius superbiusque quam antea locutus, *abire* Cophan jubet. [8]) At is prehensum manu Barbarum rogat, *ut secum extra specum pro-*

---

[6]) Per aspera enixis etc., wenn sie eine rauhe Felsenstrecke erklimmt hatten, blieb ihnen eine noch mühsamere übrig; facies: adspectus; quos — fefellerat, welche ausglitschten; ex praecipiti devolvi, von dem steilen Felsen herabstürzen; mox etc., was man bald selbst erleiden konnte, zeigte das Beispiel eines andern Falls; per, bei; fatigatione affectus, von der Ermüdung entkräftet; mulati, Anb.: *mutilati*; parte membrorum mulatum esse, zum Theil an Gliedern verstümmelt, beschädigt seyn; opprimo, überfallen; stratis etc., hier blieben sie auf dem unwegsamen und schroffen Felsen zerstreut liegen; in lucem quiescere, bis in den Tag hinein schlafen; subjectasque ipsis valles rimari, die unter ihnen liegenden Thäler betrachten; fumum specus: fumum e specu.

[7]) Hastis imponere, auf ihre Lanzen stecken; obscuritas conspectum oculorum adimit, die Dunkelheit benimmt die Aussicht; corpus curare, den K. pflegen, — mit Speise und Trank erquicken; nondum satis clara lux est, es ist noch nicht recht Tag; n e scheint hier st. a n n o n zu stehen; acies, sc. oculorum ejus; acies mea fallitur, das Gesicht täuscht mich.

[8]) Dubitationem alicui eximere, Jem. den Zweifel benehmen; animum alicujus tentare, Jem. Gesinnungen auf die Probe stellen; moneret, sc. ut; fiducia loci perseverare, auf den Ort trotzen; gratiam alicujus v. apud aliquem inire, sich bei Jem. beliebt machen, in Gunst setzen; si — molientem, wenn er ihn bei so großen Unternehmungen.

*deat*: quo impetrato, juvenes in cacumine ostendit, ejusque superbiae haud immerito illudens, *pennas* ait *habere milites Alexandri.* Jamque e Macedonum castris signorum concentus et totius exercitus clamor audiebatur. Ea res, sicut pleraque belli vana et inania, barbaros ad deditionem traxit. 9) Quippe occupati metu, paucitatem eorum, qui a tergo erant, aestimare non poterant. Itaque Cophan (nam trepidantes reliquerat) strenue revocant; et cum eo XXX principes mittunt, qui petram tradant, et *ut incolumibus abire liceat*, paciscantur. Ille quamquam verebatur, ne conspecta juvenum paucitate deturbarent eos barbari; tamen et fortunae suae confisus, et Arimazi superbiae infensus, *nullam se conditionem deditionis accipere* respondit. 10) Arimazes, desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentis suae descendit in castra: quos omnes *verberibus affectos sub ipsis radicibus petrae crucibus* jussit *affigi*. Multitudo dedititiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data est: Artabazus in petrae regionisque, quae apposita esset ei, tutela relictus. 11)

---

9) Signorum concentus, der Trompetenschall, das Schmettern der Trompeten; ad deditionem trahere, zur Uebergabe bewegen.

10) Metu occupari, von Furcht überfallen werden; strenue: celeriter; et ut etc., und sich einen freien Abzug bedingen möchten; ille, sc. Alexander; deturbo, herabstürzen.

11) Desperatis m. r. q. p., da er mehr an seiner Sache zweifelte, als sie verloren hatte; verberibus affici, peitschen, geißeln lassen. — Diese Strafe ging immer der Kreuzigung voraus; dedititiorum; And.: *deditorum*; appono, hinzuschlagen, appositus, angränzend; in tutela relinquere, zum Schutze, d. i. zum Schutze als Statthalter zurücklassen.

# Q. CURTII RUFI
# DE
# REBUS GESTIS
# ALEXANDRI MAGNI
# HISTORIARUM
## LIBER VIII.

### I.

Alexander majore fama, quam gloria, in ditionem redacta petra, cum propter vagum hostem spargendae manus essent, in tres partes divisit exercitum. Hephaestionem uni, Coenon alteri duces dederat: ipse ceteris praeerat. Sed non eadem mens omnibus barbaris fuit. Armis quidam subacti; plures ante certamen imperata fecerunt: quibus *eorum, qui in defectione perseveraverant, urbes agrosque* jussit *attribui.* At exsules Bactriani cum DCCC equitibus Massagetarum proximos vicos vastaverunt. Ad quos coërcendos Attinas, regionis ejus praefectus, CCC equites, insidiarum, quae parabantur, ignarus, eduxit. Namque hostis in silvis, quae erant forte campo junctae, armatum militem condidit; paucis propellentibus pecora, ut improvidum ad insidias praeda perduceret. [1]) Itaque incomposito agmine, solutisque ordinibus, Attinas praedabundus sequebatur; quem praetergres-

---

Inh. Die Massageten, Daher und Sogdianer werden bezwungen. Die Scythen bieten Alexandern die Tochter ihres Königs zur Gemahlinn an. Alexander tödtet auf einer Jagd, auf der 4000 Stück Wild erlegt werden, einen Löwen, und ersticht den Klitus wegen seiner freimüthigen Reden bei der Tafel.

[1]) Majore fama, quam gloria, mit mehr Ruf, als Ruhm: late quidem sparso, sed non admodum glorioso rumore. Rader. Vagus „ herumstreifend; manus spargere, die Truppen, das Heer trennen; mens, Gesinnung; fuit: sum st. habeo; ante certamen, bevor es noch zum Kampfe kam; attribuo, zutheilen; insidias parare, einen Hinterhalt bereiten; silvae, campo junctae, Wälder, die an eine Ebene stoßen; propellentibus p.: ex silvis; ad insidias perducere, in einen Hinterhalt, in die Falle locken.

sum silvam, qui in ea consederant, ex improviso adorti, cum omnibus interemerunt. Celeriter ad Craterum hujus cladis fama perlata est; qui cum omni equitatu supervenit; et Massagetae quidem jam refugerant; Dahae mille oppressi sunt: quorum clade totius regionis finita defectio. Alexander quoque Sogdianis rursus subactis, Maracanda repetit. Ibi Berdes, quem ad Scythas super Bosphorum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit. Phrataphernes quoque, qui Chorasmiis praeerat, Massagetis et Dahis regionum confinio adjunctus, miserat, qui *facturum imperata* pollicerentur. Scythae petebant, *ut regis sui filiam matrimonio sibi jungeret. Si dedignaretur affinitatem, principes Macedonum cum primoribus suae gentis connubio coire pateretur. Ipsum quoque regem venturum ad eum* pollicebantur. [2]) Utraque legatione benigne audita, Hephaestionem et Artabazum opperiens, stativa habuit: quibus adjunctis, in regionem, quae appellatur *Bazaria*, pervenit. Barbarae opulentiae in illis locis haud ulla sunt majora indicia, quam magnis nemoribus saltibusque nobilium ferarum greges clausi. Spatiosas ad hoc eligunt silvas, crebris perennium aquarum fontibus amoenas. Muris nemora cinguntur, turresque habent venantium receptacula. Quatuor continuis aetatibus intactum saltum fuisse constabat. Quem Alexander cum toto exercitu ingressus *agitari undique feras* jussit. Inter quas cum leo magnitudinis rarae ipsum regem invasurus incurreret; forte Lysimachus, qui postea regnavit, proximus Alexandro, venabulum objicere ferae coeperat. [3]) Quo rex repulso, et *abire* jusso,

---

[2]) Incomposito agmine, solutisque ordinibus, mit einer in Unordnung befindlichen Heeresabtheilung, deren Reihen zerstreut waren, d. i. mit einer Heeresabtheilung in völliger Unordnung; ex improviso, unversehens; fama: nuntius. Berdes, S. B. VII. K. 6.; gentis, sc. hujus; Phrataphernes: Satrapa; regionis confinio alicui genti adjunctum esse, mit einem Volke gränzen; aliquam matrimonio sibi jungere, Eine ehelichen; princeps, ein Vornehmer, Adeliger; connubio coire cum aliquo, sich mit Jem. verheirathen, durch Heirath verbinden.

[3]) Stativa habere, einige Zeit stille liegen; adjunctis, sc. sibi; Barbarae op. etc., in jenen Gegenden zeigt nichts mehr den Reichthum der Barbaren an, als die in großen Lustwäldern und Forsten eingeschlossenen Heerden wilder Thiere; amoenus, anmuthig; venantium: venatorum; aetas, Menschenalter. — Herodot nimmt 100 Jahre auf 3 Menschenalter an; die Statistiker nehmen in Deutschland jetzt gewöhnlich 30 J. auf ein Menschenalter an; agito, aufstöbern, aufjagen; leo regem invasurus, incurrit, der Löw läuft auf den König zu, um über ihn herzufallen; Lysimachus, einer von den Feldherrn Alexanders.

adjecit, *tam a semet uno quam a Lysimacho leonem interfici posse*. Lysimachus enim quondam cum venaretur in Syria, occiderat eximiae magnitudinis feram solus: sed laevo humero usque ad ossa laceratus ad ultimum periculi pervenerat. Id ipsum exprobrans ei rex, fortius, quam locutus est, fecit. Nam feram non excepit modo, sed etiam uno vulnere occidit. Fabulam, quae *objectum leoni a rege Lysimachum* temere vulgavit, ab eo casu, quem supra diximus, ortam esse crediderim. Ceterum Macedones, quamquam prospero eventu defunctus erat Alexander, tamen scivere gentis suae more, ne pedes venaretur, aut sine delectis principum amicorumque. [4]) Ille IV millibus ferarum dejectis, in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est. Inde Maracanda reditum est: acceptaque aetatis excusatione ab Artabazo, provinciam ejus destinat Clito. Hic erat, qui apud Granicum amnem nudo capite regem dimicantem clypeo suo texit, et Rhosacis manum capiti regis imminentem gladio amputavit: vetus Philippi miles, multisque bellicis operibus clarus. Hellanice, quae Alexandrum educaverat, soror ejus, haud secus quam mater a rege diligebatur. Ob has causas validissimam imperii partem fidei ejus tutelaeque commisit. Jamque *iter parare in posterum* jussus, sollemni et tempestivo adhibetur convivio. In quo rex cum multo incaluisset mero, immodicus aestimator sui, celebrare, quae gesserat, coepit; gravis etiam eorum auribus, qui sentiebant vera memorari. [5]) Silentium tamen habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere, *nobilem apud Chaeroneam vic-*

---

Nach des Letztern Tode bekam er bei der Vertheilung der eroberten Länder die Statthalterschaft Thracien; objicio, entgegen halten.

[4]) Repello, zurückstoßen; lacero, aufreißen; ad ultimum periculi pervenire, in die äußerste Gefahr, in Lebensgefahr gerathen; fortius — fecit, er that für seine Person mehr, als er gesagt hatte; excipere, sc. venabulo, anlaufen lassen; uno vulnere: uno ictu; fabulam: Vergl. Val. Max. 9. 3. und Just. 15. 3.; prospero eventu (periculo) defungi, die Gefahr glücklich überstehen; scivere (v. scisco): decreverunt. Cellarius. Sine delectis princ. amicorumque, ohne einige seiner Großen und Vertrauten.

[5]) Dejicio, erlegen, tödten; aetatis. Artabaz war schon 96 J. alt; Clito: Dropidae filio; capiti alicujus imminere, Jem. Kopf bedrohen, d. h. Jem. nach dem Kopfe hauen; operibus: factis; iter parare, sich zur Reise anschicken, fertig machen; aliquem tempestivo convivio adhibere, Jem. zu einem spät in die Nacht dauernden Gastmahle ziehen; mero incalescere, vom Weine erhitzt werden; immodicum sui aestimatorem esse, zu sehr für sich eingenommen seyn; gravis, beschwerlich, lästig; sentiebant: sciebant.

*toriam sui operis fuisse* jactavit; *ademtamque sibi malignitate et invidia patris tantae rei gloriam. Illum quidem, seditione inter Macedones milites et Graecos mercenarios orta, debilitatum vulnere, quod in ea consternatione acceperat, jacuisse, non alias quam simulatione mortis tutiorem: se corpus ejus protexisse clypeo suo, ruentesque in illum sua manu occisos. Quae patrem nunquam aequo animo esse confessum, invitum filio debentem salutem suam. Itaque post expeditionem, quam sine eo fecisset ipse in Illyrios, victorem scripsisse se patri* fusos fugatosque hostes: nec adfuisse unquam Philippum. *Laude dignos esse, non qui Samothracum initia viserent, cum Asiam uri vastarique oporteret; sed eos qui magnitudine rerum fidem antecessissent.* Haec et his similia laeti audiere juvenes: ingrata senioribus erant, maxime propter Philippum, sub quo diutius vixerant. [6]) Tum Clitus, ne ipse quidem satis sobrius, ad eos, qui infra ipsum cubabant, conversus, Euripidis retulit carmen, ita ut sonus magis, quam sermo exaudiri posset a rege. Quo significabatur, *male instituisse Graecos, quod tropaeis regum dumtaxat nomina inscriberentur: alieno enim sanguine partam gloriam intercipi.* Itaque rex, cum suspicaretur malignius habitum esse sermonem, percontari proximos coepit, *quid ex Clito audissent.* Et illis ad silentium obstinatis, Clitus paullatim majore voce *Philippi acta bellaque in Graecia gesta* commemorat, omnia praesentibus praeferens. Hinc inter juniores senesque orta contentio est. Et rex, velut patienter audiret, quîs Clitus obterebat laudes ejus, ingentem iram conceperat. [7]) Ceterum cum animo videretur im-

---

[6]) Alicujus res obterere, Jem. Thaten verkleinern, herabwürdigen; apud Chaeroneam. Vergl. Freinshemius Ergänz. B. 1. 8.; sui operis, sein Werk; illum: Philippum; consternatione: seditione; jaceo, auf dem Boden liegen; non alias — tutiorem, bloß aus Verstellung, um vor dem Tode mehr gesichert zu seyn; invitus, wider Willen, ungern; salutem: vitam; itaque: atque ita; Samothracum. Die Samothracen waren die Einwohner von Samothracien, einer Insel im ägäischen Meere; initia Samothracum invisere, sich in die samothracischen Geheimnisse einweihen lassen. — Plutarch erzählt in Alexanders Leben, daß Philipp sich mit seiner nachmaligen Gemahlinn, der Olympias, in dem Alter ungefähr, in welchem ihr Sohn nachher schon Schlachten gewonnen hatte, sich in diese Geheimnisse habe einweihen lassen; sed nos etc., sondern jene, deren Großthaten allen Glauben übersteigen; laeti, mit Vergnügen; vixerant, sc. milites, i. e. militaverant.

[7]) Satis, recht; cubo, bei Tische liegen; carmen referre, einige Verse hersagen; sonus, Laut; male instituo, eine schlechte Einrich-

peraturus, si finem procaciter orto sermoni Clitus imponeret, nihil eo remittente magis exasperabatur. Jamque Clitus etiam Parmenionem defendere audebat, et Philippi de Atheniensibus victoriam Thebarum praeferebat excidio; non vino modo, sed etiam animi prava contentione provectus. Ad ultimum, *si moriendum*, inquit, *est pro te*, *Clitus est primus: at cum victoriae arbitrium agis, praecipuum ferunt praemium, qui procacissime patris tui memoriae illudunt. Sogdianam regionem mihi attribuis, toties rebellem, et non modo indomitam, sed quae ne subigi quidem possit. Mittor ad feras bestias, praecipitia ingenia sortitas.* [8]) *Sed quae ad me pertinent transeo. Philippi milites spernis, oblitus, nisi hic Atharias senex juniores pugnam detrectantes revocasset, adhuc nos circa Halicarnassum haesuros fuisse. Quomodo ergo Asiam etiam cum istis junioribus subjecisti? Verum est, ut opinor, quod avunculum tuum in Italia dixisse constat*, ipsum in viros incidisse, te in feminas. Nihil ex omnibus inconsulte ac temere jactis regem magis moverat, quam Parmenionis cum honore mentio illata. Dolorem tamen rex pressit, contentus jussisse *ut convivio excederet.* Nec quidquam aliud adjecit, quam *forsitan eum, si diutius locutus foret, exprobraturum sibi fuisse vitam a semetipso datam: hoc enim superbe saepe jactasse.* [9]) Atque illum

---

tung treffen; intercipio, entziehen, entreißen; malignius sermonem habere, eine ziemlich boshafte Sprache führen; ad silentium obstinatum esse, nichts sprechen, beim Stillschweigen beharren; majore voce, mit stärkerer Stimme; hinc, darüber; laudes: gloriam; ingentem iram concipere, einen sehr großen Z. fassen, äußerst entrüstet seyn.

[8]) Animo, i. e. irae imperare, seinen Zorn beherrschen; procaciter orto sermoni finem facere, imponere, dem frechen Gespräche ein Ende machen; nihil remittere, gar nicht nachlassen; Thebarum excidio. Vergl. Freinsheimius Ergänz. B. 1. 13. 18. rc.; animi prava contentione provehi, von einem bösen Widerspruchsgeiste (heftigem Wortwechsel) hingerissen werden; victoriae arbitrium agere, die Früchte des Sieges nach Willkühr vertheilen; praemium, Belohnung, Preis; toties r., welches sich so oft empört hat; praecipitia etc., die aus lauter aufrührerischen Köpfen bestehen.

[9]) Atharias. S. B. V. K. 1.; pugnam detrectare, nicht kämpfen wollen; avunculum tuum. Alexander Molossus, König von Epirus, ein Bruder der Olympias, welcher diese Worte in Italien, im Kriege gegen die Lukaner und Bruttier ausgesprochen haben soll; nihil ex omnibus etc., unter allen diesen unüberlegten und unbesonnenen Reden des Klitus brachte den König nichts mehr auf, als die ehrenvoll gemachte Erwähnung des Parmenio; dolorem pressit: indignatio-

cunctantem adhuc surgere, qui proximi ei cubuerant, injectis manibus jurgantes monentesque conabantur abducere. Clitus cum abstraheretur, ad pristinam violentiam ira quoque adjecta, *suo pectore tergum illius esse defensum; nunc postquam tanti meriti praeteriit tempus, etiam memoriam invisam esse* proclamat. *Attali* quoque *caedem* objiciebat; et ad ultimum Jovis, quem patrem sibi Alexander assereret, oraculum eludens, *veriora se regi, quam patrem ejus, respondisse* dicebat. Jam tantum irae conceperat rex, quantum vix sobrius ferre potuisset. Enimvero olim mero sensibus victis, ex lecto repente prosiluit. Attoniti amici ne positis quidem, sed abjectis poculis, consurgunt, in eventum rei, quam tanto impetu acturus esset, intenti. [10]) Alexander rapta lancea ex manibus armigeri, Clitum adhuc eadem linguae intemperantia furentem percutere conatus, a Ptolemaeo et Perdicca inhibetur. Medium complexi et obluctari perseverantem morabantur: Lysimachus, et Leonnatus etiam lanceam abstulerant. Ille militum fidem implorans, *comprehendi se a proximis amicorum, quod Dario nuper accidisset*, exclamat; *signumque tuba dari, ut ad regiam armati coirent*, jubet. Tum vero Ptolemaeus et Perdiccas genibus advoluti orant, *ne in tam praecipiti ira perseveret, spatiumque potius animo det. Omnia postero die justius exsecuturum.* Sed clausae erant aures, obstrepente ira. [11])

---

nem, iram repressit; datam: conservatam; aliquam rem jactare, sich mit etwas brüsten, prahlen.

[10]) Atque illum etc., als er sich aber jetzt noch weigerte aufzustehen, bemühten sich die ihm zunächst Liegenden, nachdem sie Hand an ihn gelegt hatten, unter bösen und guten Vorstellungen ihn fortzuschaffen; ad p. violentiam ira quoque adjungitur, es gesellt sich noch zu s. vorigen Heftigkeit der Zorn; Invisam, sc. ei, Alexandro; Attali, S. Ergänz. B. 1. 9.; quem — assereret, von dem Alexander behauptete, daß er sein Vater sey; veriora se etc., er habe ihm besser die Wahrheit gesagt, als sein Vater. Der König gerieth dergestalt in Zorn, daß er kaum nüchtern seiner Meister geblieben wäre; olim: jam ante; sensus mero victi sunt, die Sinne sind vom Weine betäubt; ex lecto, vom Tischpolster; quam — acturus esset, was er bei seinem so großen Ungestüm thun würde.

[11]) Armiger, Trabant; eadem linguae intemperantia furere, mit gleicher Raserei fortsprechen; obluctari, widerstreben, sich sträuben; militum f. implorare, die Soldaten um Schutz, Beistand anrufen; genibus alicujus advolutus, fußfällig; praeceps ira, heftiger Z.; spatium animo dare, seinem Gemüthe Zeit (zur Austobung) gönnen; justius, mit mehr Billigkeit; sed etc., allein seine Ohren waren verschlossen, indem sie der Zorn übertäubte.

Itaque impotens animi percurrit in regiae vestibulum, et vigili excubanti hasta ablata constitit in aditu, quo necesse erat iis, qui simul coenaverant, egredi. Abierant ceteri. Clitus ultimus sine lumine exibat. Quem rex, *quisnam esset?* interrogat. Eminebat etiam in voce sceleris, quod parabat, atrocitas. Et ille jam non suae, sed regis irae memor, *Clitum esse, et de convivio exire* respondit. Haec dicentis latus hasta transfixit: morientisque sanguine aspersus, *I nunc*, inquit, *ad Philippum, et Parmenionem, et Attalum.* [12])

II. Male humanis ingeniis natura consuluit, quod plerumque non futura, sed transacta perpendimus. Quippe rex, postquam ira mente decesserat, etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris sera aestimatione perspexit. Videbat tunc immodica libertate abusum, sed alioqui egregium bello virum, et nisi erubesceret fateri, servatorem sui, occisum. Detestabile carnificis ministerium occupaverat rex; verborum licentiam, quae vino poterat imputari, nefanda caede ultus. Manabat toto vestibulo cruor paullo ante convivae: vigiles attoniti et stupentibus similes procul stabant, liberioremque poenitentiam solitudo exciebat. Ergo hastam ex corpore jacentis evulsam retorsit in semet: jamque admoverat pectori, cum advolant vigiles, et repugnanti e manibus extorquent, allevatumque in tabernaculum deferunt. [1]) Ille humi prostraverat corpus, gemitu

---

[12]) Animi impotens, seiner nicht mächtig, ganz außer sich; regiae vestibulum, der Eingang des Hauptquartiers; vigil excubans, Wache; eminebat etc., die grausame That, welche der König beabsichtigte, verrieth sich sogar durch den Ton seiner Stimme; haec dicentis: dum haec dicebat, ejus latus etc.

Inh. Alexander bereut zu spät seine grausame That; seine Züge gegen die abtrünnigen Bactrianer und den Sysimithres. Philipps, eines jungen tapfern Offiziers, und des großen Feldherrn Erygius Tod.

[1]) Ingenium, Geist; male consuluit. — Hier ist nicht sowohl die Natur, sondern die Menschen selbst sind anzuklagen, wenn sie bloß den sinnlichen Begierden folgen, und die Forderungen der Vernunft hintansetzen; postquam — discussa, sobald der Zorn sein Gemüth (ihn) verlassen, und auch die Trunkenheit sich gelegt hatte; facinus, böse That, abscheuliches Verbrechen; sera aestimatione: sera consideratione; immodica libertate abuti, die übermäßige F. mißbrauchen, d. i. sich zu viel Freiheit herausnehmen; servatorem sui, s. Lebensretter; occisum, sc. a se esse; detestabile etc., der König hatte dem Henker in seinem abscheulichen Dienste vorgegriffen; verborum licentia, Frechheit im Reden; cruor, sc. ejus; convivae: qui conviva fuerat; liberiorem poenitentiam excire, eine tief fühlendere Reue

ejulatuque miserabili tota personante regia. Laniare deinde os unguibus, et circumstantes rogare, *ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur.* In has preces tota nox exacta est. Scrutantemque, *num ira Deorum ad tantum nefas actus esset?* subit *anniversarium sacrificium Libero Patri non esse redditum statuto tempore. Itaque inter vinum et epulas caede commissa, iram Dei fuisse manifestam.* Ceterum magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos videbat attonitos: neminem cum ipso sociare sermonem postea ausurum. [2]) Vivendum esse in solitudine velut ferae bestiae, terrenti alias, alias timenti. Prima deinde luce *tabernaculo corpus*, sicut adhuc cruentum erat, jussit *inferri.* Quo posito ante ipsum, lacrimis obortis, *hanc,* inquit, *nutrici meae gratiam retuli, cujus duo filii apud Miletum pro mea gloria occubuere mortem: hic frater unicum orbitatis solatium a me inter epulas occisus est. Quo nunc se conferet misera? Omnibus ejus unus supersum, quem solum aequis oculis videre non poterit. Et ego servatorum meorum latro, revertar in patriam, ut ne dextram quidem nutrici sine memoria calamitatis ejus offerre possim?* [3]) Et cum finis lacrimis querelisque non fieret, jussu amicorum corpus ablatum est. Rex triduum jacuit inclusus. Quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum

---

erwecken; liberioremque — exciebat: solitudo regiae opportuniorem poenitendi locum ei dabat. Ed. cum notis Var.; in semet retorquere, gegen sich kehren; pectori admovere, an die Brust setzen; advolo, herbeieilen; repugno, sich sträuben.

[2]) Corpus humi prosternere, sich auf die Erde werfen; gemitu etc., und das ganze Hauptquartier ertönte von seinem erbärmlichen Winseln und Wehklagen; os: faciem; in st. inter; nox exacta, And.: *extracta est,* die N. verstrich; scrutantemque etc., und als er nachdachte, ob ihn die Götter aus Zorn diese abscheuliche That haben begehen lassen, so fiel ihm ein rc.; anniversarium s. reddere, das jährliche Opfer bringen; caedem admittere v. committere, einen Mord begehen, verüben; sermonem sociare, ein Gespräch unterhalten.

[3]) Vivendum, sc. sibi; terrenti: quae terret alias bestias etc.; lacrimae ei oboriuntur, die Thränen treten ihm in die Augen; apud Miletum. S. Freinshemius B. 2. 7. 10. ff.; mortem occumbere, den Tod finden, das Leben aufopfern; orbitas, Kinderlosigkeit, b) kinderlose Mutter; se conferre, sich begeben, wenden; non aequis oculis, mit keinem guten Auge; videre: adspicere; servatorem meorum: unum Clitum intelligit; latro: interfector; sine memoria calamitatis, ohne ihr den schmerzlichen Verlust in Erinnerung zu bringen.

esse cognoverunt, universi in tabernaculum irrumpunt, diuque precibus ipsorum reluctatum aegre vicerunt, ut cibum caperet. Quoque minus caedis puderet, *jure interfectum Clitum* Macedones decernunt, sepultura quoque prohibituri, ni rex humari jussisset. Igitur decem diebus maxime ad confirmandum pudorem apud Maracanda consumtis, cum parte exercitus Hephaestionem in regionem Bactrianam misit, commeatus in hiemem paraturum. Quam Clito autem destinaverat provinciam, Amyntae dedit; ipse Xenippa pervenit. [4]) Scythiae confinis est regio, habitaturque pluribus ac frequentibus vicis, quia ubertas terrae non indigenas modo detinet, sed etiam advenas invitat. Bactrianorum exsulum, qui ab Alexandro defecerant, receptaculum fuerat. Sed postquam regem adventare compertum est; pulsi ab incolis II millia fere et ducenti congregantur. Omnes equites erant, etiam in pace latrociniis assueti. Tum ferocia ingenia non bellum modo, sed etiam veniae desperatio, efferaverat. Itaque ex improviso adorti Amyntam praetorem Alexandri, diu anceps proelium fecerant. Ad ultimum DCC suorum amissis, quorum CCC hostis cepit, dedere terga victoribus; haud sane inulti, quippe LXXX Macedonum interfecerunt, praeterque eos CCC et L saucii facti sunt. [5]) Veniam tamen etiam post alteram defectionem impetraverunt. His in fidem acceptis, in regionem, quam Naura appellant, rex cum toto exercitu venit. Satrapes erat Sysimithres, duobus ex sua matre filiis genitis: quippe apud eos parentibus stupro coire cum liberis fas est. II millibus armatis popularibus fauces regionis, qua in arctissimum cogitur, valido munimento sepserant. Prae-

[4]) Rei finem facere, einer S. ein Ende machen; obstinatum esse ad moriendum, fest entschlossen seyn zu sterben; precibus alicujus reluctari, sich Sem. Bitten hartnäckig widersetzen; aegre aliquem vincere, Sem. mit Mühe dahin bringen; quoque: et ut eo; puderet, sc. regem; sepultura aliquem prohibere, Sem. das Begräbniß, die Beerdigung versagen; pudorem confirmare, seine Scham dauerhaft machen — in den Augen des Heeres. Große gibt es: sich von der Beschämung erholen. Koken erklärt es: ad magis magisque persuadendum militibus, pudere se facinoris. Xenippa. Diese Provinz ist ganz unbekannt; da der Name griechisch ist, so scheint sie ihn von den Macedoniern erhalten zu haben. Aus dem Zusammenhange erhellt, daß es ein Theil von Sogdiana war.

[5]) Habitaturque etc., und sie hat ziemlich viele und volkreiche Ortschaften; detineo, zurückhalten, b) gern darin bleiben; omnes equites, lauter Reiter; ferox ingenium, wildes Gemüth; venia, Gnade, Begnadigung; effero, wild machen, erbittern; anceps, zweifelhaft, unentschieden; terga dare: fugere.

terfluebat torrens amnis; a tergo petra claudebat: hanc manu perviam incolae fecerant. Sed aditus specus accipit lucem; interiora, nisi illato lumine, obscura sunt. Perpetuus cuniculus iter praebet in campos, ignotum nisi indigenis. [6]) At Alexander, quamquam angustias naturali situ munitas ac validas manu barbari tuebantur, tamen arietibus admotis munimenta, quae manu adjuncta erant, concussit, fundisque et sagittis propugnantium plerosque dejecit: quos ubi dispersos fugavit, ruinas munimentorum supergressus ad petram admovit exercitum. Ceterum interveniebat fluvius, coëuntibus aquis ex superiore fastigio in vallem; magnique operis videbatur tam vastam voraginem explere. *Caedi* tamen *arbores et saxa congeri* jussit. Ingensque barbaros pavor rudes ad talia opera concusserat, excitatam molem subito cernentes. [7]) Itaque rex ad deditionem metu posse compelli ratus, Oxarten misit nationis ejusdem, sed ditionis suae, qui suaderet duci, *ut traderet petram.* Interim ad augendam formidinem, et turres admovebantur, et excussa tormentis tela emicabant. Itaque verticem petrae omni alio praesidio damnato petiverunt. At Oxartes trepidum diffidentemque rebus suis Sysimithrem coepit hortari, *ut fidem, quam vim Macedonum, mallet experiri; neu moraretur festinationem victoris exercitus, in Indiam tendentis: cui quisquis semet offerret, in suum caput alienam cladem esse versurum.* Et ipse quidem Sysimithres deditionem annuebat: ceterum mater eademque conjux morituram se ante denuntians, quam in ullius veniret potestatem, barbari animum ad honestiora

---

[6]) In fidem accipere, in Schutz nehmen; quippe etc., denn bei den Bewohnern dieses Landes ist der Beischlaf der Eltern mit den Kindern erlaubt; fauces, enge Pässe; in arctissimum cogi, am engsten seyn; valido munimento sepere, stark verschanzen, mit einer starken Mauer umgeben; torrens, reißend; claudebat, sc. fauces regionis; petram manu perviam facere, einen Felsen durch Kunst wegsam machen, d. i. einen Weg durch einen Felsen hauen; aditus, Eingang; perpetuus cuniculus, fortlaufender Gang; praebet: aperit.

[7]) Manus, Mannschaft; tamen arietibus etc., so ließ er doch seine Sturmböcke gegen die dabei noch aufgeführten Mauern anrücken, stürzte sie ein etc.; dejecit: depulit; ad petram exercitum admovere, mit dem Heere vor den Felsen rücken; ceterum interveniebat etc., es war übrigens ein Fluß dazwischen (o. im Wege), indem die Gewässer von dem obersten Gipfel herunter im Thale zusammenflossen, und es schien viel Mühe zu kosten; ad talia opera rudem esse, dergleichen Werke nicht kennen, damit unbekannt seyn; excitata moles, errichteter Damm.

quam tutiora converterat: pudebatque, libertatis majus esse apud feminas, quam apud viros, pretium. 8) Itaque dimisso internuntio pacis, obsidionem ferre decreverat. Sed cum hostis vires suasque pensaret, rursus muliebris consilii, quod praeceps magis quam necessarium esse credebat, poenitere eum coepit. Revocatoque strenue Oxarte, *futurum se in regis potestate* respondit; unum precatus, *ne voluntatem et consilium matris suae proderet, quo facilius venia illi quoque impetraretur*. Praemissum igitur Oxartem cum matre liberisque et totius cognationis grege sequebatur, ne exspectato quidem fidei pignore, quod Oxartes promiserat. 9) Rex, equite praemisso, qui *reverti eos* juberet, *opperirique praesentiam ipsius*, supervenit; et victimis Minervae ac Victoriae caesis imperium Sysimithri restituit, spe *majoris etiam provinciae* facto, *si cum fide amicitiam ipsius coluisset.* Duos illi juvenes patre tradente, *secum militaturos sequi* jussit. Relicta deinde phalange ad subigendos, qui defecerant, cum equite processit. Arduum et impeditum saxis iter primo utcunque tolerabant. Mox equorum non ungulis modo attritis, sed corporibus etiam fatigatis, sequi plerique non poterant, et rarius subinde agmen fiebat, pudorem, ut fere fit, immodico labore vincente. Rex tamen, subinde equos mutans, sine intermissione fugientes insequebatur. 10) Nobiles juvenes comitari eum soliti defecerant praeter Philippum. Ly-

---

8) Sed suae ditionis, sc. fuit, der aber sein Unterthan war; turres admovere, die Belagerungsthürme anrücken lassen; emicabant: in petram perveniebant; itaque etc., sie zogen sich daher, weil sie nirgends mehr Sicherheit finden konnten, auf die Felsenspitze; victor exercitus, siegreiches Heer; tendentis: proficiscentis; se offerre, sich entgegen stellen; in suum caput etc., der werde das einem Andern zugedachte Unglück auf sein eigenes Haupt ziehen; alienam cladem: Indis, alienis hominibus inferendam; deditionem annuere, in die Uebergabe willigen; in alicujus potestatem venire, in Jem. Gewalt kommen; animum alicujus ad honestiora, quam tutiora, convertere, Jem. zu einem zwar ehrenvollen, aber unsichern Entschluße bringen.

9) Obsidionem ferre, die B. aushalten; penso, gegen einander abwägen; praeceps, übereilt, unbesonnen; futurum etc., er wolle sich dem Könige unterwerfen; voluntas, Gesinnung; illi st. ab illa; pignus fidei exspectare, das Pfand der Zusage abwarten.

10) Victimis — caesis, nachdem er der M. und der Siegesgöttinn geopfert hatte; imperium, Statthalterschaft; spem alicujus rei alicui facere, Jem. zu etwas Hoffnung machen; milito, Kriegsdienste thun, in's Feld ziehen; cum equite: cum equitatu; saxis impeditus, steinigt; adtritus, beschädiget; pudorem vincere, über das

simachi erat frater, tum primum adultus, et, quod facile apparerct, indolis rarae. Is pedes, incredibile dictu, per D stadia vectum regem comitatus est; saepe equum suum offerente Lysimacho, nec tamen ut digrederetur a rege effici potuit, cum lorica indutus arma gestaret. Idem, cum perventum esset in saltum, in quo se barbari abdiderant, nobilem edidit pugnam; regemque cominus cum hoste dimicantem protexit. [11]) Sed postquam barbari in fugam effusi deseruere silvas, animus, qui in ardore pugnae corpus sustentaverat, liquit; subitoque ex omnibus membris profuso sudore, arboris proximae stipiti se applicuit. Deinde ne illo quidem adminiculo sustinente, manibus regis exceptus est, inter quas collapsus exstinguitur. Moestum regem alius haud levis dolor excepit. Erigyius inter claros duces fuerat; quem exstinctum esse paullo antequam reverteretur in castra, cognovit. Utriusque funus omni apparatu atque honore celebratum est. [12])

III. Dahas deinde statuerat petere: ibi namque Spitamenem esse cognoverat. Sed hanc quoque expeditionem, ut pleraque alia, fortuna indulgendo ei nunquam fatigata, pro absente transegit. Spitamenes uxoris immodico amore flagrabat; quam aegre fugam, et nova subinde exilia tolerantem, in omne discrimen comitem trahebat. Illa malis fatigata identidem muliebres adhibere blanditias, *ut tandem fugam sisteret, victorisque Alexandri clementiam expertus, placaret, quem effugere non posset.* [1]) Tres ad-

---

Ehrgefühl siegen, — sie schämten sich nicht mehr, wenn sie auch zurückblieben.

[11]) Deficere, sc. viribus, der Müdigkeit unterliegen, nicht weiter fortkönnen; adolesco, heranwachsen, adultus, in die Jünglingsjahre getreten seyn; indoles, Talent; vectum, sc. equo; equum suum, sc. ei; nobilem pugnam edere, auf's Tapferste kämpfen.

[12]) In fugam effundi, schnell, über Hals und Kopf fliehen; ardor, Hitze; sustento, aufrecht erhalten; animus me linquit, der Muth verläßt mich; subito etc., es brach plötzlich an seinem ganzen Körper der Schweiß aus, und ꝛc.; applico, sich anlehnen; manibus alicujus excipi, von Jem. aufgefangen, in die Arme genommen werden; excipio, treffen; funus alicujus omni apparatu atque honore celebrare, Jem. Leichenbegängniß auf's Prächtigste und Ehrenvollste feiern.

Inh. Alexander läßt die Gemahlinn des Spithamenes, die ihm den Kopf ihres ermordeten Gemahls brachte, aus dem Lager schaffen, und zieht die Statthalter einiger Provinzen wegen verübter Gewaltthätigkeiten zur Strafe.

[1]) Esse: morari; sed hanc quoque etc., aber auch diesen Feld-

ulti erant liberi ex eo geniti: quos cum pectori patris admovisset, *ut saltem eorum misereri vellet*, orabat; et quo efficaciores essent preces, haud procul erat Alexander. Ille se prodi, non moneri ratus, et formae profecto fiducia cupere eam quamprimum dedi Alexandro, acinacem strinxit, percussurus uxorem, nisi prohibitus esset fratrum ejus occursu. Ceterum *abire e conspectu* jubet; addito metu *mortis, si se oculis ejus obtulisset:* et ad desiderium levandum noctes inter pellices agere coepit. [2]) Sed penitus haerens amor fastidio praesentium accensus est. Itaque rursus uni ei deditus, orare non destitit, *ut tali consilio abstineret, patereturque sortem, quamcunque eis fortuna fecisset. Sibi mortem deditione esse leviorem.* At illa purgare se, *quod quae utilia esse censebat, muliebriter forsitan, sed fida tamen mente, suasisset: de cetero futuram in viri potestate.* [3]) Spitamenes, simulato captus obsequio, de die *convivium apparari* jubet; vinoque et epulis gravis, semisomnus in cubiculum fertur. Quem ut alto et gravi somno sopitum

---

zug, wie das meiste Andere, beendigte in seiner Abwesenheit das in seiner Gunst gegen ihn nie ermüdende Glück; immodico amore alicujus flagrare, Sem. außerordentlich, leidenschaftlich lieben; quam — tolerantem: licet aegre fugam — toleraret; nova exsilia, beständiger Ortwechsel; nova exsilia: Spithamenes namque pluribus vicibus et incursiones in Bactrianam Sogdianamque fecit, et fugere coactus modo Massagetas, modo Chorasmios, modo Dahas adiit. Schmieder. In omne discrimen comitem trahere, zu jeder gefahrvollen Unternehmung als Begleiterinn mit sich schleppen, o. bei jeder Gefahr zu begleiten nöthigen; malis fatigata, dieses elenden Lebens müde; muliebres bl. adhibere, weibliche Liebkosungen anwenden; fugam sisteret: fugere desineret; clementia, Gnade; placaret, sc. eum; quem: quum eum.

[2]) Pectori admovere, an die Brust, um den Hals fallen lassen; haud — Alexander: dixit, Alexandrum haud procul esse; forma, Schönheit; dedi, sich ergeben; percussurus, sc. fuisset; occursus, das Begegnen, Aufstoßen, b) Dazwischenkunft; metum mortis addere, mit dem Tode drohen; oculis alicujus se offerre, Sem. unter das Gesicht, unter die Augen kommen; desiderium levare, die Sehnsucht nach ihr lindern.

[3]) Sed penitus etc., allein die tief eingewurzelte Liebe wurde wegen des Ekels an den Gegenwärtigen neuerdings entflammt; consilio abstinere, den Vorschlag, Rath aufgeben, fahren lassen; eis: ipsis; facio, bereiten; muliebriter, nach Art der Weiber, — nämlich nicht nach der gehörigen Umsicht; fida mente, aus treuem Herzen, in guter Absicht; de cetero etc., im Uebrigen wollte sie ihm ganz unterwürfig seyn.

esse sensit uxor, gladium, quem veste occultaverat, stringit, caputque ejus, abscissum, cruore respersa, servo suo conscio facinoris tradit. Eodem comitante, sicut erat cruenta veste, in Macedonum castra pervenit, nuntiarique Alexandro jubet, *esse, quae ex ipsa deberet cognoscere.* Ille *protinus barbaram* jussit *admitti.* [4]) Quam ut adspersam cruore conspexit, ratus ad deplorandam contumeliam venisse, *dicere quae vellet*, jubet. At illa *servum*, quem stare in vestibulo jusserat, *introduci* desideravit. Qui quia caput Spitamenis veste tectum habebat, suspectus scrutantibus, quid occuleret, ostendit. Confuderat oris exsanguis notas pallor, nec quis esset, nosci satis poterat. Ergo rex certior factus *humanum caput afferre eum*, tabernaculo excessit, percontatusque *quid rei sit?* illo profitente cognoscit. [5]) Variae hinc cogitationes invicem animum diversa agitantem commoverant. Meritum ingens in semet esse credebat, quod transfuga et proditor, tantis rebus, si vixisset, injecturus moram, interfectus esset: contra facinus ingens aversabatur, cum optime meritum de ipsa, communium parentem liberorum, per insidias interemisset. Vicit tamen gratiam meriti, sceleris atrocitas, denuntiarique jussit, ut *excederet castris; neu licentiae barbarae exemplar in Graecorum mores, et mitia ingenia transferret.* Dahae, Spitamenis caede comperta, Dataphernem defectionis ejus participem, vinctum Alexandro seque dedunt. [6]) Ille, maxima praesentium curarum parte liberatus, convertit animum ad vindicandas injurias eorum, quibus a praetoribus suis avare ac superbe imperabatur. Ergo Phratapherni Hyrcaniam et Mardos cum Tapu-

---

[4]) Simulato obsequio captus, von der verstellten Willfährigkeit eingenommen; de die, noch bei Tage, — man speiste sonst zur Nachtzeit; alto et gravi somno sopitum esse, in einen tiefen Schlaf versunken seyn, fest schlafen; eodem comitante, in dessen Begleitung; esse, quae etc., sie habe ihm persönlich etwas zu eröffnen.

[5]) Contumeliam, i. e. illatam vim deplorare, sich wegen einer erlittenen Mißhandlung beklagen; confuderat — pallor, die Todtenbläße hatte seine Gesichtszüge unkenntlich gemacht; illo p. cognoscit, und auf sein Geständniß erfuhr er es.

[6]) Variae huic etc., verschiedene Gedanken durchkreuzten dann seinen Geist; tantis rebus moram injicere, seine so großen Unternehmungen, Entwürfe verzögern; per insidias, hinterlistig, meuchelmörderisch; vicit tamen etc., die Grausamkeit des Verbrechens siegte jedoch (endlich) über das Verdienst der geleisteten Gefälligkeit; licentia, Zügellosigkeit; mite ingenium, sanftes Gemüth; Dataphernem. Dieser hatte mit dem Spithamenes den Bessus verrathen, und dann die Flucht ergriffen.

ris tradidit, mandavitque, ut Phradatem, cui succedebat, ad se in custodiam mitteret. Arsani Drancarum praefecto substitutus est Stasanor. Arsaces in Mediam missus, ut Oxydates inde discederet. Babylonia, mortuo Mazaeo, Deditameni subjecta est. 7)

IV. His compositis tertio mense ex hibernis movit exercitum, regionem, quae *Gabaza* appellatur, aditurus. Primus dies quietum iter praebuit: proximus ei nondum quidem procellosus et tristis, obscurior tamen pristino, non sine minis crescentis mali praeteriit. Tertio ab omni parte coeli emicare fulgura, et nunc internitente luce, nunc condita, non oculos modo meantis exercitus, sed etiam animos, terrere coeperunt. Erat prope continuus coeli fragor, et passim cadentium fulminum species visebatur. Attonitisque auribus stupens agmen, nec progredi, nec consistere audebat. 1) Tum repente imber grandinem incutiens torrentis modo effunditur. Ac primo quidem armis suis tecti exceperant, sed jam nec retinere arma lubricae et rigentes manus poterant; nec ipsi destinare, in quam regionem obverterent corpora, cum undique tempestatis violentia major, quam vitabatur, occurreret. Ergo ordinibus solutis per totum saltum errabundum agmen ferebatur; multique prius metu, quam labore, defatigati, prostraverant humi corpora, quamquam imbrem vis frigoris concreto gelu adstrinxerat.2) Alii se stipitibus arborum admoverant.

---

7) Animum aliquo convertere, seine Aufmerksamkeit wohin wenden; injurias vindicare, die Gewaltthätigkeiten, Bedrückungen bestrafen; discedo, weggehen, ablösen.

Inh. Alexanders Heer leidet auf dem Zuge nach Gabaza außerordentlich durch die Kälte. Des Königs Standhaftigkeit und Leutseligkeit gegen den gemeinen Mann. Seine Vermählung mit Roxane.

1) Gabaza, ist ganz unbekannt; tristis, unangenehm, unfreundlich; pristino: priore; non sine minis c. mali, nicht ohne Drohen, daß das Uebel noch ärger werde; tertio etc., am dritten Tage leuchtete der Blitz am ganzen Himmel, und das mit der Dunkelheit abwechselnde Licht der Blitze blendete nicht nur die Augen, sondern schreckte auch die Gemüther des marschirenden Heeres. Es donnerte beinahe fortwährend, und man sah hier und da die herabfallenden Blitzstrahlen; attonitisque — agmen, das betäubte staunende Heer.

2) Tum repente etc., endlich ergoß sich (stürzte herab) ein mit Hagel vermischter Platzregen gleich einem Gießbache; arma, Schilde; corpora obverterent: se converterent; cum undique etc., da überall ein noch stürmischeres Wetter, als man vermied, ihnen entgegen kam. Das Heer irrte also nach aufgelösten Reihen und Gliedern im ganzen Walde umher; corpus humi prosternere, sich auf die Erde hin-

id plurimis et adminiculum et suffugium erat. Nec fallebat ipsos morti locum eligere, cum immobiles vitalis calor linqueret: sed grata erat pigritia corporum fatigatis; nec recusabant exstingui quiescendo. Quippe non vehemens modo, sed etiam pertinax vis mali insistebat; lucemque, naturale solatium, praeter tempestatem, haud disparem nocti, silvarum quoque umbra suppresserat. Rex unus tanti mali patiens, circumire milites, contrahere dispersos, allevare prostratos, ostendere procul evolutum ex tuguriis fumum, hortarique *ut proxima quaeque suffugia occuparent.* [3]) Nec ulla res magis saluti fuit, quam quod multiplicato labore sufficientem malis, quibus ipsi cesserant, regem deserere erubescebant. Ceterum efficacior in adversis necessitas, quam ratio, frigoris remedium invenit. Dolabris enim silvas sternere aggressi, passim acervos struesque accenderunt. Continenti incendio ardere crederes saltum, et vix inter flammas agminibus relictum locum. Hic calor stupentia membra commovit, paullatimque spiritus, quem continuerat rigor, meare libere coepit. [4]) Excepere alios tecta barbarorum, quae in ultimo saltu abdita necessitas investigaverat: alios castra, quae in humido quidem, sed jam coeli mitescente saevitia, locaverunt. Mille militum atque lixarum calonumque pestis illa consumsit. Memoriae proditum est, quosdam applicatos arborum truncis, et non solum viventibus, sed et inter se colloquentibus similes, esse conspectos; durante adhuc habitu, in quo mors quemque deprehenderat. [5]) Forte

---

werfen; quamquam etc., obgleich der Regen wegen der heftigen Kälte zu dickem Eis gefroren war.

[3]) Se admovere, sich anlehnen; nec fallebat ipsos: sciebant ipsi; immobiles, in dieser unbeweglichen Stellung; vitalis c., Lebenswärme; linqueret: relinqueret; pigritia, Trägheit, Unbeweglichkeit; quiescendo: quiescentes; pertinax, anhaltend; vis mali: tempestas; insisto, zusetzen; haud dispar, gleich; supprimo, hemmen; evolutus fumus, der aufsteigende Rauch; proxima quaeque suffugia occupare, sich der ersten besten Zufluchtsörter bemächtigen, d. i. sich in die ersten besten (Hütten) retten.

[4]) Saluti fuit, sc. exercitui; quam quod etc., resolve: quam quod erubescebant regem deserere, qui multiplicato labore malis sufficiebat (sich dem Ungemache unterzog); in adversis, sc. rebus; cedo, unterliegen; struesque, sc. lignorum caesorum; stupens, erstarrend; saltus continenti incendio ardet, der ganze Wald steht im Feuer; spiritus, Athem; contineo, zurückhalten, verhindern.

[5]) Excipio, aufnehmen, b) Unterkommen finden, auch, sich wohin begeben; tecta: tuguria; sed — saevitia, aber doch schon bei gelin-

Macedo gregarius miles seque et arma sustentans, tandem in castra pervenerat. Quo viso rex, quamquam ipse tunc maxime admoto igne refovebat artus, ex sella sua exsiluit, torpentemque militem, et vix compotem mentis, demtis armis *in sua sede* jussit *considere*. Ille diu nec ubi requiesceret, nec a quo esset exceptus, agnovit. Tandem recepto calore vitali, ut regiam sedem regemque vidit, territus surgit. [6]) Quem intuens Alexander, *ecquid intelligis, miles*, inquit, *quanto meliore sorte, quam Persae, sub rege vivatis? Illis enim in sella regis consedisse capitale foret; tibi saluti fuit.* Postero die convocatis amicis copiarumque ducibus, pronuntiari jussit, *ipsum omnia, quae amissa essent, redditurum.* Et promisso fides exstitit. Nam Sysimithres multa jumenta, et camelorum duo millia adduxit, pecoraque et armenta: quae distributa pariter militem et damno et fame liberaverunt. Rex, *gratiam sibi relatam a Sysimithre* praefatus, *sex dierum cocta cibaria ferre milites* jussit, Sacas petens. [7]) Totam hanc regionem depopulatus, XXX millia pecorum ex praeda Sysimithri dono dat. Inde pervenit in regionem, cui *Cohortanus* satrapes nobilis praeerat, qui se regis potestati fideique permisit. Ille imperio ei reddito, haud amplius, quam *ut duo ex tribus filiis secum militarent*, exegit. Satrapes etiam eum, qui penes ipsum relinquebatur, tradit. Barbara opulentia convivium, quo regem accipiebat, instruxerat. [8]) Id cum mul-

---

derm Wetter; pestis, Pest, b) Sturm, Ungewitter, Kälte, — pestis bedeutet trop. im moralischen und physischen Sinne alles Ueble; consumo, dahin raffen; memoriae prod. est: narratur; applicor, sich anlehnen; durante adhuc habitu, und zwar noch in derselben Stellung; deprehendo, überraschen, ereilen.

[6]) Sustento, sich aufrecht halten, fortschleppen; quamquam ipse etc., obgleich er selbst damals ganz nahe am Feuer seine Glieder wärmte; demo, wegnehmen, abnehmen.

[7]) Ecquid st. num; quanto — vivatis, um wie viel besser ihr unter eurem Könige lebt, als die Perser; illis st. apud illos; capitale (sc. crimen), Andere: *capital*; redditurum (ersetzen), sc. militibus; et promisso f. exsistit, und er hielt in Wahrheit Wort; pecora, Schafvieh; damno liberare, hier: den Verlust ersetzen, — weil der Soldat einen Theil verkaufen konnte; gratiam referre, sich dankbar bezeigen, — Alexander hatte ihn als Rebellen begnadiget; praefatus: publice confessus est; ferre, sc. secum, mitnehmen.

[8]) Alicujus fidei se permittere, sich Jem. Schutze unterwerfen; imperium, Statthalterschaft; penes ipsum: ipsi; convivium b. opulentia instruere, ein Gastmahl mit barbarischer Pracht bereiten lassen; aliquem convivio accipere, excipere, Jem. bewirthen.

ta comitate celebraret, *introduci XXX nobiles virgines* jussit. Inter quas erat filia ipsius *Roxane* nomine, eximia corporis specie et decore habitus in barbaris raro. Quae quamquam inter electas processerat, omnium tamen oculos convertit in se; maxime regis, minus jam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunae, contra quam non satis cauta mortalitas est. [9]) Itaque ille, qui uxorem Darii, qui duas filias virgines, quibus forma praeter Roxanem comparari nulla poterat, haud alio animo, quam parentis, adspexerat, tunc in amorem virgunculae, si regiae stirpi comparetur, ignobilis, ita effusus est, ut diceret, *ad stabiliendum regnum pertinere, Persas et Macedones connubio jungi: hoc uno modo et pudorem victis, et superbiam victoribus detrahi posse. Achillem quoque, a quo genus ipse duceret, cum captiva coisse: ne inferri nefas arbitrarentur, ita matrimonii jure velle jungi.* Insperato gaudio laetus pater sermonem ejus excepit: et rex medio cupiditatis ardore jussit *afferri* patrio more *panem.* [10]) Hoc erat apud Macedones sanctissimum coëuntium pignus; quem divisum gladio uterque libabat. Credo eos, qui gentis mores condiderunt, parco et parabili victu ostendere voluisse jungentibus opes, quantulo contenti esse deberent. Hoc modo rex Asiae et Europae introductam inter convivales ludos matrimonio sibi adjunxit, e captiva geniturus, qui victoribus imperaret. Pudebat amicos, super vinum et epulas socerum ex deditis esse electum: sed post Cliti caedem libertate sublata, vultu, qui maxime servit, assentiebantur. [11])

---

[9]) Multa comitate celebrare, mit vieler Artigkeit feiern, d. i. den Gästen sehr höflich, artig dabei begegnen; eximia — raro, von einer außerordentlichen schönen Gestalt, und seltenem Anstande unter den Barbaren; cupiditatibus suis imperare, s. Begierden, Leidenschaften beherrschen; obsequia fortunae, Gunstbezeigungen des Glückes; mortalitas: mortales.

[10]) Forma, Schönheit; haud — adspicere, nicht anders, als mit den Augen eines Vaters anblicken, — nämlich, ohne etwas Unmoralisches dabei zu denken; in amorem alicujus effundi, sich in Eine ungemein verlieben; ignobilis (von geringer Herkunft), construe: quae, si r. st. compararetur, ignobilis erat; pertinere: necessarium esse; connubio jungi, sich unter einander verheirathen; detraho, benehmen; deduco, herleiten; inferri, sc. ei, virgunculae; matrimonii jure jungi, sich rechtmäßig verehelichen; insperato gaudio laetus, über diese unverhoffte Freude entzückt; sermonem excipere, die Rede, das Gespräch gern hören, d. i. den Antrag annehmen; medio cupiditatis ardore, in der Hitze seiner Leidenschaft.

[11]) Coëuntium, bei Vermählungen; credo etc., ich glaube, daß

V. Ceterum Indiam, et inde Oceanum petiturus, ne quid a tergo, quod destinata impedire posset, moveretur, *ex omnibus provinciis XXX millia juniorum legi* jussit, *et ad se armata perduci*; obsides simul habiturus, et milites. Craterum autem ad persequendos Haustanem et Catenem, qui ab ipso defecerant, misit: quorum Haustanes captus est; Catenes in proelio occisus. Polypercon quoque regionem, quae *Bubacene* appellatur, in ditionem redegit. Itaque omnibus compositis cogitationes in bellum Indicum vertit. [1]) Dives regio habebatur non auro modo, sed gemmis quoque margaritisque, ad luxum magis quam ad magnificentiam exculta. *Clypei militares auro et ebore fulgere* dicebantur: itaque, necubi vinceretur, cum ceteris praestaret, scutis argenteas laminas, equis frenos aureos addidit, loricas quoque alias auro, alias argento adornavit. CXX millia armatorum erant, quae regem ad id bellum sequebantur. Jamque omnibus praeparatis, quod olim prava mente conceperat, tunc esse maturum ratus, *quonam modo coelestes honores usurparet*, coepit agitare. *Jovis filium* non dici tantum se, sed etiam credi volebat, tanquam perinde animis imperare posset, ac linguis: itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. [2]) Non deerat

---

Diejenigen, welche diese Volksgebräuche einführten, durch dieses geringe und leicht anzuschaffende Nahrungsmittel Denen, die ihre Güter durch die Verehelichung vereinigten, zeigen wollten, mit wie Wenigem sie sich begnügen sollten; inter convivales ludos, unter den Scherzen, während der Ergötzlichkeiten bei der Tafel; e captiva geniturus, um mit der Gefangenen einen Prinzen zu zeugen; vinum, das Weintrinken; libertas, Freimüthigkeit; servio, zu Diensten stehen; vultu assentiri, durch die Miene beistimmen, Beifall geben.

Inh. Alexander rüstet sich zum Kriege gegen die Indier; er verlangt göttliche Verehrung, welches Callisthenes in einer sehr nachdrücklichen Rede tadelt.

[1]) Ne quid a tergo moveretur, damit man nicht im Rücken Unruhen anfinge; lego, ausheben; Bubacene, ist unbekannt; cogitationes in aliquid vertere, die Gedanken auf etwas richten.

[2]) Ad luxum — exculta, welches Alles man mehr zu einer verschwenderischen, als geschmackvollen Pracht verarbeitete; militares: militum; necubi: ne alicubi. Das ali fällt nach ne immer weg; cum ceteris praestaret, da er in andern Stücken den Vorzug hatte; addo, hinzugeben, b) belegen, überziehen lassen. Diejenigen, welche dergleichen Schilde führten, hießen Argyraspides; equis frenos aureos addere, den Pferden goldene Zäume anlegen lassen; adorno, schmücken, auslegen; CXX millia, mit Inbegriff der Barbaren; olim: jam dudum; aliquid prava mente concipere, etwas Unrechtes,

talia concupiscenti perniciosa adulatio, perpetuum malum regum, quorum opes saepius assentatio, quam hostis evertit. Nec Macedonum haec erat culpa, nemo enim illorum quidquam ex patrio more labare sustinuit; sed Graecorum, qui professionem honestarum artium malis corruperant moribus. Agis quidam Argivus, pessimorum carminum post Choerilum conditor, et ex Sicilia Cleo: hic quidem non ingenii solum, sed etiam nationis vitio adulator; et cetera urbium suarum purgamenta, quae propinquis etiam maximorumque exercituum ducibus a rege praeferebantur. [3]) Hi tum coelum illi aperiebant, *Herculemque et Patrem Liberum, et cum Polluce Castorem novo numini cessuros es*[se] jactabant. Igitur festo die *omni opulentia convivium exornari* jubet; cui non Macedones modo et Graeci principes amicorum, sed etiam nobiles adhiberentur. Cum quibus quum discubuisset rex, paullisper epulatus convivio egreditur. Cleo, sicut praeparaverat, sermonem *cum admiratione laudum ejus instituit. Merita* deinde percensuit, *quibus uno modo referri gratia posset, si quem intelligerent Deum esse, confiterentur, exigua thuris impensa tanta beneficia pensaturi.* [4]) *Persas quidem non pie solum, sed*

---

Verkehrtes o. Gottloses im Sinne führen; esse maturum ratus, Andere: *esse ratum*; coelestes h. usurpare, sich eine göttl. Verehrung anmaßen, sich göttlich verehren lassen; agitare, sc. animo; credo, dafür halten; perinde, ac, eben so, wie; animis, über die Gedanken; itaque M. etc., daher sollten ihn die Macedonier nach persischer Sitte, auf die Erde niedergeworfen, verehren; salutare, sc. voluit, jussit.

[3]) Concupiscenti: ei, Alexandro, qui talia concupiscebat; opes evertere, die Macht über den Haufen werfen, den Thron erschüttern; nemo — sustinuit, denn Niemand von ihnen ließ etwas an der vaterländischen Sitte ändern; labo, eigentlich wanken, zu Grunde gehen lassen; professio h. artium, ihr Bekennen zu den schönen Künsten, d. i. ihre wissenschaftliche Bildung; corrumpo, verderben, vernichten, b) entehren; hic — adulator, bei dem die Schmeichelei nicht bloß ein Naturfehler, sondern auch ein Nationallaster war.

[4]) Coelum, Olymp; cedo, weichen, nachstehen; jacto, öffentlich sagen; omni o. conv. exornare, ein prächtiges Gastmahl bereiten; nobiles, sc. Persae; sicut praeparaverat, Andere: *sicut praeparatus erat*, Andere: *sicut praeparatum erat*; sicut praeparaverat (veranstalten), sc. ipse et Alexander; Cleo — sermonem etc., Cleo fing unter Bewunderung seiner Thaten ein Gespräch an; si etc., wenn sie nämlich jenen, den sie für einen Gott ansähen, auch dafür öffentlich anerkännten, indem sie auf diese Art seine so großen Verdienste mit ein wenig Weihrauch vergelten würden.

*etiam prudenter, reges suos inter Deos colere; majestatem enim imperii salutis esse tutelam. Nec Herculem quidem et Patrem Liberum prius dicatos Deos, quam vicissent secum viventium invidiam. Tantundem quoque posteros credere, quantum praesens aetas spopondisset. Quod si ceteri dubitent, semetipsum, cum rex inisset convivium, prostraturum humi corpus. Debere idem facere ceteros, et inprimis sapientia praeditos. Ab illis enim cultus in regem esse prodendum exemplum.* [6]) Haud perplexe in Callisthenem dirigebatur oratio. Gravitas viri et promta libertas invisa erat regi, quasi solus Macedonas paratos ad tale obsequium moraretur. Is tum silentio facto, unum illum intuentibus ceteris, Si *rex*, inquid, *sermoni tuo affuisset, nullius profecto vox responsuri tibi desideraretur: ipse enim peteret, ne in peregrinos ritus degenerare se cogeres, neu rebus felicissime gestis invidiam tali adulatione contraheres. Sed quoniam abest, ego tibi pro illo respondeo: Nullum esse eundem et diuturnum et praecocem fructum; coelestesque honores non dare te regi, sed auferre. Intervallo enim opus est, ut credatur Deus, semperque hanc gratiam magnis viris posteri reddunt.* [6]) *Ego autem seram immortalitatem precor regi, ut vita diuturna sit, et aeterna majestas. Hominem consequitur aliquando, nunquam comitatur, divinitas. Herculem modo et Patrem Liberum consecratae immortalitatis exempla referebas Credisne illos unius convivii decreto Deos factos? Prius ab oculis mortalium amolita natura est, quam in coelum fama perveheret. Scilicet ego et tu, Cleo, Deos facimus! a nobis divinitatis suae auctoritatem accepturus est rex! potentiam tuam experiri libet. Fac aliquem regem, si Deum potes fa-*

---

[6]) Pie, pflichtmäßig, aus ehrfurchtsvoller Ergebenheit; inter Deos colere, göttlich verehren; majestatem etc., denn die Majestät des Throns sey die Stütze (Schutz) der allgemeinen Wohlfahrt; Deos dicari, zu Göttern geweihet, d. i. unter die Götter gezählt werden; secum viventium: aequalium; invidiam vincere, über den Neid erhaben seyn; aetas, Zeitalter; spondeo, versichern; dubito, Anstand nehmen; convivium inire, wieder zur Tafel kommen; cultus, Verehrung; exemplum prodere, ein Beispiel geben.

[6]) Haud perplexe, nicht undeutlich, offenbar; gravitas, Strenge, Ernsthaftigkeit; nullius — desideraretur, so würde man fürwahr von Keinem unter uns eine Beantwortung erwarten; neu: neve; rebus f. gestis invidiam contrahere, seine mit so viel Glück verrichteten Thaten verhaßt machen; nullum etc., keine zu früh reife Frucht daure lang; coelestes h. dare, göttl. Ehre ertheilen; intervallum, Zwischenzeit; gratiam reddere, Dank zollen.

*cere: facilius est imperium dare, quam coelum.* [7]) *Dii propitii sine invidia, quae Cleo dixit, audierint, eodemque cursu, quo fluxere res, ire patiantur. Nostris moribus velint nos esse contentos. Non pudet patriae, nec desidero, ad quem modum rex mihi colendus sit, a victis discere. Quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges, quis vivamus, accipimus.* Aequis auribus Callisthenes veluti vindex publicae libertatis audiebatur. Expresserat non assensionem modo, sed etiam vocem, seniorum praecipue, quibus gravis erat inveterati moris externa mutatio. [8]) Nec quidquam eorum, quae invicem jactata erant, rex ignorabat, cum post aulaeam, quae lectos obduxerat, staret. Igitur ad Agin et Cleonem misit, *ut sermone finito barbaros tantum, cum intrasset, procumbere suo more paterentur:* et paullo post, quasi potiora quaedam egisset, convivium repetit. [9]) Quem venerantibus Persis, Polypercon, qui cubabat super regem, unum ex iis mento contingentem humum per ludibrium coepit hortari, *ut vehementius id quateret ad terram;* elicuitque iram Alexandri, quam olim animo capere non poterat. Itaque rex, *Tu autem,* inquit, *non veneraberis me? An tibi uni digni videmur esse ludibrio?* Ille, *nec regem ludibrio, nec se contemtu dignum esse,* respondit. Tum detractum eum lecto rex praecipitat in terram. Et cum is pronus corruisset: *Videsne,* inquit, *idem te fecisse, quod in alio paullo ante*

---

[7]) Hominem etc., dem Menschen folgt die Göttlichkeit dereinst nach, sie begleitet ihn aber nie in diesem Leben; exempla consecratae immortalitatis referre, B. von vergötterten Menschen anführen; decretum, Beschluß, Ausspruch; amolior, entfernen, entziehen; in coelum provehere, in Olymp, unter die Götter erheben; fama: gloria eorum; experiri libet, versuche doch einmal deine Macht, laß einmal deine Macht sehen.

[8]) Propitius, geneigt, gnädig; eodemque etc., mögen sie unsere Unternehmungen, wie bisher, von Statten gehen lassen; non, sc. me; ad quem modum: quomodo; a victis discere, Vulg. *discere*; quos etc., denn ich meines Theils müßte sie öffentlich für Sieger erklären; lex: mos; aequis auribus audire, gern, mit Vergnügen anhören; vindex, Retter; expresserat etc., er zwang ihnen nicht nur stillen, sondern auch lauten Beifall ab, vornemlich den Aelteren, denen die Vertauschung einer uralten Sitte mit einer ausländischen lästig war.

[9]) Quae invicem jacta erant: quae utrimque dicta fuerant; post — obduxerat: pone tapetum, quod circum lectos coenatorios praetensum erat; potiora agere, etwas Wichtigeres verrichten; convivium repetere, wieder zur Tafel kommen.

*ridebas?* Et *tradi eo in custodiam* jusso, convivium solvit. Polyperconti quidem postea castigato diu ignovit. [10])

VI. In Callisthenem olim contumaciae suspectum pervicacioris irae fuit. Cujus explendae matura obvenit occasio. Mos erat, ut supra dictum est, principibus Macedonum, adultos liberos regibus tradere, ad munia haud multum servilibus ministeriis abhorrentia. Excubabant servatis noctium vicibus proximi foribus aedis, in qua rex adquiescebat. Per hos pellices introducebantur alio aditu, quam quem armati obsidebant. Iidem acceptos ab agasonibus equos, cum rex ascensurus esset, admovebant; comitabanturque et venantem, et in proeliis: omnibus artibus studiorum liberalium exculti. [1]) Praecipuus honor habebatur, quod licebat sedentibus vesci cum rege. Castigandi verberibus eos nullius potestas praeter ipsum erat. Haec cohors velut seminarium ducum praefectorumque apud Macedonas fuit. Hinc habuere posteri reges, quorum stirpi post multas aetates Romani opes ademerunt. Igitur Hermolaus puer nobilis ex regia cohorte, cum aprum telo occupasset, quem rex ferire destinaverat, jussu ejus verberibus affectus est. Quam ignominiam aegre ferens, deflere apud Sostratum coepit. Ex eadem cohorte erat Sostratus, amore ejus ardens. Qui cum laceratum corpus, in quo deperibat, intueretur, forsitan olim ob aliam quoque causam regi infestus; juvenem sua sponte jam motum, data fide acceptaque perpulit, ut occidendi regem consilium secum iniret. [2]) Nec puerili impetu

---

[10]) Per ludibrium, spottweise; vehementius ad terram quatere, stärker auf den Boden stoßen; iram alicujus elicere, Jem. Zorn reizen; olim: jam dudum; iram animo capere, den Zorn beherrschen; pronus, vorwärts hin, auf das Angesicht; aliquid ridere, über etwas lachen; diu castigato, nach einem langen Verhaft.

Inh. Der Edelknabe Hermolaus verschwört sich wegen einer Beschimpfung wider den König, welche Verschwörung entdeckt, und Callisthenes unschuldiger Weise mit als Urheber angegeben wird.

[1]) Contumaciae suspectus, wegen Starrsinn verdächtig; pervicacioris irae in aliquem esse, gegen Jem. länger den Zorn hegen; iram explere, den Zorn auslassen; matura obvenit occasio: opportuna se obtulit occasio; ut supra, B. V. K. 1.; munia, Geschäfte, Dienste; abhorreo, verschieden seyn; servatis noctium vicibus, wechselweise bei der Nacht; armati, Leibwache; agaso, Pferdknecht; admoveo, vorführen; studia liberalia, schöne Wissenschaften.

[2]) Habebatur, sc. iis; honorem alicui habere, Jem. Ehre erweisen; sedentibus, sitzen. Die Edelknaben und Frauenzimmer saßen bei Tische, die Uebrigen lagen; castigandi etc., außer dem Könige kam Niemanden das Recht zu, sie mit Schlägen züchtigen zu lassen; prae-

rem exsecuti sunt: quippe solerter legerunt, quos in societatem sceleris adsciscerent. Nicostratum, Antipatrum Asclepiodorumque, et Philotam placuit assumi. Per hos adjecti sunt Anticles, Elaptonius, et Epimenes. Ceterum agendae rei haud sane facilis patebat via. Opus erat eadem omnes conjuratos nocte excubare, ne ab expertibus consilii impedirentur; forte autem alius alia nocte excubabat. Itaque in permutandis stationum vicibus, ceteroque apparatu exsequendae rei, triginta et duo dies absumti sunt. [3]) Aderat nox, qua conjurati excubare debebant, mutua fide laeti, cujus documentum tot dies fuerant. Neminem metus spesve mutaverat: tanta omnibus vel in regem ira, vel fides inter ipsos fuit. Stabant igitur ad fores aedis ejus, in qua rex vescebatur, ut convivio egressum in cubiculum deducerent. Sed fortuna ipsius, simulque epulantium comitas provexit omnes ad largius vinum; ludi etiam convivales extraxere tempus: nunc laetis conjuratis, *quod sopitum agressuri essent*; nunc sollicitis, *ne in lucem convivium extraheretur*. [4]) Quippe alios in stationem oportebat prima luce succedere; ipsorum post VII dies reditura vice. Nec sperare poterant, in illud tempus omnibus duraturam fidem. Ceterum cum jam lux appeteret, et convivium solvitur, et conjurati exceperunt regem, laeti occasionem exsequendi sceleris admotam; cum mulier attonitae, ut creditum est, mentis, con-

---

fectus, Offizier; hinc: ex horum numero; aetas, Menschenalter. Alexander starb 323 J. vor Chr. Geburt; nach ihm theilten sich seine Feldherren in das Reich. Alle diese neuen Reiche wurden in der Folge größtentheils von den Römern unterjocht; aprum telo occupare, vor dem Könige auf das wilde Schwein schießen; ferio, erlegen; verberibus afficere, prügeln, peitschen; amore alicujus ardere, Jem. heftig lieben; depereo, sterblich verliebt seyn; motus: iratus; data fide acceptaque, nach wechselseitig gegebenem Worte.

[3]) Puerili impetu rem exsequi, mit jugendlicher Hitze dabei zu Werke gehen; solerter, mit Klugheit; in societatem sceleris aliquem adsciscere v. adsumere, Jem. in den Bund eines ruchlosen Vorhabens aufnehmen, ziehen; adjicio, beigesellen; rem agere, das Vorhaben ausführen; opus erat, sc. si res agenda esset; forte autem etc., zufällig hatte aber jede Nacht ein Anderer die Wache, und so verstrichen bei der Abwechslung der Wachtposten und den übrigen Anstalten zur Ausführung des Vorhabens 32 Tage.

[4]) Omnibus, st. apud omnes; egressum: si egressus esset; comitas, Munterkeit, Fröhlichkeit; ad largius vinum provehere, zu einem stärkern Genuße des Weines verleiten; tempus extrahere, die Zeit in die Länge ziehen; convivium in lucem extrahere, das Gastmahl bis an den hellen Tag verzögern, hinausziehen.

versari in regia solita, quia instinctu videbatur futura praedicere, non occurrit modo abeunti, sed etiam semet objecit; vultuque et oculis motum praeferens animi, *ut rediret in convivium* monuit: et ille per ludum, *bene Deos suadere*, respondit; revocatisque amicis in horam diei ferme secundam convivii tempus extraxit. [5]) Jam alii ex cohorte in stationem successerant, ante cubiculi fores excubituri; adhuc tamen conjurati stabant vice officii sui expleta: adeo pertinax spes est, quam humanae mentes, quam ingentes concupiscentiae devoverunt. Rex benignius quam alias allocutus, *discedere eos ad curanda corpora, quoniam tota nocte perstitissent*, jubet. Data sunt singulis quinquaginta sestertia, collaudatisque, *quod etiam aliis tradita vice, tamen excubare perseverassent*. Illi tanta spe destituti, domos abeunt. [6]) Et ceteri quidem exspectabant stationis suae noctem: Epimenes, sive comitate regis, qua ipsum inter conjuratos exceperat, repente mutatus; sive quia coeptis Deos obstare credebat; fratri suo Eurylocho, quem antea expertem esse consilii voluerat, quid pararetur, aperit. Omnibus Philotae supplicium in oculis erat. Itaque protinus injicit fratri manum, et in regiam pervenit; excitatisque custodibus corporis, *ad salutem regis pertinere, quae afferret*, affirmat. Et tempus, quo venerant, et vultus haud sane securi animi index, et moestitia e duobus alterius, Ptolemaeum ac Leonnatum excubantes ad cubiculi limen excitaverunt. [7]) Itaque apertis foribus, et

---

[5]) In stationem succedere, ablösen; ipsorum — vice, da sie eben in sieben Tagen die Reihe wieder traf; lux appetit, der Tag bricht an; solvo, aufheben; occasio admota, nahe Zeit, naher Zeitpunkt; mulier attonitae mentis, ein närrisches, wahnsinniges Weib. — Dieses Weib diente anfangs zum Gelächter; da aber dann fast Alles von ihren Weissagungen wahr zu seyn schien, hatte sie zum (abergläubigen) Könige bei Tag und Nacht freien Zutritt. Conversari, sich aufhalten; instinctu, sc. divino; occurro, entgegen kommen; se objicere, sich in den Weg stellen; motum animi praeferre, den Geist ihrer Eingebung merken lassen, verrathen; per ludum, scherzweise; in horam secundam: post solis ortum.

[6]) Ex cohorte, sc. puerorum nobilium; vice etc., obgleich ihre Dienstzeit schon vorüber war; adeo pertinax etc., so hartnäckig ist die Hoffnung, womit sich der menschliche Geist und die ungeheuren Begierden schmeichelten, — diese Stelle ist ganz corrupt; st. quam humanae, lesen And.: *humanae*; mentes, And.: *mentis*; devoverunt, And.: *devorarunt*; vicem tradere, den Wachposten übergeben; tanta spe destitui, einer so großen H. beraubt werden.

[7]) Stationis suae, wo sie wieder die Wache traf; mutor, sich, seine Gesinnungen ändern; coeptis obstare, dem Vorhaben entgegen

lumine illato, sopitum mero ac somno excitant regem. Ille paullatim mente collecta, *quid afferrent,* interrogat. Nec cunctatus Eurylochus, *non ex toto domum suam aversari Deos* dixit, *quia frater ipsius quamquam impium facinus ausus foret, tamen et poenitentiam ejus ageret, et per se potissimum profiteretur indicium. In eam ipsam noctem, quae decederet, insidias comparatas fuisse: auctores scelesti consilii esse, quos minime crederet rex.* Tum Epimenes cuncta ordine, consciorumque nomina exponit. [8]) Callisthenem non ut participem facinoris nominatum esse constabat; sed *solitum puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque regem faciles aures praebere.* Quidam adjiciunt, *cum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenem: meminisse debere eos jam viros esse. Idque an ad consolandam patientiam verberum, an ad incitandum juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse.* Rex animi corporisque sopore discusso, cum tanti periculi, quod evaserat, imago oculis oberraret, Eurylochum L talentis et cujusdam Tyridatis opulenti bonis donat protinus, fratremque, antequam pro salute ejus precaretur, restituit. [9]) Sceleris autem auctores, interque eos Callisthenem, *vinctos asservari* jubet: quibus in regiam adductis, toto die et nocte proxima, mero ac vigiliis gravis, adquievit. Postero autem die frequens consilium adhibuit, cui patres propinquique eorum, de quibus agebatur, intererant, ne de sua quidem salute securi: quippe Macedonum more perire debebant, omnium devotis capi-

---

seyn; expertem: ignarum; aliquid parare, mit etwas umgehen, etwas im Sinne haben; in oculis esse, vor Augen schweben; manus alicui injicere, an Jem. Hand anlegen; salutem: caput, vitam; affero, hinterbringen; haud securi animi indicem esse, kein ruhiges Gemüth verrathen; excito, beunruhigen, auffallend seyn, — ist in dieser Bedeutung bei andern Scribenten nicht üblich.

[8]) Mero et somno sopitus, wein- und schlaftrunken; mentem colligere, sich ermuntern; non — Deos: non penitus familiae suae infensos esse Deos. Edd. cum n. Var.; poenitentiam alicujus agere, etwas bereuen; et per — indicium: ipse ultro conjurationis delatorem se offerret. Edd. cum n. Var.; in eam noctem etc., in der vorigen Nacht habe man ihm nachgestellt.

[9]) Faciles aures praebere, gern zuhören; debere, sc. regem; ad consolandam patientiam verberum, um sie wegen der erlittenen Streiche zu trösten; dolorem: iram; in ambiguo esse, zweifelhaft seyn; animi corporisque etc., jetzt verlor sich der Rausch und Schlaf gänzlich beim Könige; oculis oberrare, vor Augen schweben; fratrem restituere, den B. wieder geben, d. i. dem B. verzeihen.

tibus, qui sanguine contigissent eos. Rex *introduci conjuratos praeter Callisthenem* jussit: atque quae agitaverant, sine cunctatione confessi sunt. Increpantibus deinde universis eos; ipse rex, *quo suo merito tantum in semet cogitassent facinus?* interrogat. [10])

VII. Stupentibus ceteris, Hermolaus, *Nos vero*, inquit, *quoniam, quasi nescias, quaeris; occidendi te consilium inivimus, quia non ut ingenuis imperare coepisti, sed quasi in mancipia dominaris.* Primus ex omnibus pater ipsius Sopolis *parricidam etiam parentis sui* clamitans esse, consurgit; et ad os manu objecta, *scelere et malis insanientem, ultra* negat *audiendum*. Rex inhibito patre *dicere Hermolaum* jubet, *quae ex magistro didicisset Callisthene.* Et Hermolaus, *Utor*, inquit, *beneficio tuo, et dico, quae nostris malis didici.* [1]) *Quota pars Macedonum saevitiae tuae superest? quotusquisque non e vilissimo sanguine? Attalus, et Philotas, et Parmenio, et Lyncestes Alexander, et Clitus, quantum ad hostes pertinet, vivunt, stant in acie, te clypeis suis protegunt, et pro gloria tua, pro victoria vulnera accipiunt; quibus tu egregiam gratiam retulisti. Alius mensam tuam sanguine suo adspersit: alius ne simplici quidem morte defunctus est. Duces exercituum tuorum in equuleum impositi, Persis, quos vicerant, fuere spectaculo. Parmenio indicta causa trucidatus est, per quem Attalum occideras. Invicem enim miserorum uteris manibus ad expetenda supplicia: et quos paullo ante ministros caedis habuisti, subito ab aliis jubes*

---

[10]) Mero ac vigiliis gravis, vom Weine und Nachtwachen beschwert; adquiesco, fort schlafen; frequens consilium adhibere eine zahlreiche Rathsversammlung halten; agere, Gericht halten; omnium d. capitibus, indem alle Jene zum Tode bestimmt waren, die u. s. w.; sanguine aliquem contingere, Jem. Blutsverwandter seyn; eos: reos; quae agitaverant, ihr Vorhaben; quo suo etc., womit er es denn um sie verdient habe, daß sie ihm nach dem Leben gestrebt hätten.

Inh. Hermolaus heftige Rede gegen Alexanders grausamen Stolz, und für des Callisthenes Unschuld.

[1]) Inivimus, sc. ea de causa; ingenuus, von freien Eltern geboren, freigeboren; dominari in aliquem, über Jem. herrschen; Sopolis: dux equitum, ex Amphipoli conscriptorum; etiam parentis sui, — weil die nächsten Anverwandten mit dem Schuldigen auch das Leben verloren, — ein barbarisches Gesetz; manum ad os alicujus adjicere, Jem. den Mund zuhalten; scelere etc., und sagte, einen Menschen, der aus Bosheit und wegen seiner bösen Thaten rasete, müsse man nicht weiter anhören; quae n. m. didici, was ich zu unserm Unglücke erfahren habe.

*trucidari.* [2]) Obstrepunt subinde cuncti Hermolao. Pater supremum strinxerat ferrum, percussurus haud dubie, ni inhibitus esset a rege: quippe Hermolaum *dicere* jussit petiitque, *ut causas supplicii augentem patienter audirent.* Aegre ergo coërcitis, rursus Hermolaus: *quam liberaliter,* inquit, *pueris rudibus ad dicendum agere permittis! at Callisthenis vox carcere inclusa est, quia solus potest dicere. Cur enim non producitur, cum etiam confessi audiuntur? nempe quia liberam vocem innocentis audire metuis, ac ne vultum quidem pateris, Atqui nihil eum fecisse contendo.* [3]) *Sunt hic, qui mecum rem pulcherrimam cogitaverunt: nemo est, qui conscium fuisse nobis Callisthenem dicat; cum morti olim destinatus sit a justissimo et patientissimo rege. Haec ergo sunt Macedonum praemia, quorum ut supervacuo et sordido abuteris sanguine! At tibi XXX millia mulorum captivum aurum vehunt, cum milites nihil domum praeter gratuitas cicatrices relaturi sint. Quae tamen omnia tolerare potuimus, antequam nos barbaris dederes, et novo more victores sub jugum mitteres.* [4]) *Persarum te vestis et disciplina delectat: patrios mores exosus es. Persarum ergo,*

---

[2]) Quota pars: quot; non e vilissimo s.: ex nobilissimo sanguine; quantum ad hostes pertinet: quam diu cum solis hostibus res illis fuit, stabant etc. Edd. cum n. Var.; ne s. q. morte: ut Philotas antea in equuleum impositus; alius — defunctus est, der Andere mußte alle Qualen des Todes fühlen, ausstehen; indicta causa, unverhörter Sache; supplicium expetere, strafen, die Todesstrafe vollziehen; ministri caedis, Werkzeuge der Mordthat.

[3]) Alicui obstrepere, ein Geschrei gegen Jem. erheben; supremum: ad ultimum; percussurus, sc. eum fuisset; augentem: nempe oratione et maledictis; pueri, junge Leute; agere, sc. causam, sich vertheidigen; dicere: se defendere; liberaliter permittere, gütig, gnädig gestatten; libera vox, freimüthige Sprache; contendo, behaupten.

[4]) Rem cogitare, eine That vorhaben; rem pulcherrimam: caedem tyranni. Graeci enim deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Cic. pro Milone 29.; cum — rege: est aliqua aposiopesis. Supple: ideo non producitur, ne forte ejus innocentia palam fiat, et necari non possit; patiens, geduldig, langmüthig, nachsichtig; sordidus, schmuzzig, b) schlecht, unberühmt; cicatrices ingratuitae, unbelohnte Narben; dedo, preisgeben, — in Hinsicht der üppigen Lebensweise; et nova etc., und uns Sieger auf eine unerhörte Art zu Sklaven machtest; sub jugum mittere, eigentl. unter dem Querholze durchkriechen lassen. S. die röm. Alterthümer.

*non Macedonum, regem occidere voluimus; et te transfugam belli jure persequimur. Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere, venerarique te ut Deum: tu Philippum patrem aversaris, et si quis Deorum ante Jovem haberetur, fastidires etiam Jovem.* [5]) *Miraris, si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus? Quid speramus ex te, quibus aut insontibus moriendum est; aut, quod tristius morte est, in servitute vivendum? Tu quidem, si emendari potes, multum mihi debes. Ex me enim scire coepisti, quod ingenui homines ferre non possunt. De cetero parce, quorum orbam senectutem suppliciis ne oneraveris. Nos jube duci, ut quod ex tua morte petieramus, consequamur ex nostra.* Haec Hermolaus. [6])

VIII. At rex: *Quam falsa sint*, inquit, *quae iste tradita a magistro suo dixit, patientia mea ostendit. Confessum enim ultimum facinus, tamen ut vos quoque, non solum ipse, audiretis, expressi; non imprudens, cum permisissem huic latroni dicere, usurum eum rabie, qua compulsus est, ut me, quem parentis loco colere debet, vellet occidere. Nuper cum procacius se in venatione gessisset; more patrio, et ab antiquissimis Macedoniae regibus usurpato, eum castigari jussi. Hoc et oportet fieri, et ferunt a tutoribus pupilli, a maritis uxores, servis quoque pueros hujus aetatis verberare concedimus. Haec est saevitia in ipsum mea, quam impia caede voluit ulcisci.* [1]) *Nam in*

---

[5]) Vestis, Tracht; disciplina, Lebensweise; transfugam. Er nennt ihn so, weil er die persischen Sitten annahm; genua alicui ponere, die Kniee vor Jem. beugen; ante Jovem haberetur: Jove major putaretur.

[6]) Quibus: quum nobis; si emendari potes, wenn du noch einer Besserung fähig bist; multum mihi debes: mihi, qui tua tibi vitia libere exposui; scio, erfahren, lernen; parce, quorum: parce his, sc. parentibus nostris praesentibus; petimus, ne horum senectutem, per nostram mortem orbam, ipsorum quoque suppliciis oneraveris. Potest etiam legi, pro, parce: quorum: parentum. Uebers.: übrigens schone unserer Väter, und beschwere ihr kinderloses Alter nicht noch mit neuen Martern; duci, sc. ad supplicium; ut etc., damit wir durch unsern Tod erhalten, was wir durch den Deinigen gesucht haben.

Inh. Alexanders Beantwortung der vorhergehenden Rede. Die Verschworenen und der unschuldige Callisthenes werden hingerichtet.

[1]) Falsus, falsch, ungegründet; trado, vortragen, lehren; confessum — expressi: licet enim ultimum facinus jam confessus sit; tamen expressi, ut non solum (ego) ipse, sed vos quoque audiretis. Ultimum facinus, das größte, ärgste Verbrechen;

*ceteros, qui mihi permittunt uti ingenio meo, quam mitis sim, non ignoratis, et commemorare supervacuum est. Hermolao parricidarum supplicia non probari, cum eadem ipse meruit, minime hercule admiror. Nam cum Parmenionem et Philotam laudat, suae servit causae. Lyncesten vero Alexandrum bis insidiatum capiti meo a duobus indicibus liberavi: rursus convictum, per biennium tamen distuli; donec vos postularetis, ut tandem debito supplicio scelus lueret* [2]) *Attalum, antequam rex essem, hostem meo capiti fuisse meministis. Clitus utinam non coegisset me sibi irasci. Cujus temerariam linguam probra dicentem mihi et vobis diutius tuli, quam ille eadem me dicentem tulisset. Regum ducumque clementia, non in ipsorum modo, sed etiam in illorum, qui parent, ingeniis sita est. Obsequio mitigantur imperia: ubi vero reverentia excessit animis, et summa imis confundimus, vi opus est, ut vim repellamus.* [3]) *Sed quid ego mirer istum crudelitatem mihi objecisse, qui avaritiam exprobrare ausus sit? Nolo singulos vestrûm excitare, ne invisam liberalitatem meam faciam, si pudori vestro gravem fecero. Totum exercitum adspicite: qui paullo ante nihil praeter arma habebat, nunc*

---

exprimo, es wohin bringen; non imprudens: non ignorans; latro, Meuchelmörder; rabie, sc. eadem; deberet, Anb.: *debet*; castigari, sc. verberibus; uxores: ne tamen sine legitimis causis, neve flagitiis id fiat. Loquitur enim Curtius ex jure romano; servis: inprimis paedagogis.

[2]) Ingenio suo uti, nach seiner Natur, nach s. Neigung handeln; Hermolao, st. ab Hermolao; parricidarum supplicia, die Hinrichtung der Königsmörder; causa, Sache, — weil er sich dadurch selbst zu vertheidigen sucht; capiti alicujus insidiari, Jem. nach dem Leben streben; a duobus indicibus liberare, troß zweier Zeugen (Angeber) losprechen; convictum: cum convictus esset; distuli, sc. supplicium; debito suppl. scelus luere, wegen eines Verbrechens die verdiente Strafe leiden, verdientermaßen bestrafet werden.

[3]) Hostem — fuisse: insidiatum — esse; cujus temerarium etc., seine verwegene Reden, wodurch er mich und euch beschimpfte, ertrug ich gewiß länger, als er solches sich von mir würde gefallen haben lassen; illorum, qui parent, Unterthanen, — so umschreibt der Lat. gern unsere deutschen Hauptwörter; in alicujus ingenio situm esse, auf Jem. Gesinnung beruhen, auf Jem. Temperament, Gesinnung ankommen, o. davon abhängen; obs. imperia mitigantur, durch Gehorsam wird eine Regierung milder; excedo, verlassen weichen; summa imis confundere, das Oberste mit dem Untersten vermischen, o. das Oberste zu unterst kehren, hier: den Herrn spielen wollen, — nämlich die Unterthanen; vim repellere, die Gewalt vertreiben.

*argenteis cubat lectis; mensas auro onerant; greges servorum ducunt; spolia de hostibus sustinere non possunt. At enim Persae, quos vicimus, in magno honore sunt apud me!* [4] *Equidem moderationis meae certissimum indicium est, quod ne victis quidem superbe impero. Veni enim in Asiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem; sed ut illos quoque, quos bello subegissem, victoriae meae non poeniteret. Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinem fundunt, qui superbe habiti rebellassent. Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur: beneficiorum gratia sempiterna est.* [5] *Si habere Asiam, non transire volumus; cum his communicanda est nostra clementia: horum fides stabile et aeternum faciet imperium. Et sane plus habemus, quam capimus. Insatiabilis autem avaritiae est, adhuc implere velle, quod jam circumfluit. Verumtamen eorum mores in Macedonas transfundo! In multis enim gentibus esse video, quae non erubescamus imitari: nec aliter tantum imperium apte regi potest, quam ut quaedam et tradamus illis, et ab iisdem discamus. Illud paene dignum risu fuit, quod Hermolaus postulabat a me, ut aversarer Jovem, cujus oraculo agnoscor.* [6] *An etiam quid Dii respondeant, in mea potestate est? Obtulit nomen filii mihi: recipere ipsis rebus, quas agimus, haud alienum fuit. Utinam Indi quoque Deum esse me credant! Fama enim bella constant; et saepe etiam, quod falso creditum est, veri vi-*

---

[4]) Excito, aufrufen, auffordern, — um dieses zu widerlegen; si, (sc. eam) etc., wenn ich sie hiedurch eurem Schamgefühle lästig machen möchte, d. i. wenn ich hiedurch euer Schamgefühl belästigen sollte; argenteis lectis, steht wohl hier statt: lectis, argento caelatis, widrigenfalls es übertrieben wäre.

[5]) Equidem st. quidem; funditus evertere, gänzlich zu Grunde richten; habiti (tractati): si habiti essent; diuturnus, dauerhaft, von Dauer; in quam gladio inducimur: quam solis armis paramus. Edd. cum n. Var.; beneficiorum, sc. vero v. contra.

[6]) Si — volumus, wenn wir Asien behaupten, und nicht bloß durchziehen wollen; cum his, sc. victis; communico, an etwas Theil nehmen lassen; imperium, sc. nostrum; capio, fassen, — nämlich Reichthümer; implere, sc. id, anfüllen; circumfluo, überfließen, überlaufen, — diese Vergleichung ist von einem Gefäße entlehnt; transfundo, übertragen; in multis etc., denn ich sehe bei vielen Völkern Dinge, wobei ich mich nicht schäme, sie nachzuahmen; apte, zweckmäßig, füglich; trado, lehren; risu dignum, belachenswerth, lächerlich aversor, nicht für den Vater erkennen.

*cem obtinuit. An me luxuriae indulgentem putatis arma vestra auro argentoque adornasse? Adsuetis nihil vilius hac videre materia, volui ostendere. Macedonas invictos ceteris nec auro quidem vinci. Oculos ergo primum eorum sordida omnia et humilia spectantium capiam, et docebo, nos non auri aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venisse.* [7]) *Quam gloriam tu parricida intercipere voluisti, et Macedonas rege ademto devictis gentibus dedere. At nunc mones me, ut vestris parentibus parcam! Non oportebat quidem vos scire, quid de his statuissem, quo tristiores periretis, si qua vobis parentum memoria et cura est: sed olim istum morem occidendi cum scelestis insontes propinquos parentesque solvi; et profiteor, in eodem honore futuros omnes eos, in quo fuerunt. Nam tuum Callisthenem, cui uni vir videris, quia latro es, scio, cur produci velis: ut coram his probra, quae modo in me jecisti, modo audisti, illius quoque ore referantur.* [8]) *Quem si Macedo esset, tecum introduxissem, dignissimum te discipulo magistrum: nunc Olynthio non idem juris est.* Post haec consilium dimisit, *tradique damnatos hominibus, qui ex eadem cohorte erant,* jussit. Illi, ut fidem suam saevitia regi approbarent, excruciatos necaverunt. Callisthenes quoque tortus interiit: initi consilii in caput regis innoxius; sed haudquaquam aulae

---

7) In alicujus potestate esse, in Sem. Gewalt stehen; recipere — fuit, ihn anzunehmen, war für meine Unternehmungen vortheilhaft; fama enim etc., denn im Kriege beruhet Alles auf dem Rufe, — nämlich dem Ruhme, der sich von der Tapferkeit des Feldherrn und der Truppen verbreitet; veri vicem oblinere, die Stelle der Wahrheit behaupten; luxuriae indulgens, aus Hang zur Verschwendung; adsuetis (sc. Indis) etc., den Indiern, bei denen diese Metalle (Gold u. Silber) sehr gemein sind, wollte ich vielmehr dadurch zeigen, daß die Macedonier auch in diesem Stücke, wie in den Uebrigen, ihnen nicht nachstehen. Ich werde also gleich anfangs die Augen Derjenigen, die nur schmutzige (Waffen von Rost überzogen) und schlechte Dinge erwarten (spectantium, oft st. exspectantium) blenden; adsuetis — videre: Indis, qui auro et argento adeo abundant, ut hanc quasi vilissimam materiam ubique videant. Cupidus, aus Begierde.

8) Quam st. et hanc; intercipio, entziehen; ademto: erepto; dedo, preisgeben; quo tristiores etc., damit euer Tod desto trauriger (schmerzlicher) sey, wenn ihr ja noch an eure Eltern denkt, und für sie besorgt seyd; videris, sc. esse; probra ejicere, Schimpfreden ausstoßen; audisti, sc. ab isto Callisthene; probra ore illius referuntur, die Schimpfreden werden von ihm wiederholt.

et assentantium accommodatus ingenio. 9) Itaque nullius caedes majorem apud Graecos Alexandro excitavit invidiam, quod praeditum optimis moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam erat, cum interfecto Clito mori perseveraret, non tantum occiderit, sed etiam torserit indicta quidem causa. Quam crudelitatem sera poenitentia consecuta est. 10)

IX. Sed ne otium serendis rumoribus natum aleret, in Indiam movit; semper bello, quam post victoriam clarior. India tota ferme spectat Orientem, minus in latitudinem, quam recta regione spatiosa. Quae Austrum accipiunt, in altius terrae fastigium excedunt; plana sunt cetera, multisque inclitis amnibus Caucaso monte ortis placidum per campos iter praebent. Indus gelidior est, quam ceteri. Aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes. 1) Ganges amnis ab ortu eximius ad meridianam regionem decurrit, et magnorum montium juga recto alveo stringit. Inde eum objectae rupes inclinant ad Orientem. Utque Rubro mari accipitur, findens ripas, multas arbores cum magna soli parte exsorbet. Saxis quoque impeditus, crebro reverberatur. Ubi mollius solum reperit, stagnat, insulasque molitur. Acesines eum auget. Ganges decursurum in mare intercipit: magnoque motu amnis uterque colliditur. Quippe Ganges asperum os

---

9) Si M. esset. Callisthenes war ein Olynthier; mihi non idem juris est, ich habe nicht dieses Recht; saevitia, Grausamkeit; excruciatos necare, zu Tode martern; tortum interire, auf der Folter sterben; inili consilii in caput regis innoxium esse, an dem Anschlage auf das Leben des Königs keinen Theil haben; sed haudquaquam etc., allein er war für den Hof und dessen Schmeichler ganz und gar nicht geeignet (nicht geschaffen).

10) Alicui invidiam excitare, Jem. Haß zuziehen, verhaßt machen; praeditum: qui praeditus erat; ad vitam revocare, wieder zum Leben bringen; persevero, darauf beharren; indicta causa, unverhörter Sache, ohne sich verantworten zu können.

Inh. Beschreibung des Flußes Indus, des Ganges und Dyarbenes. Ausführliche Nachricht von Indien, dessen Einwohnern, der ausschweifenden Schwelgerei seiner Könige, und den Weisen dieses Landes.

1) Rumores serere, Gerüchte verbreiten, ausstreuen; natum: aptum; post victoriam, — weil er sich der Schwelgerei überließ; Orientem spectare, gegen Aufgang zu liegen; minus etc., und ist nicht so breit, als lang; quae etc., gegen Süden zu ist es gebirgig; der übrige Theil ist eben, und gewährt den vielen berühmten Flüßen, die am Berge Kaukasus entspringen, durch die Fluren einen sanften Lauf; Indus: aqua Indi; haud multum abhorrere, nicht sehr verschieden seyn, sich nicht sehr unterscheiden.

influenti objicit; nec repercussae aquae cedunt. [a]) Dyardenes minus celeber auditu est, quia per ultima Indiae currit: ceterum non crocodilos modo, uti Nilus, sed etiam delphines ignotasque aliis gentibus belluas alit. Erymanthus crebris flexibus subinde curvatus, ab accolis rigantibus carpitur. Ea causa est, cur tenues reliquias jam sine nomine in mare emittat. Multis praeter hos amnibus tota regio dividitur, sed ignobilibus, quia non adeo interfluunt. Ceterum quae propiora sunt mari, aquilones maxime deurunt: ii cohibiti jugis montium ad interiora non penetrant, ita alendis frugibus mitia. [3]) Sed adeo in illa plaga mundus statas temporum vices mutat, ut cum alia fervore solis exaestuant, Indiam nives obruant: rursusque ubi cetera rigent, illic intolerandus aestus exsistat. Nec cur, ulli se naturae causa ingessit. Mare certe, quo alluitur, ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythra rege inditum est nomen: propter quod ignari rubere aquas credunt. Terra lini ferax; inde plerisque sunt vestes. Libri arborum teneri, haud secus quam chartae literarum notas capiunt. [4]) Aves ad imitandum humanae vocis sonum doci-

---

[a]) Ab ortu, gleich vom Anfange, von der Quelle; eximius, beträchtlich, bedeutend; recto alveo stringere, mit gradem Flußbette berühren, d. i. in grader Linie vorbeifließen; objectus, aufstoßend, im Wege stehend; inclino, hinlenken; utque: et ubi; rubro mari, i. e. erythraeo mari, quod ultra Indiam orbem ambire videbatur; findens ripas: in plura ostia divisus; exsorbeo, verschlingen, wegspühlen; reverbero, zurückschlagen, zurückprallen; stagno, austreten; insulas moliri, J. bilden; intercipio, aufnehmen; magno m. collidi, mit großer Gewalt zusammenstoßen; quippe — objicit, denn der Ganges ist an demselben Orte (der Vereinigung) sehr reißend, und das zurückgetriebene Wasser (des Acesines) weicht nicht.

[3]) Minus c. auditu, nicht so berühmt; multis f. curvatus, der sich unter vielen Krümmungen hinwindet; rigantibus: qui campos eo irrigant; carpo, verringern, kleiner machen; ab accolis — carpitur: dividitur in plures alveos ab incolis, ut campos irrigent. Edd. cum n. Var.; ea causa est etc., dieses ist die Ursache, warum nur kleine namenlose Ueberreste davon in das Meer sich ergießen; divido, zertheilen, durchschneiden; non adeo interfluere, nicht so weit durchlaufen; deuro, versengen; ad interiora, bis in das Innere des Landes; ita a. f. mitia, daher ist es zur Hervorbringung der Früchte geeignet.

[4]) Statas — mutat: consuetas anni tempestates (Jahrszeiten) invertit; alia, sc. loca, Gegenden; fervore solis exaestuare, von der Sonnengluth erhitzt seyn. — Was Curtius hier von Indien sagt, ist durchaus falsch; rigeo, vor Kälte starren; nec cur etc., warum dieses geschieht, das hat noch Niemand ergründet; alluo,

les sunt. Animalia inusitata ceteris gentibus, nisi invecta. Eadem terra et rhinocerotas alit, non generat. Elephantorum major est vis, quam quos in Africa domitant; et viribus magnitudo respondet. Aurum flumina vehunt, quae leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt. Gemmas margaritasque mare litoribus infundit. Neque alia illis major opulentiae causa est; utique postquam vitiorum commercium vulgavere in exteras gentes: quippe aestimantur purgamenta aestuantis freti pretio, quod libido constituit. [5]) Ingenia hominum sicut ubique, apud illos locorum quoque situs format. Corpora usque pedes carbaso velant: soleis pedes, capita linteis vinciunt. Lapilli ex auribus pendent; brachia quoque et lacertos auro colunt, quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent. Capillum pectunt saepius, quam tondent. Mentum semper intonsum est: reliquam oris cutem ad speciem laevitatis exaequant. [6]) Regum tamen luxuria, quam ipsi magnificentiam appellant, supra omnium gentium vitia. Cum rex se in publico conspici patitur, thuribula argentea ministri ferunt, totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat; distincta sunt auro et purpura carbasa, quae indutus est: lecticam sequuntur armati corporisque custodes: inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus obstrepere docuerunt. [7]) Regia auratas columnas ha-

---

bespühlen; Erythras soll der Beherrscher jener Seegegenden gewesen seyn, dessen Grab man noch auf einer Insel an der Küste von Karmanien zu finden glaubte; liber, Baumrinde; haud secus etc., auf denen man eben so, wie auf Papier, schreiben kann.

[5]) Aves, — die Papageien; sonus, Ton; vis, Stärke; quae — ducunt: quae tranquillo et lento cursu segnes (langsam fließend) aquas volvunt; litoribus infundere, an's Gestade werfen; neque alia major: maxima; utique postquam etc., zumal, seitdem der Handel mit diesen Ueppigkeiten (vitiorum) auch bei andern Nationen ist bekannt geworden; denn der Auswurf des Meeres bei der Fluth wird nach dem Werthe angeschlagen, den der übermäßige Luxus (libido) bestimmt.

[6]) Ingenium, Naturell, Charakter; usque, sc. ad; carbasus, feine Leinwand, Batist, — vielleicht ist oben unter linum Baumwolle, und unter carbasus Cotton, feine indische Zitz, Musselin zu verstehen, die von jeher in Indien getragen wurden; solea, Pantoffel, Schuh, Sandale; colunt: ornant; eminent: excellunt; reliquam etc., die Haare der übrigen Gesichtshaut werden abgeschoren, damit sie immer glatt aussehe.

[7]) Vitia (Verschwendung), sc. est; se, Anb.: sane; recubo, liegen; carbasa, feine leinwandene Kleidung; distinctus, durchwirkt,

bet: totas eas vitis auro caelata percurrit, aviumque, quarum visu maxime gaudent, argenteae effigies opera distinguunt. Regia adeuntibus patet, cum capillum pectit atque ornat: tunc responsa legationibus, tunc jura popularibus reddit. Demtis soleis, odoribus illinuntur pedes. Venatus maximus labor est, inclusa vivario animalia inter vota cantusque pellicum figere. Binûm cubitorum sagittae sunt, quas emittunt majore nixu quam effectu. Quippe telum, cujus in levitate vis omnis est, inhabili pondere oneratur. Breviora itinera equo conficit: longior ubi expeditio est, elephanti vehunt currum; et tantarum belluarum corpora tota contegunt auro. [8]) Ac ne quid perditis moribus desit, lecticis aureis pellicum longus ordo sequitur: separatum a reginae ordine agmen est, aequatque luxuria. Feminae epulas parant. Ab iisdem vinum ministratur, cujus omnibus Indis largus est usus. Regem mero somnoque sopitum in cubiculum pellices referunt, patrio carmine noctium invocantes Deos. Quis credat inter haec vitia curam esse sapientiae? Unum agreste et horridum genus est, quos sapientes vocant. Apud hos occupare fati diem pulchrum; et *vivos se cremari* jubent, quibus aut segnis aetas, aut incommoda valetudo est: exspectatam mortem pro dedecore vitae habent. Nec ullus corporibus, quae senectus solvit, honos redditur: inquinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit. [9]) Illi,

---

durchwirkt; quae, gewöhnlicher quibus; ramis pendere, an den Zweigen hangen; ramis: sive arboribus, multa fronde praeditis, in plaustris quaternarum rotarum vectis. Clitarchus apud Strabon. B. 1. Quas etc., die man abgerichtet hat, den König bei seinen ernsthaften Geschäften durch ihren Gesang zu zerstreuen.

[8]) Totas — percurrit, um welche von Gold getriebene Weinreben sich winden; visu: adspectu; opera: columnas; distinguo, schmücken; adeuntibus, i. e. cuilibet; jura p. reddere, den Unterthanen Recht sprechen, Recht wiederfahren lassen; odoribus illinere, salben; vivarium, Thiergarten; figere, sc. telis, erlegen; binum, poet. st. binorum; inhabili p. oneratur: incommoda gravitate sua retardatur. Edd. cum n. Var.; expeditio, Zug.

[9]) Ordo: series; luxuria, sc. ordinem reginae; ministratur, sc. regi; m. et s. sopitus, wein- und schlaftrunken, o. vom Weine und Schlafe betäubt; curam s. esse, sich um die Weisheit bekümmern, die W. betreiben; sapientes: Brachmanas (h. z. T. Braminen), bei den Griechen Gymnosophistae genannt, weil sie nackend gingen. Curtius macht einen Unterschied zwischen Denen, die auf dem Lande leben, und Jenen, die in den Städten wohnen; fati diem occupare, der Zeit des Todes zuvorkommen, sich das Leben nehmen; pulchrum: gloriosum; quibus — habent: ii, quorum aetas pro-

qui in urbibus publicis moribus degunt, siderum motus scite spectare dicuntur, et futura praedicere. Nec quemquam admovere lethi diem credunt, cui exspectare interrito liceat. Deos putant, quidquid colere coeperunt: arbores maxime, quas violare capitale est. Menses in quinos denos descripserunt dies. Anni plena spatia servant. Lunae cursu notant tempora, non ut plerique, cum orbem sidus implevit; sed cum se curvare coepit in cornua. Et idcirco breviores habent menses, qui spatium eorum ad hunc lunae modum dirigunt. Multa et alia traduntur, quibus morari ordinem rerum, haud sane operae videbatur. [10])

X. Igitur Alexandro fines Indiae ingresso gentium suarum reguli occurrerunt, imperata facturi; *illum tertium Iove genitum ad ipsos pervenisse* memorantes: *Patrem Liberum atque Herculem fama cognitos esse; ipsum coram adesse cernique.* Rex benigne exceptos *sequi* jussit, iisdem itinerum ducibus usurus. Ceterum cum amplius nemo occurreret; Hephaestionem et Perdiccam cum copiarum parte praemisit ad subigendos, qui aversarentur imperium: jussitque *ad flumen Indum procedere, et navigia facere, quis in ul-*

---

vectior (zu weit vorgerückt) est, aut sanitas infirma, inhonestam vitam fore putant, si mortem naturalem opperiantur. Edd. cum n. Var.; nec ullus etc., und erzeigen den Leichnamen der Alters halber Verstorbenen nicht die letzte Ehre; sie glauben das Feuer zu verunreinigen, wenn es einen schon todten Körper verzehrt.

[10]) Publicus, allgemein, gewöhnlich; degunt: vivunt; scite spectare, mit Geschicklichkeit beobachten; nec quemquam etc., auch soll dort Niemand sich selbst den Tod anthun, den man unerschrocken erwarten könne; capitale, sc. crimen; descripserunt: diviserunt; anni p. sp. servant, die Jahre sind aber vollzählig, — den Unfrigen gleich; noto, bezeichnen, b) rechnen; plerique, sc. populi; quum — implevit, wenn der Mond seinen Kreislauf vollendet hat, d. i. wenn Vollmond ist; orbem: e plenilunio ad plenilunium; quum se curvare coepit in cornua, h. e. a novilunio ad plenilunium est primus mensis; a plenilunio ad novilunium secundus, et sic porro. Ordiuntur menses, quum luna incipit se curvare in cornua. Habebat igitur ex Curtii mente annus Indicus XXIV menses quindecim dierum. Revera autem non amplius quam XII menses, quorum singulos in binas partes dividebant. Sic Sinenses quoque mensem in duas partes dividere dicuntur. Schmieder. Ad hunc lunae modum: ad hanc lunae phasin, cum in cornua se curvare coepit; traduntur, sc. de Indis; ordo rerum, die O. der Geschichte, der Faden der Erzählung; morari, unterbrechen; operae, sc. pretium, der Mühe werth.

*teriora transportari posset exercitus.* [1]) Illi, quia plura flumina superanda erant, sic junxere naves, ut solutae plaustris vehi possent, rursusque conjungi. *Post se Cratero cum phalange jusso sequi*, equitatum ac levem armaturam eduxit; eosque, qui occurrerant, levi proelio in urbem proximam compulit. Jam supervenerat Craterus. Itaque ut principio terrorem incuteret genti nondum arma Macedonum expertae, praecipit *ne cui parceretur*, munimentis urbis, quam obsidebat, incensis. Ceterum dum obequitabat moenibus, sagitta ictus est. Cepit tamen oppidum, et omnibus incolis ejus trucidatis etiam in tecta saevitum est. Inde domita ignobili gente, ad Nysam urbem pervenit. Forte castris ante moenia ipsa in silvestri loco positis, nocturnum frigus vehementius quam alias horrore corpora affecit, opportunumque remedium ignis oblatum est. [2]) Caesis quippe silvis flammam excitaverunt: quae igni alita oppidanorum sepulcra comprehendit. Vetusta cedro facta erant, conceptumque ignem late fudere; donec omnia solo aequata sunt. Et ex urbe primum canum latratus, deinde etiam hominum fremitus auditus est. Tum et oppidani hostem, et Macedones ipsos ad urbem venisse cognoscunt. Jamque rex eduxerat copias, et moenia obsidebat, cum hostium, qui discrimen tentaverant, obruti telis sunt. Aliis ergo deditionem, aliis pugnam experiri placebat: quorum dubitatione comperta, *circumsideri tantum eos, et abstineri caedibus* jussit. [3]) Tandemque obsidionis malis fatigati dedidere se.

---

Inh. Alexander besiegt mit außerordentlichem Glücke, jedoch nicht ohne Blutvergießen, verschiedene Völker Indiens.

[1]) Fines ingredi, die Gränzen betreten; imperata facere, die Befehle vollziehen, sich unterwerfen; fama, Ruf; coram adesse, persönlich gegenwärtig seyn; itinerum duces, Wegweiser; imperium alicujus aversari, sich Jem. Herrschaft nicht unterwerfen wollen; in ulteriora, sc. litora.

[2]) Solvo, auseinander legen, nehmen; leve p., unbedeutendes Gefecht (Scharmützel); ico, treffen, verwunden; in tecta: in domos; Nysa, hier soll Bacchus erzogen worden seyn; ante m. ipsa, gerade vor der Mauer; nocturnum etc., überfiel sie zur Nachtzeit eine heftigere Kälte, als anderswo, gegen die man sich aber durch Feuer schützen konnte, — wörtlich: es bot sich das Feuer als ein dienliches Mittel dar.

[3]) Flammam excitare, Feuer anlegen; igni: lignis; ignem late fundere, das F. weit verbreiten; donec etc., bis Alles bis auf den Grund verbrannte; fremitus, Lärm, Getümmel; ipsos st. se; obsideo, einschließen, umzingeln; discrimen tentare, ein Treffen wagen, hier: einen Ausfall; telis obrui, heftig beschossen werden; dedi-

*A Libero Patre conditos se esse* dicebant; et vera haec origo erat. Sita est sub radicibus montis, quem *Meron* incolae appellant. Inde Graeci mentiendi traxere licentiam, *Jovis femine Liberum Patrem esse celatum.* Rex, situ montis cognito ex incolis, cum toto exercitu, praemissis commeatibus, verticem ejus ascendit. Multa hedera vitisque toto gignitur monte; multae perennes aquae manant. Pomorum quoque varii salubresque succi sunt, sua sponte fortuitorum seminum fruges humo nutriente. Lauri baccaeque et multa in illis rupibus agrestis est silva. [4]) Credo equidem, non divino instinctu, sed lascivia esse provectos, ut passim hederae ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore similes Bacchantibus vagarentur. Vocibus ergo tot millium, praesidem nemoris ejus Deum adorantium, juga montis collesque resonabant; cum orta licentia a paucis, ut fere fit, in omnes se repente vulgasset. Quippe velut in media pace, per herbas congestamque frondem prostraverant corpora. Et rex fortuitam licentiam non aversatus, large ad epulas omnibus praebitis, per decem dies Libero patri operatum habuit exercitum. [5]) Quis neget, eximiam quoque gloriam saepius fortunae, quam virtutis, esse beneficium? quippe ne epulantes quidem et sopitos mero aggredi ausus est hostis, haud secus Bacchantium ululantiumque fremitu perterritus, quam si proeliantium clamor esset auditus. Eadem felicitas ab Oceano revertentes temulentos comessantesque inter ora hostium texit. Hinc ad regionem, quae *Daedala* vocatur, perventum est. Dese-

---

tionem experiri, sich ergeben wollen; pugnam experiri, hier: sich vertheidigen wollen; dubitatio, Unschlüßigkeit; caedibus abstinere, sich alles Blutvergießens enthalten.

[4]) A Libero etc., sie schrieben ihren Ursprung vom Bacchus her, welches auch richtig war; Meron v. *μηρος*, femur; inde Graeci etc., daher haben die Griechen den Stoff zur Fabel entlehnt, als wäre Bacchus in Jupiters Schenkel verborgen gewesen; gigni, wachsen; perennis, nie versiegend; pomorum etc., es gibt auch da verschiedenes, gesundes, saftiges (schmackvolles) Obst, und die Erde nährt ohne Bearbeitung des Ackers die Früchte des von ungefähr dahin fallenden Samens; baccaeque (Oliven), sc. hic sunt; multa agrestis silva, vieles unfruchtbares Gehölz.

[5]) Instinctus, Antrieb; lascivia provehi, aus Muthwillen hingerissen werden; redimio, umwinden, bekränzen; praeses (sc. Bacchus), Schutzgott; se repente, And.: *sorpente*; per h. c. f. prosternere corpora, auf das Gras und zusammengehäufte Laub sich hinwerfen; licentiam, And.: *laetitiam*; non aversari, nicht ungern sehen, nicht unwillig seyn; operor, opfern, ein Fest feiern.

ruerant incolae sedes, et in avios silvestresque montes confugerant. Ergo Acadera transit, aeque vasta et destituta incolentium fuga. Itaque rationem belli necessitas mutavit. [6]) Divisis enim copiis, pluribus simul locis arma ostendit; oppressique, ubi non exspectaverant hostem, omni clade perdomiti sunt. Ptolemaeus plurimas urbes, Alexander maximas cepit: rursusque, quas distribuerat, copias junxit. Superato deinde Choaspe amne, Coenon in obsidione urbis opulentae, Beziram incolae vocant, reliquit. Ipse ad Mazagas venit. Nuper Assacano, cujus regnum fuerat, demortuo, regioni urbique praeerat mater ejus Cleophes. Triginta millia peditum tuebantur urbem, non situ solum, sed etiam opere munitam. [7]) Nam qua spectat orientem, cingitur amne torrenti, qui praeruptis utrimque ripis aditum ad urbem impedit. Ad occidentem, et a meridie velut de industria rupes praealtas admolita natura est, infra quas cavernae et voragines longa vetustate in altum cavatae jacent: quaque desinunt, fossa ingentis operis objecta est. XXXV stadia murus urbis complectitur, cujus inferiora saxo, superiora crudo latere sunt structa. Lateri vinculum lapides sunt, quos interposuere, ut duriori materiae fragilis incumberet, simulque terra humore diluta. Ne tamen universa considerent, impositae erant trabes validae, quibus injecta tabulata muros et tegebant, et pervios fecerant. [8]) Haec munimenta

---

[6]) Eximiam etc., daß auch ausgezeichneter Ruhm öfter mehr das Werk des Glückes, als der Tapferkeit sey; comessor, schmausen; inter ora hostium, im Angesichte des Feindes; sedes, Wohnungen; montes, Gebirge; Acadera, orum, eine Stadt in Indien; aeque vasta etc., welches ebenfalls öde, und wegen der Flucht der Einwohner verlassen war; ratio belli, Kriegsplan.

[7]) Opprimo, überfallen; ubi non, Vulg.: *et qui;* omni clade perdomare, gänzlich niederhauen; jungo, vereinigen, zusammenstoßen lassen; Mazagae, eine Stadt; opus, Kunst.

[8]) Torrens, reißend; ad o. et a meridie, gegen Abend und Mittag; admolita, sc. urbi, admolior, hinsetzen; longa v. in altum cavatae, welche durch die Länge der Zeit sehr tief geworden sind; quaque, sc. parte, und wo; fossa etc., ist die Stadt durch einen Graben von ungeheurer Arbeit gedeckt; objicio, eigentl. entgegen stellen; urbis, Vulg.: *urbem;* inferiora, das Untere, der untere Theil; crudus, roh, d. i. ungekocht, ungebrannt; lateri vinculum etc., den Ziegeln dienen die darunter angebrachten Steine zur stärkern Verbindung, damit auf der härtern Materie die gebrechliche ruhe, und damit nicht zugleich die Erde (d. i. die ungebrannten Ziegel) durch den Regen durchweiche, und endlich die ganze Mauer (universa, sc. materia) sinke, u. s. w., — ich folge bei dieser Stelle der Eintheilung des gelehrten

contemplantem Alexandrum, consiliique incertum, quia nec cavernas nisi aggere poterat implere, nec tormenta aliter muris admovere, quidam e muro sagitta percussit. Cum forte in suram incidit telum: cujus spiculo evulso, *admoveri equum* jussit; quo vectus ne obligato quidem vulnere, haud segnius destinata exsequebatur. Ceterum cum crus saucium penderet, et cruore siccato frigescens vulnus aggravaret dolorem, dixisse fertur: *se quidem Jovis filium dici, sed corporis aegri vitia sentire.* Non tamen ante se recepit in castra, quam cuncta prospexit, et quae fieri vellet, edixit. [9]) Ergo, sicut imperatum erat, alii extra urbem tecta demoliebantur, ingentemque vim materiae faciendo aggeri detrahebant: alii magnarum arborum stipites cumulis ac moles saxorum in cavernas dejiciebant. Jamque agger aequaverat summae fastigium terrae: itaque turres erigebantur, quae opera ingenti militum ardore intra nonum diem absoluta sunt. Ad ea visenda rex nondum obducta vulneri cicatrice processit; laudatisque militibus, *admoveri machinas* jussit: e quibus ingens vis telorum in propugnatores effusa est. Praecipue rudes talium operum terrebant mobiles turres, tantasque moles nulla ope quae cerneretur adductas, Deorum numine agi credebant. [10]) *Pila quoque*

---

Freinshemius, wodurch der Sinn klar wird; tabulatum, Bretterwerk, Bretter; pervius, gangbar.

[9]) Contemplantem: cum contemplaretur; consilii incertum esse, nicht wissen, was man thun soll, unentschlossen seyn; admoveo, anrücken lassen; in suram incidere, in die Wade dringen; admoveri: adduci; obligo, verbinden; haud etc., und fuhr nichts desto weniger in seinem Vorhaben fort; pendo, herabhängen; et cruore etc., und die erkaltende Wunde wegen des trocken gewordenen geronnenen Blutes den Schmerz vermehrte; vitia, Verletzung; prospicio, vor sich hinsehen, in Augenschein nehmen.

[10]) Tecta demoliri, die H. niederreißen; vim: multitudinem; materia, Schutt; detrahebant, sc. ex tectis; cumulis, i. e. cumulatim, vel, cum ramis; moles saxorum, ungeheure Steine; summae fastigium terrae aequare, mit der Oberfläche der Erde, dem Boden, gleich seyn; quae opera, und das ganze Werk; nondum etc., obgleich die Narbe der Wunde noch nicht zugeheilt war; rudis t. operum, unbekannt mit solchen Werken, Maschinen; turres m., Wandelthürme; tantasque etc., und sie glaubten, diese ungeheuren Maschinen, bei denen man die sie fortschiebenden Leute nicht sehen konnte, würden durch die Götter selbst in Bewegung gesetzt; tantasque — credebant: tam ingentes machinas ad urbem admotas nullius opera, qui ab ipsis videretur, putabant impelli divina potestate. Edd. cum n. Var.

*muralia*, *et excussas tormentis praegraves hastas* negabant *convenire mortalibus*. Itaque desperata urbis tutela concessere in arcem. Inde, quia nihil obsessis praeter deditionem placebat, legati ad regem descenderunt veniam petituri. Qua impetrata, regina cum magno nobilium feminarum grege aureis pateris vina libantium processit. Ipsa genibus regis parvo filio admoto, non veniam modo, sed etiam pristinae fortunae impetravit decus. Quippe appellata *regina* est; et credidere quidam, *plus formae, quam miserationi, datum*. Puero quoque certe postea ex ea utcunque genito, *Alexandro* fuit nomen. [11])

XI. Hinc Polypercon ad urbem Oram cum exercitu missus, inconditos oppidanos proelio vicit: intra munimenta compulsos secutus, urbem in ditionem redegit. Multa ignobilia oppida deserta a suis venere in regis potestatem. Quorum incolae armati petram *Aornon* nomine occupaverunt. Hanc *ab Hercule frustra obsessam esse, terraeque motu coactum absistere*, fama vulgaverat. Inopem consilii Alexandrum, quia undique praeceps et abrupta rupes erat, senior quidam peritus locorum cum duobus filiis adit, *si pretium operi esset, aditum se monstraturum esse* promittens. LXXX *talenta* constituit *daturum* Alexander; et altero ex juvenibus obside retento, ipsum ad exsequenda, quae obtulerat, dimisit. [1]) Leviter armatis dux datus est Mullinus, scri-

---

[11]) Pilum, i — pila muralia, Alles, womit man sich auf den Mauern gegen den Feind vertheidigt, Wurfspieße (welche aber größer waren, als die der Legionen), die die Belagerten von den Mauern auf die Belagerer abschleuderten. Da pilum auch ein Stämpfel heißt, so dürfte es hier statt aries stehen; und dafür scheinen die folgenden praegraves hastae zu sprechen. Negabant c. mortalibus, i. e. ajebant, hominum vires superare; urbis tutelam desperare, alle Hoffnung, die Stadt zu behaupten, aufgeben; inde etc. da sie auch da belagert wurden, und es für das Beste hielten, sich zu ergeben, so kamen von da Gesandte herab, um den König um Gnade zu bitten; vina libare, Wein opfern. — Man genoß etwas davon, und goß das Uebrige zu Ehren der Götter (hier des Alexander) auf die Erde. Sie hofften hierdurch eher Gnade zu erhalten. Aliquem genibus regis admovere, Jem. dem Könige zu Füßen fallen lassen, o. bei dem Könige einen Fußfall machen lassen; decus p. fortunae, den Glanz ihrer vorigen Würde; do, zu Gefallen thun, auch, zu verdanken haben; certe: saltem.

Inh. Aornus, eine auf einem unzugänglichen Felsen gelegene Festung wird erobert, nachdem sich die Belagerten daraus geflüchtet hatten.

[1]) Hinc, von da; inconditos: sine ordine pugnantes; se-

ba regis. Hos enim circumitu, qui fallerent hostem, in summum jugum placebat evadere. Petra non, ut pleraeque, modicis ac mollibus clivis in sublime fastigium crescit; sed in metae maxime modum erecta est, cujus ima spatiosiora sunt, altiora in arctius coëunt, summa in acutum cacumen exsurgunt. Radices ejus Indus amnis subit, praealtus utrimque asperis ripis: ab altera parte voragines eluviesque praeruptae sunt. Nec alia expugnandi patebat via, quam ut replerentur. Ad manum silva erat, quam rex *ita caedi* jussit, *ut nudi stipites jacerentur:* quippe rami fronde vestiti impedissent ferentes. [2]) Ipse primus truncam arborem jecit; clamorque exercitus, index alacritatis, secutus est, nullo detrectante munus, quod rex occupasset. Intra septimum diem cavernas expleverant, cum rex sagittarios et Agrianos jubet per ardua niti. Juvenesque promtissimos ex sua cohorte XXX delegit. Duces his dati sunt Charus et Alexander; quem rex *nominis*, *quod sibi cum eo commune esset,* admonuit. Ac primo, quia tam manifestum periculum erat, ipsum regem discrimen subire non placuit: sed ut signum tuba datum est, vir audaciae promtae conversus ad corporis custodes *sequi se* jubet, primusque invadit in rupem. [3])

---

quutus: persequutus; in deditionem redigere, unter die Botmäßigkeit bringen; a suis, sc. incolis; Aornon, griech. ἄορνον, von den Macedoniern wegen seiner Höhe so genannt; absistere, sc. obsidione, die Belagerung aufheben; fama vulgat, es verbreitet sich die Sage; consilii inopem esse, sich nicht zu rathen wissen; adit, sc. regem; si — esset, wofern man seine Dienste belohnen würde; constituit daturum: promisit, se ei daturum esse; exsequi, vollziehen, erfüllen.

[2]) Circumitus, Umweg; qui st. ut ii; And.: *a quo;* in s. jugum evadere, den höchsten Gipfel ersteigen; petra etc., dieser Fels erhebt sich nicht, wie Andere, mittelst kleiner und sanfter Hügel in die Höhe, sondern er steigt meistens pyramidenförmig empor; seine Grundfläche ist breiter, gegen die Höhe wird sie schmäler, und geht endlich in eine Spitze zu; subit: praeterfluit; praealtus etc., der hier an beiden Seiten sehr hohe Ufer, und an der einen Seite jähe Abgründe und tiefe Moräste hat; via, Mittel; ad manum, bei der Hand, in der Nähe; nudi stipites, bloße Stämme; jacerentur, sc. in voragines; ferentes, im Tragen.

[3]) Trunca arbor, ein Baum, Stamm ohne Aeste; index alacritatis, Kennzeichen des Eifers; munus detrectare, sich der Verrichtung entziehen, oder bloß, sich dessen weigern; quod: cum hoc; occupasset: primus fecisset; per ardua niti, den Felsen ersteigen; promtissimos: fortissimos; sua cohors, cohors nobilium puerorum, seine Leibcohorte; discrimen subire, sich der Gefahr

Nec deinde quisquam Macedonum substitit; relictisque stationibus sua sponte regem sequebantur. Multorum miserabilis fuit casus, quos ex praerupta rupe lapsos amnis praeterfluens hausit; triste spectaculum etiam non periclitantibus: cum vero alieno exitio, quid ipsis timendum foret, admonerentur; in metum misericordia versa, non exstinctos, sed semetipsos deflebant. Et jam eo perventum erat, unde sine pernicie nisi victores redire non possent, ingentia saxa in subeuntes provolventibus barbaris, qui perculsi instabili et lubrico gradu praecipites recidebant. [4]) Evaserant tamen Alexander et Charus, quos cum XXX delectis praemiserat rex, et jam pugnare cominus coeperant: sed cum superne tela barbari ingererent, saepius ipsi feriebantur, quam vulnerabant. Ergo Alexander, et nominis sui et promissi memor, dum acrius quam cautius dimicat, confossus undique obruitur. Quem ut Charus jacentem conspexit, ruere in hostem, omnium praeter ultionem immemor, coepit; multosque hasta, quosdam gladio interemit. Sed cum tot unum incesserent manus, super amici corpus procubuit exanimis. Haud secus, quam par erat, promtissimorum juvenum ceterorumque militum interitu commotus rex signum receptui dedit. [5]) Saluti fuit, quod sensim et intrepidi se receperunt; et barbari, hostem depulisse contenti, non institere cedentibus. Ceterum Alexander cum statuisset desistere incepto, (quippe nulla spes potiundae petrae offerebatur); tamen speciem ostendit in obsidione perseverantis. Nam *et itinera obsideri* jussit, *et turres admoveri*, *et fatigatis alios succedere*. Cujus pertinacia cognita, Indi per biduum quidem ac duas noctes, cum ostentatione non fiduciae modo, sed etiam victoriae, epulati sunt, tympana suo more pul-

---

aussetzen; vir promtae audaciae (dieser kühne Held): Alexander ipse.

[4]) Subsisto, stehen, zurückbleiben; statio, Posten; haurio, verschlingen; alieno: aliorum; exstincti, die Umgekommenen; semet ipsos: suam sortem; subeo, unten gehen; qui perculsi etc., und wenn sie getroffen wurden, stürzten sie bei ihrem ohne dieß unsichern und schlüpfrigen Tritte herab.

[5]) Superne tela ingerere, von oben herab schießen; vulnerabant, sc. hostes; acrius quam cautius, mit mehr Hitze als Behutsamkeit; undique confossum obrui, von allen Seiten durchbohrt zu Boden stürzen; omnium, praeter ultionem, immemor, dachte weiter auf nichts, als auf Rache; haud secus, quam par erat, billiger Maßen; interitu commotum esse, über den Verlust (Untergang) gerührt, bestürzt seyn; signum s. dare, zum Rückzuge blasen lassen.

santes. [6]) Tertia vero nocte tympanorum quidem strepitus desierat audiri; ceterum ex tota petra faces refulgebant, quas accenderant barbari, ut tutior esset ipsis fuga, obscura nocte per invia saxa cursuris. Rex, Balacro, qui specularetur, praemisso, cognoscit *petram fuga Indorum esse desertam.* Tum dato signo, ut universi conclamarent, incomposite fugientibus metum incussit. [7]) Multique, tanquam adesset hostis, per lubrica saxa, perque invias cotes praecipitati occiderunt: plures aliqua membrorum parte mulctati, ab integris deserti sunt. Rex locorum magis quam hostium victor, tamen magnae victoriae sacrificiis et cultu Diis satisfecit. Arae in petra locatae sunt Minervae Victoriaeque. Ducibus itineris, quos subire jusserat levit.r armatos, etsi promissis minora praestiterant, pretium cum fide redditum est. Petrae regionisque ei adjunctae Sisocosto tutela permissa. [8])

XII. Inde processit Ecbolima: et cum *angustias itineris obsideri XX millibus armatorum ab Eryce quodam* comperisset; gravius agmen exercitus Coeno ducendum modicis itineribus tradidit. Ipse praegressus cum funditore ac sagittario, deturbatis, qui obsederant saltum, sequentibus se copiis viam fecit. Indi, sive odio ducis, sive gratiam

---

[6]) Fuit, sc. iis; contenti, sc. erant; non institere cedentibus: et non persecuti sunt eos, qui se recipiebant; incepto desistere, sein Vorhaben aufgeben; offerri, sich darbieten, zeigen; tamen etc., so gab er sich doch den Anschein, o. so machte er doch Miene, die Belagerung fortzusetzen; pertinacia, Beharrlichkeit; cum — victoriae, zur prahlerischen Bezeigung ihres Vertrauens zu sich, u. ihres erfochtenen Sieges.

[7]) Ceterum etc., man sah aber auf dem ganzen Felsen Fackeln; cursuris: quia currere volebant; speculari, auskundschaften, Kundschaft einholen; incomposite, unordentlich, in voller Unordnung.

[8]) Cos, ein jeder harter Stein, Kieselstein, auch Felsen; occiderunt (ob u. cado): interierunt; plures etc., Mehrere wurden irgend eines Gliedes beraubt (o. übel zugerichtet), und von den Unbeschädigten im Stiche gelassen; magnae victoriae sacrificiis et cultu Diis satisfacere, für den großen Sieg den Göttern durch Opfer und Verehrung derselben Genüge zu leisten, zu danken; aras locare, Altäre errichten; subire: sequi; promissis minora: aditum monstraverant quidem, sed non talem, quo recta in id jugum perveniri poterat, quod Indi tenebant; Sisocosto v. Sisicotto, — ein indischer Ueberläufer; pretium cum fide reddere, die versprochene Belohnung redlich bezahlen.

Inh. Omphis, ein mächtiger König, unterwirft sich dem Alexander, und wird hierauf auf seinem Throne bestätiget. Wechselseitige Geschenke beider Könige.

victoris regis udturi, Erycem fugientem adorti interemerunt, caputque ejus atque arma ad Alexandrum detulerunt. Ille facto impunitatem dedit; honorem denegavit exemplo. [1]) Hinc ad flumen Indum sextisdecumis castris pervenit, omniaque, ut praeceperat, ad trajiciendum praeparata ab Hephaestione reperit. Regnabat in ea regione Omphis, qui patri quoque fuerat auctor dedendi regnum Alexandro. Et post mortem parentis legatos miserat, qui consulerent eum, *regnare se interim vellet; an privatum opperiri ejus adventum.* Permissoque ut regnaret, non tamen jus datum usurpare sustinuit. Is benigne quidem exceperat Hephaestionem, gratuitum frumentum copiis ejus admensus; non tamen ei occurrerat, ne fidem ullius nisi regis experiretur. [2]) Itaque venienti obviam cum armato exercitu egressus est: elephanti quoque per modica intervalla militum agmini immixti, procul castellorum fecerant speciem. Ac primo Alexander non socium, sed hostem, adventare credebat. Jamque et ipse *arma milites capere, et equites discedere in cornua* jusserat, paratos ad pugnam. At Indus, cognito Macedonum errore, jussis subsistere ceteris, ipse concitat equum, quo vehebatur: idem Alexander quoque fecit, sive hostis, sive amicus occurreret, vel sua virtute, vel illius fide tutus. [3]) Coivere, quod ex utriusque vultu posset intelligi, amicis animis: ceterum sine interprete non poterat conseri sermo. Itaque adhibito eo, barbarus *occurrisse se* dixit *cum exercitu, totas imperii vires protinus traditurum; nec exspectasse, dum per nuntios daretur fides. Corpus suum et regnum permittere illi, quem sciret gloriae militantem, nihil magis quam famam timere perfidiae.* Laetus simplicitate barbari rex, et dextram fidei suae pignus dedit, et regnum resti-

---

[1]) Ecbolima, eine Stadt in Indien; obsideo, besetzt halten; se: Alexandrum; viam facere, einen Weg bahnen, den Paß eröffnen; gratiam alicujus v. apud aliquem inire, sich bei Jem. beliebt machen; facto impunitatem dare, eine That nicht bestrafen; honorem exemplo denegare, ihr (facto) des Beispieles wegen die Ehre verweigern, keinen Werth beilegen.

[2]) Alicui auctorem esse, Jem. rathen; privatus, als Privatmann; permissoque: etsi ei permissum erat, sc. ab Alexandro; sustinuit: ausus est; admetior, zumessen; fidem alicujus experiri, hier: Jem. sich persönlich unterwerfen, huldigen.

[3]) Per modica intervalla, in mäßigen Zwischenräumen; castellorum speciem facere, wie Blockhäuser aussehen, — wegen der Thürme, die sie trugen; error, Irrthum; subsisto, Halt machen; equum concitare, ein Pferd spornen; vel, vel, theils, theils; fides, Wort; tutus: confisus est.

fuit. LVI elephanti erant, quos tradidit Alexandro, multaque pecora eximiae magnitudinis: tauros ad III millia, pretiosum in ea regione acceptumque animis regnantium armentum. [4]) Quaerenti Alexandro, *plures agricultores haberet an milites? Cum duobus regibus bellanti sibi majore militum quam agrestium manu opus esse* respondit. Abisares et Porus erant; sed in Poro eminebat auctoritas. Uterque ultra Hydaspen amnem regnabat; et belli fortunam, quisquis arma inferret, experiri decreverat. Omphis, permittente Alexandro, et regium insigne sumsit, et more gentis suae nomen, quod patris fuerat. *Taxilen* appellavere populares, sequente nomine imperium in quemcunque transiret. Ergo cum per triduum hospitaliter Alexandrum accepisset, quarto die, et *quantum frumenti copiis, quas Hephaestion duxerat, praebitum a se esset,* ostendit; et aureas coronas ipsi amicisque omnibus, praeter haec signati argenti LXXX talenta dono dedit. [5]) Qua benignitate ejus Alexander mire laetus, et quae is dederat, remisit, et mille talenta ex praeda, quam vehebat, adjecit, multaque convivalia ex auro et argento vasa, plurimum Persicae vestis, XXX equos ex suis, cum iisdem insignibus, quîs adsueverant, cum ipsum veherent. Quae liberalitas, sicut barbarum obstrinxerat, ita amicos ipsius vehementer offendit. E quibus Meleager, super coenam largiore vino usus, *gratulari se Alexandro* dixit, *quod saltem in India reperisset dignum talentis mille.* Rex, haud oblitus quam aegre tulisset, quod Clitum ob linguae temeritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit, *invidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta.* [6])

---

[4]) Amicis animis coire, unter freundschaftlichen Gesinnungen zusammenkommen; sermonem conserere, sich besprechen, eine Unterredung halten; adhibeo, gebrauchen, sich bedienen, sich verschaffen; nuntius, Abgeordneter; gloriae militare, um Ruhm Krieg führen; simplicitas, Aufrichtigkeit; pretiosum etc., welches Vieh in diesem Lande kostbar, und bei den Königen beliebt ist.

[5]) Sed in P. e. auctoritas, Porus war aber mächtiger; arma inferre, angreifen; regium insigne sumere, das königl. Ehrenzeichen nehmen, den Thron besteigen; nomen, sc. sumsit; quod patris fuerat; — die indischen Könige nannten sich immer nach ihrer Hauptstadt; so wurde Taxiles von der Hauptstadt Taxiala genannt; sequente nomine etc., und dieser Name ging auf jeden Herrscher über.

[6]) Convivalia vasa, Tafelgeschirr; plurimum P. vestis, sehr viele persische Kleidungsstücke; cum — adsueverant, mit dem gewöhnlichen königlichen Reitzeuge; cum ipsum veherent: quum ipse iis veheretur; obstringo, verbindlich machen; largiore vino uti, zu

XIII. Postero die legati Abisarae adiere regem. *Omnia ditioni ejus, ita ut mandatum erat, permittebant:* firmataque invicem fide, remittuntur ad regem. Porum quoque nominis sui fama ratus ad deditionem posse compelli, misit ad eum Cleocharem, qui denuntiaret ei, *ut stipendium penderet, et in primo finium suorum aditu occurreret regi.* Porus *alterum ex his facturum sese* respondit, *ut intranti regnum suum praesto esset, sed armatus.* Jam Hydaspen Alexander superare decreverat; cum Barzentes defectionis Arachosiis autor vinctus, trigintaque elephanti simul capti perducuntur, opportunum adversus Indos auxilium: quippe plus in belluis, quam in exercitu spei ac virium illis erat. [1]) Gamaxusque, rex exiguae partis Indorum, qui Barzenti se conjunxerat, vinctus adductus est. Igitur transfuga et regulo in custodiam, elephantis autem Taxili traditis, ad amnem Hydaspen pervenit, in cujus ulteriore ripa Porus consederat; transitu prohibiturus hostem. LXXXV elephantos objecerat eximio corporum robore; ultraque eos currus CCC, et peditum XXX fere millia, in quîs erant sagittarii, sicuti ante dictum est, gravioribus telis, quam ut apte excuti possent. Ipsum vehebat elephantus super ceteras belluas eminens; armaque auro et argento distincta corpus rarae magnitudinis honestabant. [2]) Par animus robori corporis, et quanta inter

---

viel Wein trinken; dignum: aliquem, qui dignus (werth) esset; aegre ferre, übel nehmen, auch: sehr schmerzen; iram tenere, den Zorn unterdrücken.

Inh. Der König Abisares ergibt sich; Alexander greift auf Anrathen des Omphis den König Porus an, und setzt mittelst einer Kriegslist über den Fluß Hydaspes.

[1]) Legati Abisarae: Abisarem specie deditionis Alexandrum fefellisse, et cum Poro belli societatem iniisse, ex Curtio 8. 14. palam est; mandatum erat, sc. a rege suo; omnia deditioni alicujus permittere, sich gänzlich Jem. ergeben, unterwerfen; fidem invicem firmare, das Versprechen wechselseitig bekräftigen; — Abisares versprach Gehorsam, und Alexander Schutz; stipendium, Abgabe, Tribut; in primo f. s. aditu, bis an die äußerste Gränze; praesto esse, gegenwärtig seyn, aufwarten; defectionis Arachosiis auctor, der Urheber der arachosischen Empörung; quippe plus etc., denn bei diesen rechnet man in der Schlacht mehr auf diese Ungeheuer, als auf die Streitkräfte des Heeres.

[2]) Carmaxus — unbekannt; transfuga, sc. Barzente. Dieser hatte in Verbindung mit Bessus und Nabarzanes den Darius in Fesseln gelegt, und beim Vorrücken des macedonischen Heeres sich zu den Indiern geflüchtet; er wurde dann auf Alexanders Befehl hingerichtet; considere, sich lagern; objicio, entgegen stellen; siculi ante dictum est:

rudes poterat esse sapientia. Macedonas non conspectus hostium solum, sed etiam fluminis, quod transeundum erat, magnitudo terrebat. Quatuor in latitudinem stadia diffusum, profundo alveo, et nusquam vada aperiente, speciem vasti maris fecerat. Nec pro spatio aquarum late stagnantium impetum coërcebat; sed quasi in arctum coëuntibus ripis, torrens, et elisus ferebatur: occultaque saxa inesse ostendebant pluribus locis undae repercussae. Terribilior erat facies ripae, quam equi virique compleverant. Stabant ingentes vastorum corporum moles, et de industria irritatae horrendo stridore auras fatigabant. 3) Hinc hostis, hinc amnis, capacia quidem bonae spei pectora, et saepe se experta, improviso tamen pavore percusserant. Quippe instabiles rates nec dirigi ad ripam, nec tuto applicari posse credebant. Erant in medio amne insulae crebrae, in quas et Indi et Macedones nantes levatis super capita armis transibant. Ibi levia proelia conserebant; et uterque rex parvae rei discrimine, summae experiebatur eventum. Ceterum in Macedonum exercitu temeritate atque audacia insignes fuere Symmachus et Nicanor, nobiles juvenes, et perpetua partium felicitate ad spernendum omne periculum accensi. 4) Quis ducibus prom-

---

B. 8. 9.; apte excutere, gut, bequem abschießen; honesto, Ansehen verschaffen.

3) Corporis, sc. erat; et quanta etc., und er besaß so viel Einsicht (Klugheit), als man bei so rohen Völkern vermuthen kann; diffundi, sich ausbreiten, breit seyn; profundo alveo etc., und da er ein sehr tiefes Bette hatte, und nirgends eine Furth eröffnete, so glich er einem ungeheuren (unabsehbaren) Meere. Nec — ferebatur: nec celeritatem suam minuebat proportione undarum late diffusarum; sed quasi ejus ripae angusto intervallo distarent, rapidus et coarctatus decurrebat. Edd. cum n. Var.; repercussus, zurückgeschlagen, zurückprallend, auch schäumend; facies: adspectus; ingentes v. o. moles, ungeheure plumpe Körpermassen; h. st. auras fatigare, mit einem schaudervollen Geschrei die Luft erfüllen.

4) Hinc etc., obgleich die Macedonier zwar gute Hoffnung schöpften, da sie ihren Muth schon oft (mit gutem Erfolge) versucht hatten, so setzte sie doch hier der Feind, und dort der Fluß plötzlich in Furcht; instabilis, wankend; tuto applicari, mit Sicherheit anlanden; levatis armis, mit Emporhebung der Waffen, oder bloß: Waffen; levia proelia conserere, unbedeutende Gefechte (Scharmützel) liefern, o. scharmutziren; et uterque etc., und beide Könige versuchten durch unbedeutende Gefechte, wie die Hauptschlacht ablaufen werde; o. aus welchen unbedeutenden Vorspielen beide Könige Vermuthungen wegen der Hauptschlacht zogen. Große. Et uterque rex levium proeliorum suc-

tissimi juvenum lanceis modo armati transnavere in insulam, quam frequens hostis tenebat; multosque Indorum, nulla re magis quam audacia armati, interemerunt. Abire cum gloria poterant, si unquam temeritas felix inveniret modum; sed dum supervenientes contemtim et superbe quoque exspectant, circumventi ab iis, qui occulti enataverant, eminus obruti telis sunt. Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt, aut vorticibus impliciti. Eaque pugna multum fiduciam Pori erexit, cuncta cernentis e ripa. Alexander, inops consilii, tandem ad fallendum hostem talem dolum intendit. [5]) Erat insula in flumine amplior ceteris, silvestris eadem et tegendis insidiis apta. Fossa quoque praealta haud procul ripa, quam tenebat ipse, non pedites modo, sed etiam cum equis viros poterat abscondere. Igitur ut a custodia hujus opportunitatis oculos hostium averteret, Ptolemaeum *cum omnibus turmis obequitare* jussit, *procul ab insula, et subinde Indos clamore terrere, quasi flumen transnaturus foret.* Per complures dies Ptolemaeus id fecit; eoque consilio Porum quoque agmen suum ei parti, quam se petere simulabat, coëgit advertere. [6]) Jam extra conspectum hostis insula erat. Alexander *in diversa parte ripae statui suum tabernaculum* jussit, *adsuetamque comitari ipsum cohortem ante id tabernaculum stare; et omnem apparatum regiae magnificentiae, hostium oculis de industria ostendi.* Attalum, et aequalem sibi, et haud disparem habitu oris et corporis, utique cum procul viseretur, veste regia exornat, praebiturum speciem ipsum regem illi ripae praesidere, nec agitare de transitu. Hujus consilii effectum primum morata tempestas est, mox adjuvit; incommoda

---

cessu tentabant, quae futura esset ultimi fortuna. Edd. cum n. Var.; temeritate et audacia insignem esse, durch Verwegenheit und Muth ausgezeichnet seyn; p. f. partium, durch das beständige Glück auf ihrer Seite.

[5]) Modo: solum; nulla re magis, quam audacia armati, wo sie hauptsächlich durch ihre Kühnheit unterstützt; t. felix, Verwegenheit im Glücke; modum invenire, Mäßigung zulassen, kennen; occultum enatare, unbemerkt heranschwimmen (unter dem Wasser); impetus amnis, reißender Strom; vorticibus implicari, von den Wirbeln, Strudeln verschlungen werden; fiduciam alicujus multum erigere, Jem. Vertrauen stark erhöhen; dolum intendere, eine Kriegslist gebrauchen.

[6]) Tegendis insidiis aptum esse, zur Deckung eines Hinterhalts geeignet seyn; a custodia hujus opportunitatis, von diesem vortheilhaften Posten; consilium, listiges Mittel, List; ei parti, quam, dahin, wo; advertere: admovere.

quoque ad bonos eventus vertente fortuna. 7) Trajicere amnem cum ceteris copiis in regionem insulae, de qua ante dictum est, parabat, averso hoste in eos, qui cum Ptolemaeo inferiorem obsederant ripam; cum procella imbrem vix sub tectis tolerabilem effudit. Obrutique milites nimbo in terram refugerunt, navigiis ratibusque desertis. Sed tumultuantium fremitus, obstrepentibus ventis, ab hoste non poterat audiri. Deinde momento temporis repressus est imber; ceterum adeo spissae intendere se nubes, ut conderent lucem, vixque colloquentium inter ipsos facies noscitaretur. 8) Terruisset alium obducta nox coelo, cum ignoto amne navigandum esset, forsitan hoste eam ipsam ripam, quam caeci atque improvidi, et ex periculo gloriam arcessentes petebant, occupante. Obscuritatem, quae ceteros terrebat, suam occasionem ratus, dato signo, ut omnes silentio ascenderent in rates, *eam, qua ipse vehebatur, primam* jussit *expelli.* Vacua erat ab hostibus ripa, quae petebatur; quippe adhuc Porus Ptolemaeum tantum intuebatur. Una ergo navi, quam petrae fluctus illiserat, haerente, ceterae evadunt; *armaque capere milites, et ire in ordines* jussit. 9)

---

7) In diversa parte: in alia, eaque longius remota; adsuetamque — cohortem, und seine gewöhnliche Leibcohorte; sto, ihren Posten nehmen; omnis apparatus r. magnificentiae, die ganze königl. Pracht; aequalis, gleich an Jahren, von gleichem Alter; habitu oris et corporis haud disparem esse, in den Gesichtszügen, und an der Größe (Statur) nicht verschieden seyn, gleichen; utique, besonders, zumal; praebiturum etc., damit es das Ansehen habe, als decke der König selbst dieses Ufer, und denke gar nicht auf einen Uebergang; consilii effectus, Ausführung des Plans; adjuvo, begünstigen; incommoda etc., indem auch das Glück das Ungemach zu einem guten Ausschlage wendete.

8) Paro, Anstalten treffen, sich anschicken; hostem in aliquem avertere, die Aufmerksamkeit des Feindes auf Jem. richten; inferior, mehr unten, weiter unten; cum procella etc., da der Sturmwind einen so starken Regen brachte, daß man ihn kaum unter den Zelten ertragen konnte; nimbo obrui, vom Regen überfallen werden; sed tumultuantium etc., allein das Getös der lärmenden Soldaten konnte bei dem Sausen der Winde vom Feinde nicht gehört werden; ventis, Vulg.: *ripis*; momento temporis, augenblicklich, plötzlich; imber reprimitur, es hört auf zu regnen; adeo spissae etc., es zogen sich so dichte Wolken (Nebel) zusammen.

9) Obducta nox coelo, der mit Finsterniß verhüllte Himmel; hostis: et hostis occuparet etc.; caecus, gleichsam blind, in der Finsterniß; arcessentes: quaerentes, expetentes; suam occasio-

XIV. Jamque agmen in cornua divisum ipse ducebat; cum Poro nuntiatur, *armis virisque ripam obtineri, et rerum adesse discrimen.* Ac primo humani ingenii vitio spei suae indulgens, Abisarem belli socium (et ita convenerat) adventare credebat. Mox liquidiore luce aperiente hostem, C quadrigas, et III millia equitum venienti agmini Porus objecit. Dux erat copiarum, quas praemisit, Hages frater ipsius: summa virium in curribus. [1]) Senos viros singuli vehebant, duos clypeatos, duos sagittarios, ab utroque latere dispositos; ceteri aurigae erant, hand sane inermes, quippe jacula complura, ubi cominus proeliandum erat, omissis habenis in hostem ingerebant. Ceterum vix ullus usus hujus auxilii eo die fuit. Namque, ut supra dictum est, imber violentius quam alias fusus campos lubricos et inequitabiles fecerat: gravesque, et propemodum immobiles currus illuvie et voraginibus haerebant. Contra Alexander expedito ac levi agmine strenue invectus est. Scythae et Dahae primi omnium invasere Indos; Perdiccam deinde cum equitibus in dextrum cornu hostium emisit. [2]) Jam undique pugna se moverat; cum ii, qui currus agebant, illud ultimum auxilium suorum rati, effussis habenis in medium discrimen ruere coeperunt. Anceps id malum utrisque erat: nam et Macedonum pedites primo impetu obterebantur; et per lubrica atque invia immissi currus excutiebant eos, a qui-

---

nem ratus: arbitratus, caliginem illam sibi opportunam esse; silentio, in der Stille; expello, vom Lande stoßen; haereo, hängen, sitzen bleiben; evado, hinüberkommen; in ordines ire, in Reihen und Glieder (Schlachtordnung) sich stellen.

Inh. Merkwürdige und blutige Schlacht zwischen den Indiern und Macedoniern. Des gefangenen Porus erhabener Muth, und Alexanders Großmuth.

[1]) Divisum. Nach Arrian marschirte Alexander ungefähr mit 5000 Mann voraus, und 6000 Mann Fußvolk gab er Befehl, ihm nach und nach zu folgen; armis etc., das Ufer sey von bewaffneter Mannschaft besetzt, und es sey Gefahr vorhanden, o. und ein Treffen sey unvermeidlich; primo h. i. vitio, nach einem gewöhnlichen Fehler der Menschen; spei indulgere, sich mit der Hoffnung schmeicheln; aperio, sichtbar, kennbar machen; summa virium (Hauptstärke), sc. est.

[2]) Ab utroque latere, sc. currus; haud sane inermes, jedoch auch bewaffnet; habenas omittere, die Zügel fahren lassen; vix usus hujus rei est, man kann fast keinen Gebrauch davon machen; inequitabilis, unreitbar, d. i. wo man nicht reiten, wo die Reiterei nicht agiren kann; illuvie et voraginibus haerere, im Schlamme und Moraste (Lachen, Pfützen) stecken bleiben; invectus est, sc. in hostes; emitto, einbrechen, eindringen lassen.

bus regebantur. Aliorum turbati equi non in voragines modo lacunasque, sed etiam in amnem praecipitavere curricula. Pauci tamen hostium tenus exacti penetravere ad Porum acerrime pugnam cientem. [3]) Is, ut dissipatos tota acie currus vagari sine rectoribus vidit, proximis amicorum distribuit elephantos. Post eos posuerat pedites ac sagittarios, et tympana pulsare solitos. Id pro cantu tubarum Indis erat: nec strepitu eorum movebantur, olim ad notum sonum auribus mitigatis. Herculis simulacrum agmini peditum praeferebatur. Id maximum erat bellantibus incitamentum, et deseruisse gestantes militare flagitium habebatur. Capitis etiam sanxerant poenam iis, qui ex acie non retulissent; metu, quem ex illo hoste quondam conceperant, etiam in religionem venerationemque converso. [4]) Macedonas non belluarum modo, sed etiam ipsius regis adspectus, parumper inhibuit. Belluae dispositae inter armatos speciem turrium procul fecerant. Ipse Porus humanae magnitudinis propemodum excesserat formam. Magnitudini Pori adjicere videbatur bellua, qua vehebatur, tantum inter ceteras eminens, quanto aliis ipse praestabat. Itaque Alexander, contemplatus et regem et agmen Indorum, *Tandem*, inquit, *par animo meo periculum video. Cum bestiis simul, et cum egregiis viris res est.* [5]) In-

---

[3]) Jam — se moverat, schon war das Gefecht allgemein geworden, als die Wagenlenker ꝛc.; effusis h., mit verhängten Zügeln; discrimen: proelium; anceps etc., die Gefahr war für beide Theile sehr groß; denn das macedonische Fußvolk wurde beim ersten Anlauf (Anfall) theils zerquetscht, theils warfen die vorwärts getriebenen Wagen auf dem schlüpfrigen und unwegsamen Boden ihre Lenker herab; turbor, scheu werden; hostium tenus exacti: usque ad Macedones impulsi; pugnam ciere, Anstalten zum Kampfe treffen.

[4]) Acies, Schlachtfeld; amicorum: ducum; solitos: eos, qui soliti erant; id pro cantu etc., dieses diente bei den Indiern statt des Trompetenblasens; und ihr Getön (Klang) machte auf sie keinen Eindruck, indem sie schon von Jugend an diesen bekannten Schall gewöhnt sind; bellantibus: Indis; m. flagitium, Kriegsverbrechen; poenam capitis sancire, die Todesstrafe festsetzen; metu etc., indem die Furcht, in welche sie ehemals vor diesem Feinde geriethen, sich sogar in eine religiöse Verehrung desselben verwandelt hatte.

[5]) Inhibeo, zurückhalten; speciem t. habere, wie Thürme aussehen; humanae m. formam excedere, die Gestalt der menschlichen Größe übertreffen, d. i. eine Riesengröße haben: Erat enim supra quinque cubitos altus, Arrian. 5. 19. 1. — Diod. 17. 88. adjicit: crassitudine autem tanta, ut thorax ejus duplo excederet loricas aliorum, qui robore excellerent. Magnitudini adjicere, größer machen; animus, Muth; res est, sc. mihi.

tuensque Coenon, *Cum ego*, inquit, *Ptolemaeo Perdiccaque, et Hephaestione comitatus in laevum hostium cornu impetum fecero, viderisque me in medio ardore certaminis, ipse dextrum move, et turbatis signa infer. Tu Antigenes, et tu Leonnate, et Tauron, invehimini in mediam aciem, et urgebitis frontem. Hastae nostrae praelongae et validae non alias magis quam adversus belluas rectoresque earum usui esse poterunt: deturbate eos, qui vehuntur, et ipsas confundite.* [6]) *Anceps genus auxilii est, et in suos acrius furit. In hostem enim imperio, in suos pavore agitur.* Haec elocutus concitat equum primus. Jamque, ut destinatum erat, invaserat ordines hostium; cum Coenus ingenti vi in laevum cornu invehitur. Phalanx quoque in mediam Indorum aciem uno impetu prorupit. At Porus, qua equitem invehi senserat, *belluas agi* jussit: sed tardum et paene immobile animal equorum velocitatem aequare non poterat. Ne sagittarum quidem ullus erat barbaris usus. Quippe longae et praegraves, nisi prius in terra statuerent arcum, haud satis apte et commode imponuntur. [7]) Tum humo lubrica, et ob id impediente conatum, molientes ictus, celeritate hostium occupabantur. Ergo spreto regis imperio (quod fere fit, ubi turbatis acrius metus quam dux imperare coepit) totidem erant imperatores, quot agmina errabant. Alius *jungere aciem*, alius *dividere*, *stare* quidam, et nonnulli *circumvehi terga hostium* jubebant. Nihil in medium consulebatur. Porus tamen cum paucis, quibus metu potior fuerat pudor, colligere dispersos, obvius hosti ire pergit, *elephantosque ante agmen suorum agi* jubet. Magnum belluae injecere terrorem; insolitusque stridor non equos modo, tam pavidum ad omnia animal, sed viros quoque ordinesque, turbave-

---

[6]) Ptolemaeo comitatus, unter Begleitung des Ptolemäus; in m. ardoris c., mitten im heftigsten Treffen; move, sc. cornu Macedonicum; turbatis signa inferre, die in Verwirrung gebrachten angreifen; invehi, hineindringen; urgeo, drängen, zusetzen; deturbo, herab= herunterstoßen; confundo, in Unordnung bringen.

[7]) Auxilii est, (sc. ex elephantis) etc., dieses Thier ist ein sehr unsicheres Hülfsmittel im Kriege, und wüthet heftiger gegen seine eigenen Leute (wenn es scheu geworden ist); denn gegen den Feind wird es durch Zwang, und gegen die Seinigen durch Schrecken angetrieben; in laevum: in dextrum eigentlich, — hiemit stimmt auch Arrian überein; uno impetu prorumpere, auf einmal einbrechen; qua, wo; equitem, der Sing. statt des Plur.; statuo, hinstellen; haud satis apte et commode imponere, nicht recht passend (gut) und bequem darauf liegen; imponuntur, And. *imponunt*.

rat. [8]) Jam fugae circumspiciebant locum paullo ante victores; cum Alexander Agrianos et Thracas leviter armatos, meliorem concursatione quam cominus militem, emisit in belluas. Ingentem ii vim telorum injecere et elephantis, et regentibus eos. Phalanx quoque instare constanter territis coepit. Sed quidam avidius persecuti belluas in semet irritavere vulneribus. Obtriti ergo pedibus earum, ceteris, ut parcius instarent, fuere documentum. Praecipue terribilis illa facies erat, cum manu arma virosque corriperent, et super se regentibus traderent. [9]) Anceps ergo pugna nunc sequentium, nunc fugientium elephantos, in multum diei varium certamen extraxit; donec securibus (id namque genus auxilii praeparatum erat) pedes amputare coeperunt. *Copidas* vocant gladios leviter curvatos falcibus similes, quis appetebant belluarum manus. Nec quidquam inexpertum non mortis modo, sed etiam in ipsa morte novi supplicii timor omittebat. Ergo elephanti vulneribus tandem fatigati suos impetu sternunt, et qui rexerant eos, praecipitati in terram, ab ipsis obterebantur. Itaque pecorum modo magis pavidi, quam infesti, ultra aciem exigebantur; cum Porus, destitutus a pluribus, tela multo ante praeparata in circumfusos ex elephanto suo coepit ingerere, multisque eminus vulneratis, expositus ipse ad ictus undique petebatur. [10])

---

8) Tum humo etc. Da überdieß der Boden schlüpfrig, und deßhalb ihrer Bemühung hinderlich war; so kam ihnen der Feind bei seiner Schnelligkeit schon auf den Hals, bevor sie noch schießen konnten; sperno, nicht achten; agmina, Heereshaufen, Heeresabtheilungen; errabant st. erant, wegen der unangenehmen Wiederhohlung; aciem jungere, das Heer vereinigen, zusammenstoßen lassen; terga hostium circumvehi, den Feinden in den Rücken fallen; nihil in medium consulebatur: nihil communi consilio decernebatur. E d d. c u m n. V a r. quibus — pudor, bei denen das Ehrgefühl die Oberhand über die Furcht erhielt; terrorem: Macedonibus.

9) Victores, sc. fuerant; meliorem — militem, welche zum Scharmuţiren brauchbarer, als zum Fechten in der Nähe (o. zu einem ordentlichen Gefechte) sind; concursatio, eigentl. Zusammenlaufen, hier bedeutet es das Ansprengen o. Zurückziehen der Reiterei, je nachdem es der Vortheil erheischt; avidius, zu hißig; elephantos vulneribus in semet irritare, die E. durch die beigebrachten Wunden gegen sich aufbringen, in Wuth setzen; parcius, weniger, nicht so hißig; documentum, Belehrung, Warnung; manu: proboscide; arma virosque, den Mann mit s. Waffen.

10) Anceps, gefährlich; sequentium: eorum, qui nunc persequebantur, nunc fugiebant; varium certamen in multum diei extrahere, das abwechselnde Gefecht (das Gefecht mit abwechseln-

Novem jam vulnera hinc tergo, illinc pectore exceperat, multoque sanguine profuso languidis manibus magis elapsa, quam excussa, tela mittebat. Nec segnius bellua, instincta rabie, nondum saucia invehebatur ordinibus; donec rector belluae regem conspexit fluentibus membris omissisque armis vix compotem mentis. Tum belluam in fugam concitat, sequente Alexandro: sed equus ejus multis vulneribus confossus deficiensque procubuit, posito magis rege, quam effuso. Itaque dum equum mutat, tardius insecutus est. Interim frater Taxilis, regis Indorum, praemissus ab Alexandro, monere coepit Porum, *ne ultima experiri perseveraret, dederetque se victori.* [11]) At ille, quamquam exhaustae erant vires, deficiebatque sanguis, tamen ad notam vocem excitatus, *Agnosco*, inquit, *Taxilis fratrem, imperii regnique sui proditorem:* et telum, quod unum forte non effluxerat, contorsit in eum; quod per medium pectus penetravit ad tergum. Hoc ultimo virtutis opere edito, fugere acrius coepit: sed elephantus quoque, qui multa exceperat tela, deficiebat. Itaque sistit fugam, peditemque sequenti hosti objecit. Jam Alexander consecutus erat, et, pertinacia Pori cognita, vetebat *resistentibus parci.* Ergo undique et in pedites, et in ipsum Porum, tela congesta sunt: quis tandem gravatus labi ex bellua coepit. [12]) Indus, qui elephantum regebat, de-

---

dem Glück) bis lang in den Tag hineinziehen; manus appetere, nach den Rüsseln hauen; nec quidquam etc., und die Furcht ließ nicht allein vor dem Tode, sondern auch wegen seiner neuen Art nichts unversucht; novi supplicii: quum ab elephantis vel traderentur regentibus, vel in altum sublati violenter in terram dejicerentur; fatigati: exhausti; impetu sternere, mit Gewalt zu Boden werfen; pecorum modo, wie das Vieh, gleich einer Heerde; ultra aciem exigere, über das Schlachtfeld hinaustreiben; in circumfusos: in eos Macedones, qui ipsi circumfusi erant; expositus etc., war er selbst den Pfeilschützen ausgesetzt, und man schoß nun von allen Seiten auf ihn.

[11]) Hinc, illinc, theils, theils; languidis — mittebat: quae defessis ejus manibus excidebant potius, quam vi conjiciebantur; instincta: irritata; ordinibus invehi, in die Glieder dringen; fluentibus membris etc., der ganz kraftlos die Waffen fallen ließ, und kaum seiner mächtig war; belluam in fugam concitare, mit den Elephanten die Flucht ergreifen; equus: Bucephalus; posito etc., indem es den König nicht sowohl abwarf, sondern vielmehr sanft hinlegte: — der Bucephalus war nach Arrian schon 30 Jahre alt; ultima experiri, es auf's Aeußerste ankommen lassen.

[12]) Sanguine deficere, sich verbluten; excitari, sich erholen, wieder zu sich kommen; effluo, entfallen; telum in aliquem contor-

scendere eum ratus, more solito elephantum *procumbere* jussit *in genua:* qui ut se submisit, ceteri quoque, ita enim instituti erant, demisere corpora in terram. Ea res et Porum, et ceteros, victoribus tradidit. Rex *spoliari corpus Pori*, interemtum esse credens, jussit, et qui detraherent loricam vestemque, concurrere; cum bellua dominum tueri, et spoliantes coepit appetere, levatumque corpus ejus rursus dorso suo imponere. Ergo telis undique obruitur; confossoque eo, in vehiculum Porus imponitur. [13]) Quem rex ut vidit allevantem oculos, non odio, sed miseratione commotus, *quae malum*, inquit, *amentia te coëgit, rerum mearum cognita fama, belli fortunam experiri; cum Taxiles esset in deditos clementiae meae tam propinquum tibi exemplum?* At ille, *quoniam*, inquit, *percontaris, respondebo ea libertate, quam interrogando fecisti. Neminem me fortiorem esse censebam. Meas enim noveram vires, nondum expertus tuas: fortiorem esse te, belli docuit eventus. Sed ne sic quidem parum felix sum, secundus tibi.* [14]) Rursus interrogatus, *quid ipse victorem statuere debere* censeret; *quod hic*, inquit, *dies tibi suadet, quo expertus es, quam caduca felicitas esset.* Plus monendo profecit, quam si precatus esset. Quippe magnitudinem animi ejus interritam, ac ne fortuna quidem infractam, non misericordia modo, sed etiam honore, excipere dignatus est. Aegrum curavit haud secus, quam si pro ipso pugnasset: confirmatum contra spem omnium in amicorum numerum recepit: mox donavit ampliore regno, quam tenuit. Nec sane quidquam ingenium ejus solidius aut constantius habuit, quam admirationem verae laudis et gloriae: simplicius tamen famam aestimabat in hoste, quam in cive. Quippe a suis

---

quere, einen Wurfspieß gegen Jem. werfen, schleudern; opus, That, Beweis; tela excipere, i. e. telis ici, percuti; deficere, sc. viribus, nicht mehr weiter können; fugam sistere: fugere desinere; peditem sequenti hosti objicere, das Fußvolk dem nachsetzenden Feinde entgegen stellen; gravatus: obrutus.

[13]) Se submittere, niederknieen; corpora in terram demittere, auf die Erde niederfallen, oder ein Gleiches thun — oben hieß es: se submittere; res, Umstand; qui st. ut; detraherent, sc. ei, ausziehen; appetere, sc. proboscide, nach Einem schlagen, o. mit dem Rüssel zu ergreifen suchen; obruitur, sc. elephantus.

[14]) Oculos allevare, die A. aufthun, öffnen; non — commotus, nicht aus Haß, sondern aus Mitleiden; malum steht wie eine Interjection: beim Henker! Cognita: licet cognita tibi fuerit; clementia, Großmuth; facio, einräumen, zugestehen; secundus tibi: qui primus a te sim fortitudine.

credebat magnitudinem suam destrui posse; eandem clariorem fore, quo majores fuissent, quos ipse vicisset. [15])

---

[15]) Rursus interrogatus. — Nach Plutarch, Arrian und Anderen soll ihn Alexander gefragt haben, was er mit ihm machen solle, und wie er behandelt zu werden wünsche? worauf Porus geantwortet habe: *βασιλικῶς*, königlich; statuere (sc. in Porum), beschließen, verfügen; moneo, erinnern; infringo, niederschlagen, muthlos machen, entmuthigen; dignatus est, sc. Alexander; Uebers.: denn er hielt seine unerschrockene, nicht einmal durch das Unglück gebeugte Seelengröße (hohen, erhabenen Muth) nicht nur des Mitleids, sondern auch der Achtung würdig; confirmatum — omnium: postquam praeter omnium opinionem convaluit: aliquem in amicorum numerum recipere, Jem. unter die Zahl seiner Freunde aufnehmen; nec sane etc., und in der That war dieses ein sehr edler und beständiger Zug in seinem Charakter, daß er wahres Verdienst und wahren Ruhm zu schätzen wußte; simplicius, mit mehr Aufrichtigkeit, Offenherzigkeit; destruo, zu nichte machen, auch schmälern; clariorem: eo clariorem.

# Q. CURTII RUFI DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI HISTORIARUM

## LIBER IX.

### I.

Alexander, tam memorabili victoría laetus, qua sibi Orientis fines apertos esse censebat, Soli victimis caesis, milites quoque, quo promtioribus animis reliqua belli munia obirent, pro concione laudatos docuit, *quidquid Indis virium fuisset, illa dimicatione prostratum. Cetera opimam praedam fore, celebratasque opes in ea regione eminere quam peterent. Proinde jam vilia et obsoleta esse spolia de Persis: gemmis margaritisque, et auro atque ebore Macedoniam Graeciamque, non suas tantum domos, repleturum.* Avidi milites et pecuniae et gloriae, simul quia nunquam affirmatio ejus fefellerat eos, pollicentur operam: dimissisque cum bona spe, *navigia aedificari* jubet, *ut cum totam Asiam percurrissent, finem terrarum mare inviseret.* [1])

---

Inh. Nach dem Siege über den Porus dringt Alexander tiefer in Indien ein, und unterwirft sich verschiedene Städte und Völker, deren Sitten beschrieben werden.

[1]) Soli victimas caedere, der Sonne opfern, ein Opfer bringen; promtioribus animis reliqua belli munia obire, sich den noch übrigen Kriegsdiensten desto williger, bereitwilliger unterziehen; prosternere, zu Boden schlagen, vernichten; cetera, And.: *ceteram*, sc. Indiam; opima p. (sc. iis), herrliche, reichliche Beute; celebratus, gepriesen; eminere: esse; peterent: adirent; proinde jam etc., die den Persern abgenommene Beute sey daher schon schlecht und gemein; Macedoniam: totam Macedoniam; repleturum, sc. esse militem, der Sing. st. des Plur.; Freinsh.: repleturos, Heins.: repletum iri; affirmatio, Versicherung; opera, Dienste; cum bona spe, unter guter H.; finis t., das Ende der Welt.

Multa materia navalis in proximis montibus erat: quam caedere aggressi, magnitudinis inusitatae reperere serpentes. Rhinocerotes quoque, rarum alibi animal, in iisdem montibus erant. Ceterum hoc nomen belluis eis inditum a Graecis: sermonis ejus ignari aliud lingua sua usurpant. Rex, duabus urbibus conditis in utraque fluminis, quod superaverat, ripa, copiarum duces coronis et mille aureis singulos donat: ceteris quoque pro portione aut gradus, quem in militia obtinebant, aut navatae operae, honos habitus est. [2]) Abisares, qui prius quam cum Poro dimicaretur, legatos ad Alexandrum miserat, rursus alios misit, pollicentes, *omnia facturum, quae imperrasset, modo ne cogeretur corpus suum dedere: neque enim aut sine regio imperio victurum, aut regnaturum esse captivum.* Cui Alexander nuntiari jussit, *si gravaretur ad se venire, ipsum ad eum esse venturum.* Hinc Poro amneque superato ad interiora Indiae processit. Silvae erant prope in immensum spatium diffusae, procerisque et in eximiam altitudinem editis arboribus umbrosae. Plerique rami instar ingentium stipitum flexi in humum, rursus, qua se curvaverant, erigebantur adeo, ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex sua radice generatae. [3]) Coeli temperies salubris: quippe et vim solis umbrae levant, et aquae largae manant e fontibus. Ceterum hic quoque serpentium magna vis erat, squamis fulgorem auri reddentibus. Virus haud ullum magis noxium est, quippe morsum praesens mors sequebatur; donec ab incolis remedium oblatum est. Hinc per deserta

---

[2]) Materia n., Schiffbauholz; aggressi: coeperunt; alibi, sc. apud veteres; sermonis ejus etc., Jene, welche dieser Sprache nicht kundig sind (d. i. die Indier), nennen sie in der ihrigen anders; duabus urbibus: „Et eo loco, ubi pugna commissa erat, et unde Hydaspen trajecerat, urbes condidit Alexander, quarum illam a victoria adversus Indos parta Nicaeam, hanc Bucephalam in equi sui memoriam adpellavit." Arrian. Exp. lib. 5. 19. 6.; aureis, sc. Daricis; pro portione gradus, nach dem Verhältnisse ihres Ranges.

[3]) Corpus suum dedere, sich selbst überliefern, stellen; gravari, Bedenken tragen; hinc etc., von da ging er in Begleitung des Porus über den Fluß, und zog in das Innere von Indien; Poro, sc. comite. Alexander setzte nach Arrian mit vieler Anstrengung über den Fluß Acesines, über welchem ein anderer Porus ein Reich besaß; da aber dieser die Flucht ergriff, so übergab er es dem besiegten Porus. Silvae etc., es gab da beinahe in's Unermeßliche weit ausgedehnte Waldungen, die wegen ihrer schlanken und außerordentlich hohen Bäume voller Schatten waren; in humum flecti, sich in die Erde senken.

ventum est ad flumen Hydraoten. Junctum erat flumini nemus, opacum arboribus alibi inusitatis, agrestiumque pavonum multitudine frequens. Castris inde motis, oppidum haud procul positum corona capit, obsidibusque acceptis stipendium imponit. Ad magnam deinde, ut in ea regione, urbem pervenit, non muro solum, sed etiam palude munitam. [4]) Ceterum barbari vehiculis inter se junctis dimicaturi occurrerunt: aliis tela, aliis hastae, aliis secures erant; transiliebantque in vehicula strenuo saltu, cum succurrere laborantibus suis vellent. Ac primo insolitum genus pugnae Macedonas terruit, cum eminus vulnerarentur: deinde spreto tam incondito auxilio, ab utroque latere vehiculis circumfusi repugnantes fodere coeperunt. Et *vincula, quis conserta erant, jussit incidi, quo facilius singula circumvenirentur.* Itaque VIII millibus suorum amissis in oppidum refugerunt. Postero die scalis undique admotis muri occupantur: paucis pernicitas saluti fuit. [5]) Qui, cognito urbis excidio, paludem transnavere, et in vicina oppida ingentem intulere terrorem, *invictum exercitum, et Deorum profecto, advenisse* memorantes. Alexander, ad vastandam eam regionem Perdicca cum expedita manu misso, partem copiarum Eumeni tradit, ut is quoque barbaros ad deditionem compelleret: ipse ceteros ad urbem validam, in quam aliarum quoque confugerant incolae, duxit. Oppidani, missis, qui regem deprecarentur, nihilominus bellum parabant. Quippe orta seditio in diversa consilia diduxerat vulgum: alii omnia deditione potiora, quidam nullam opem in ipsis esse ducebant. [6]) Sed dum nihil in com-

---

[4]) Coeli temperies, Himmelsstrich (Klima); salubris, sc. ibi est; vim solis levare, die Sonnenhitze mildern; squamis f. a. reddentibus, und ihre Schuppen glänzten wie Geld; praesens mors, augenblicklicher, plötzlicher Tod; remedium offerre, ein Gegenmittel anbieten, bekannt machen; junctum esse, anstoßen; frequentem esse, sehr zahlreich, viel; oppidum corona capere, eine Stadt mit Sturm einnehmen; stipendium: tributum; ut in ea regione, i. e. pro ea regione.

[5]) Ceterum etc., die Barbaren rückten ihnen auf Streitwägen, die alle unter einander verbunden waren, entgegen; secures, Streitäxte; in vehicula st. saltu transilire, mit Schnelligkeit von einem Wagen auf den andern springen; laborare, Noth leiden, in Gefahr, im Gedränge seyn; inconditum auxilium, unordentliche Hülfstruppen; repugnantes fodere, die Widerstand Leistenden niedermachen; vincula, Stricke; jussit, sc. rex; incidere, einschneiden, zerschneiden; scalas admovere, Sturmleitern anlegen; occupare, sich bemächtigen; pernicitas, Behendigkeit, Schnelligkeit.

[6]) Terrorem in oppidum inferre, eine Stadt in Schrecken set-

mune consulitur, qui deditioni imminebant, apertis portis hostem recipiunt. Alexander, quamquam belli auctoribus jure poterat irasci, tamen omnibus venia data, et obsidibus acceptis, ad proximam deinde urbem castra movit. Obsides ducebantur ante agmen. Quos cum e muris agnovissent, utpote gentis ejusdem, in colloquium convocaverunt. Illi, *clementiam regis simulque vim* commemorando, ad deditionem eos compulere: ceterasque urbes simili modo deditas in fidem accepit. Hinc in regnum Sopithis perventum est. Gens, ut barbari, sapientia excellit, bonisque moribus regitur. 7) Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque: sed eorum, quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. Si quos insignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubent. Nuptiis coëunt, non genere ac nobilitate conjunctis, sed electa corporum specie; quia eadem aestimatur in liberis. Hujus gentis oppidum, cui Alexander admoverat copias, ab ipso Sopithe obtinebatur. Clausae erant portae; sed nulli in muris turribusque se armati ostendebant: dubitabantque Macedones, deseruissentne urbem incolae, an fraude se occulerent; cum, subito patefacta porta, rex Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multum inter omnes barbaros eminens corporis specie. 8) Vestis erat

---

zen, Schrecken darin verbreiten; deorum, sc. exercitum; profecto, wirklich; aliarum, sc. urbium; missis, sc. legatis; deprecari, um Gnade, um Verzeihung bitten; bellum parare, sich zum Kriege rüsten; vulgum in diversa consilia diducere, das Volk auf verschiedene Meinungen, Gesinnungen bringen; alii omnia etc., Einige zogen Alles der Uebergabe vor, o. wollten gar nichts von der Uebergabe wissen, Andere aber hielten sich zu schwach zur Vertheidigung.

7) Nihil in c. consulitur, man berathschlaget sich nicht zum allgemeinen Besten; deditioni imminere, zur Uebergabe geneigt seyn, sich ergeben wollen; veniam alicui dare, Jem. verzeihen, begnadigen; utpote ejusdem gentis, da sie von derselben Nation, o. ihre Landsleute waren; in colloquium convocare, zu einer Unterredung einladen; vim: opes, Macht; commemorando, st. commemorantes; regnum Sopithis. Dieses Reich lag zwischen Kathäi und dem Hyphasisfluß; ut barbari: quantum barbari possunt; moribus: legibus.

8) Arbitrium, Gutbefinden; tollere et alere, am Leben lassen und erziehen, — tollere ist in dieser Bedeutung nicht nachzuahmen; quibus etc., denen die Sorge obliegt, die Leibesbeschaffenheit der Kinder zu untersuchen; insignes: aliqua corporis labe; si quos etc., wenn sie Einige darunter ungestaltet, oder an einem Theile ihrer Glieder gebrechlich (beschädiget, verstümmelt) finden, so lassen sie sie tödten, — dasselbe geschah auch bei den Spartanern; nuptiis — specie: nup-

auro purpuraque distincta, quae etiam crura velabat: aureis soleis inseruerat gemmas: lacerti quoque et brachia margaritis ornata erant. Pendebant ex auribus insignes candore et magnitudine lapilli. Baculum aureum berylli distinguebant: quo tradito precatus, *ut sospes acciperet*, se liberosque et gentem suam dedidit. Nobiles ad venandum canes in ea regione sunt: *latratu abstinere* dicuntur, *cum videre feram*, leonibus maxime infesti. [9]) Horum vim ut ostenderet Alexandro, in conspectu leonem eximiae magnitudinis jussit emitti, et IV omnino admoveri canes, qui celeriter occupaverunt feram; cum ex iis, qui adsueverant talibus ministeriis, unus, canis leoni cum aliis inhaerentis crus avellere, et, quia non sequebatur, ferro amputare coepit: nec sic quidem pertinacia victa, rursus aliam partem secare institit; et deinde non segnius inhaerentem ferro subinde caedebat. [10]) Ille in vulnere ferae dentes moribundus quoque infixerat. *Tantam in illis animalibus ad venandum cupiditatem ingenerasse naturam* memoriae proditum est. Equidem plura transcribo, quam credo: nam nec affirmare sustineo, de quibus dubito; nec subducere, quae

---

tiis coëunt, non ita, ut genere ac nobilitate conjungantur, sed ut corporum speciem eligant. Ueberſ.: ihre Wahl bei Heirathen wird nicht durch Abkunft und Adel, sondern durch Schönheit bestimmt, o. beim Heirathen sehen sie nicht auf Herkunft oder Adel, sondern auf körperliche Schönheit; obtinere, inne haben, besetzt halten, d. i. befehligen; dubitare, ungewiß seyn, nicht wissen; fraude se occulere, sich aus List verbergen; occurrit, sc. Alexandro; corporis specie multum eminere, sich durch körperliche Schönheit ungemein auszeichnen.

9) Erat, sc. regi; velare, bedecken; aureis — gemmas, seine goldenen Sandalen waren mit Edelsteinen besetzt; pendebant etc., von den Ohren hingen Perlen (Steinchen) von blendender Weiße und ausgezeichneter Größe herab; baculus v. baculum, Stock, Zepter; sospitem (sospiter) accipere, wohlbehalten, in Gnaden aufnehmen; nobilis, vortrefflich, vorzüglich; latratu abstinere: non latrare, latrare desinere.

10) Vis, Stärke; in conspectu, sc. ejus; in conspectu, And.: *in conseptu*; occupare, packen; cum ex iis etc., da suchte Einer von Denen, die man zu dergleichen Diensten brauchte (d. i. ein Hetzknecht), den Hund beim Beine, welcher nebst andern am Löwen hing, wegzureißen, und hieb ihm dasselbe, weil er nicht losließ, ab; da aber auch auf diese Art (hierdurch) seine Hartnäckigkeit nicht zum Nachgeben gebracht wurde, schnitt er ihm abermals ein anderes Glied ab; und weil er dessenungeachtet den Löwen noch fest hielt, hieb er ihm ein Glied nach dem andern vom Rumpfe.

accepit. Relicto igitur Sopitho in suo regno, ad fluvium Hypasin processit, Hephaestione, qui diversam regionem subegerat, conjuncto. Phegelas erat gentis proximae rex, qui, popularibus suis *colere agros ut adsueverant*, jussis, Alexandro cum donis occurrit, nihil quod imperaret detrectans. [11])

II. Biduum apud eum substitit rex: tertio die amnem superare decreverat, transitu difficilem, non spatio solum aquarum, sed etiam saxis impeditum. Percontatus igitur Phegelam, quae noscenda erant, *XI dierum ultra flumen per vastas solitudines iter esse* cognoscit: *excipere deinde Gangem, maximum totius Indiae fluminum: ulteriorem ripam colere gentes Gangaridas et Pharrasios; eorumque regem esse Aggrammen, XX millibus equitum ducentisque peditum obsidentem vias. Ad haec quadrigarum duo millia trahere, et praecipuum terrorem elephantos, quos trium millium numerum explere* dicebat. [1]) Incredibilia regi omnia videbantur. Igitur Porum (nam cum eo erat) percontatur, *an vera essent, quae dicerentur?* Ille, *vires quidem gentis et regni haud falso jactari*, affirmat: *ceterum qui regnaret, non modo ignobilem esse, sed etiam ultimae sortis; quippe patrem ejus tonsorem, vix diurno quaestu propulsantem famem, propter habitum haud indecorum, cordi fuisse reginae. Ab ea in propiorem ejus, qui tum regnasset, amicitiae locum admotum, interfecto eo per insidias, sub specie tutelae liberûm ejus invasisse regnum; necatisque pueris hunc, qui nunc regnat, generasse, invisum vilemque popularibus, magis pa-*

---

[11]) Ille in vulnere etc., sogar sterbend hielt er noch den verwundeten Löwen mit den Zähnen fest; ingenerare, einpflanzen, — die ganze Erzählung von diesem Hunde liefert nichts Außerordentliches. Der Hund hatte sich, wie man zu sagen pflegt, verbissen; transscribo (ex graeco in latinum), aus einem Buche in's andere schreiben, abschreiben, aus einem andern Schriftsteller etwas anführen; sustineo: audeo; subducere: omittere, silentio praeterire; Hephaestione juncto, und vereinigte sich mit dem H., der u. s. w.; diversa regio, die Landschaft jenseits des Flußes; populares, Landsleute, Unterthanen.

Inh. Alexander ermuntert seine des Krieges überdrüßigen Soldaten, die, als er im Begriffe stand, die Gangariden und Pharrasier anzugreifen, nicht mehr fechten wollten, in einer weitläufigen Rede zur Ausdauer und Beharrlichkeit.

[1]) Substitit: moratus est; spatium, Breite; quae noscenda erant, was man zu wissen nothwendig hatte; excipere (sc. proficiscentes) deinde Gangem, dann käme man zu dem Ganges; colere: habitare; obsidere, besetzt halten; ad haec: praeterea; trahere, sc. secum, mit sich führen.

*ternae fortunae, quam suae, memorem.* ²) Affirmatio Pori multiplicem animo regis injecerat curam. Hostem belluasque spernebat: situm locorum, et vim fluminum extimescebat: relegatos in ultimum paene rerum humanarum persequi terminum, et eruere, arduum videbatur. Rursus avaritia gloriae, et insatiabilis cupido famae, nihil invium, nihil remotum videri sinebat. Et interdum dubitabat, *an Macedones, tot emensi spatia terrarum, in acie et in castris senes facti, per objecta flumina, per tot naturae obstantes difficultates secuturi essent? abundantes onustosque praeda, magis parta frui velle, quam adquirenda fatigari. Non idem sibi et militibus animi esse: se totius orbis imperium mente complexum, adhuc in operum suorum primordio stare: militem, labore defatigatum, proximum quemque fructum finito tandem periculo expetere.* ³) Vicit ergo cupido rationem, et ad concionem vocatis militibus ad hunc maxime modum disseruit. *Non ignoro, milites,*

---

¹) Cum, bei; haud falso jactare, nicht übertrieben angeben; ceterum, qui regnaret: regem autem; ultimae sortis, von der niedrigsten Herkunft; tonsorem, sc. fuisse; vix diurno quaestu famem propulsare, mit dem täglichen Verdienste (Lohn) kaum den Hunger stillen; propter habitum etc., der wegen seiner schönen körperlichen Gestalt von der Königinn geliebt worden sey, o. ihr gefallen habe. Von ihr sey er bei dem damaligen Könige in die höchste Gunst gesetzt worden; per insidias, hinterlistig, hinterlistiger Weise; liberûm, poet. st. liberorum; regnum alicujus invadere, sich Jem. Throns bemächtigen; magis etc., er erinnere mehr an den väterlichen, als an seinen Stand.

²) Animo alicujus multiplicem curam injicere, Jem. vielfältige, mancherlei Sorgen verursachen; relegatos etc., es schien ihm beschwerlich, die beinahe bis an das Ende der Welt Verwiesenen zu verfolgen und herauszutreiben, o. herauszulocken; relegare, eigentl. fortschicken, b) weit entfernen; avaritia gloriae, Ehrgeiz; sinebat, sc. illum; tot spatia t. emetiri, so viele Länder durchziehen; in acie et in castris, in den Schlachten und Feldzügen; per — difficultates, über die im Wege stehenden (aufstoßenden) Flüße, und bei so vielen von der Natur entgegen stehenden Schwierigkeiten; parta, sc. praeda; praeda adquirenda fatigari, sich durch Beutemachen ermüden, mühsam neue Beute suchen; non — esse, die Krieger hegen mit ihm nicht gleiche Gesinnungen; totius orbis: sc. quantus tunc cognitus fuit; mente aliquid complecti, etwas mit dem Geiste umfassen, hier: die Herrschaft über den ganzen Erdkreis beabsichtigen, sich vornehmen, die ganze Welt zu erobern; proximum quemque fructum expetere, nach den ersten besten Früchten (seiner Feldzüge) Verlangen tragen, d. i. die ersten besten Früchte zu genießen wünschen.

*multa, quae terrere vos possent, ab incolis Indiae per hos dies de industria esse jactata: sed non est improvisa vobis mentientium vanitas. Sic Ciliciae fauces, sic Mesopotamiae campos, Tigrim et Euphratem, quorum alterum vado transivimus, alterum ponte, terribilem fecerant Persae. Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia, illa tradente, majora sunt vero. Nostra quoque gloria, cum sit ex solido plus tamen habet nominis, quam operis. Modo quis belluas offerentes moenium speciem, quis Hydaspen amnem, quis cetera auditu majora, quam vero, sustinere posse credebat? Olim hercule fugissemus ex Asia, si nos fabulae debellare potuissent.* [4]) *Creditisne elephantorum greges majores esse, quam usquam armentorum sunt? cum et rarum sit animal, nec facile capiatur, multoque difficilius mitigetur. Atqui eadem vanitas copias peditum equitumque numeravit. Nam flumen, quo latius fusum est, hoc placidius stagnat: quippe angustis ripis coercita, et in angustiorem alveum elisa, torrentes aquas invehunt; contra spatio alvei segnior cursus est. Praeterea in ripa omne periculum est, ubi applicantes navigia hostis exspectat. Ita quantumcunque flumen intervenit, idem futurum discrimen est evadentium in terram.* [5]) *Sed omnia ista vera esse fingamus. Utrumne vos magnitudo belluarum, an multitudo hostium terret? Quod pertinet ad elephantos, praesens habemus exemplum: in suos vehementius,*

---

[4]) Maxime, ungefähr; jactare, ausstreuen, aussprengen; sed — vanitas, allein die Windmacherei dieser Lügner kommt euch nicht unvermuthet; vado transire, durchwaden; ponte amnem transire, über einen Fluß auf einer Brücke gehen; nunquam — vero, der Ruf gelangt nie unverfälscht (rein) an Ort und Stelle; er vergrößert Alles durch seine Ueberlieferung; ex solido esse, gegründet seyn; plus nominis quam operis hoc habet, man macht mehr Wesens (Aufhebens) hievon, als es uns Mühe gekostet hat, o. als es in der That ist; modo — credebat? wer glaubte wohl vor Kurzem noch den Angriff auf die wie Mauern aussehenden Elephanten, wer den Uebergang über den Hydaspes, wer die übrigen Thaten, die man für größer ausgibt, als sie wirklich sind, wagen zu dürfen? fabula, Mährchen.

[5]) Mitigare, bändigen, zahm machen; vanitas, Prahlerei, Windmacherei, Marktschreierei, Lüge; nam — cursus est, denn der Ganges, je breiter er ist, desto sanfter fließt er, indem jederzeit in engen Ufern eingeschlossene, und in schmale Bette zusammengedrängte Flüsse sehr reißend strömen, im Gegentheile aber mit zunehmender Breite an ihrer Heftigkeit abnehmen; navigia applicare, besser appellere, landen; ita quantum cunque etc., der Fluß mag nun breit oder schmal seyn, so bleibt doch die Gefahr für die an's Land Steigenden gleich: intervenit, sc. inter nos et hostem.

*quam in nos incurrerunt: tam vasta corpora securibus falcibusque mutilata sunt. Quid autem interest, totidem sint, quod Porus habuit, an tria millia? cum uno aut altero vulneratis ceteros in fugam declinare videamus. Deinde paucos quoque incommode regunt: congregata vero tot millia ipsa se elidunt, ubi nec stare, nec fugere potuerint inhabiles vastorum corporum moles. Equidem sic animalia ista contemsi, ut, cum haberem, ipse non opposuerim; satis gnarus, plus suis, quam hostibus periculi inferre.* [6]) *At enim equitum peditumque multitudo vos commovet! cum paucis enim pugnare soliti estis, et nunc primum inconditam sustinebitis turbam. Testis adversus multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus amnis, et Cilicia inundata cruore Persarum, et Arbela, cujus campi devictorum a nobis ossibus strati sunt. Sero hostium legiones numerare coepistis, postquam solitudinem in Asia vincendo fecistis: cum per Hellespontum navigaremus, de paucitate nostra cogitandum fuit. Nunc nos Scythae sequuntur; Bactriana auxilia praesto sunt; Dahae Sogdianique inter nos militant. Nec tamen illi turbae confido.* [7]) *Vestras manus intueor; vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem praedemque habeo. Quamdiu vobiscum in acie stabo, nec meos nec hostium exercitus numeravero: vos modo animos mihi plenos alacritatis ac fiduciae adhibete. Non in limine operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus: pervenimus ad solis ortum et Oceanum, nisi obstat ignavia: inde victores, perdomito fine terrarum, revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolae faciunt, maturos fructus per inertiam amittere e manibus. Majora sunt periculis praemia: dives eadem, et imbellis est regio. Itaque non tam ad gloriam vos duco, quam ad praedam.* [8]) *Digni estis, qui opes,*

---

[6]) Fingamus, gesetzt, daß; praesens exemplum: in proelio cum Poro; vehementius incurrere, mit mehr Heftigkeit, Wuth losgehen; in fugam declinare, fliehen, durchgehen; congregatum esse, versammelt, beisammen seyn; se elidere, sich erdrücken; inhabiles vastorum corporum moles, unbehülfliche Fleischklumpen, Fleischmassen; opponere, entgegen stellen, im Kriege gebrauchen; plus periculi alicui inferre, Jem. gefährlicher seyn.

[7]) Commovet: terret; inconditam sustinebitis turbam: incomposito agmini resistetis; solitudinem in Asia vincendo facere, Asien durch Siege zur Einöde machen; cogitandum fuit, zierlich, st. fuisset; praesto esse, bei der Hand, in der Nähe seyn.

[8]) Manus, in der derben Sprache, Faust; vestram virtutem rerum etc., eure erprobte Tapferkeit bürgt mir für die Thaten, die ich unternehmen will; vas, eigentl. ein Bürge vor Gericht; praes, in

*quas illud mare litoribus invehit, referatis in patriam: digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis. Per vos gloriamque vestram, qua humanum fastigium excedítis, perque et mea in vos, et in me vestra merita, quibus invicti contendimus, oro quaesoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonemque vestrum, ne dicam regem, deseratis. Cetera vobis imperavi; hoc unum debiturus sum. Et is vos rogo, qui nihil unquam vobis praecepi, quin primus me periculis obtulerim: qui saepe aciem clypeo meo texi: ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque patrem, si invidia abfuerit, aequabo.* 9) *Date hoc precibus meis, et tandem obstinatum silentium rumpite. Ubi est ille clamor, alacritatis vestrae index? ubi ille meorum Macedonum vultus? Non agnosco vos, milites; nec agnosci videor a vobis. Surdas jamdudum aures pulso: aversos animos et infractos excitare conor.* Cumque illi in terram demissis capitibus tacere perseverarent: *Nescio quid*, inquit, *imprudens in vos deliqui, quod me ne intueri quidem vultis! in solitudine mihi videor esse.* 10) *Nemo respondet; nemo saltem negat. Quos alloquor? quid*

---

Geldsachen; vos modo etc., wendet mir nur fröhliche und vertrauungsvolle Herzen zu; in limine: in primordio; opus, Unternehmung; pervenimus, st. perventuri sumus, — weil er es als gewiß annimmt; per inertiam e manibus amittere, aus Trägheit aus den H. fahren lassen; abfuerit, sc. Deorum.

9) Qui st. ut, nach dignus, indignus, idoneus; litoribus invehere, an die Ufer führen, — nämlich Edelsteine, Perlen, Vergl. B. 8. 9.; nihil metu omissum relinquere, nichts aus Furcht hintangesetzt lassen; per vos, bei euch selbst; humanum fastigium excedere, es allen Menschen zuvorthun, o. beinahe den Göttern gleichen; quibus invicti contendimus: quibus ita quasi certavimus, ut nec ego vos, nec vos me viceritis; oro quaesoque, bitte und beschwöre ich euch; humanarum rerum, i. e. orbis terrarum; alumnus, Pflegsohn; ne dicam, ich will nicht sagen; cetera, adverbialiter, sonst; hoc unum: nunc hoc unum; debiturus sum, sc. vobis, zu verdanken haben; se periculis offerre, sich Gefahren aussetzen, preisgeben, schlecht lat.: se p. exponere; palmam in manibus infringere, den Palmzweig in den Händen zerbrechen; palma, ein Palmzweig, Zeichen des durch den Sieg errungenen Friedens.

10) Precibus alicujus aliquid dare, Jem. Bitte etwas zu Gefallen thun, o. Jem. Bitte etwas gewähren; alacritatis vestrae index, das Kennzeichen eurer Munterkeit, o. eurer Fröhlichkeit; surdas aures pulsare, tauben Ohren predigen; infractus animus, niedergeschlagenes Gemüth; excitare, aufmuntern; demissis capitibus, mit gesenkten Köpfen; imprudens, wider mein Wissen.

*autem postulo? vestram gloriam et magnitudinem vindicamus. Ubi sunt illi, quorum certamen paullo ante vidi contendentium, qui potissimum vulnerati regis corpus exciperent? desertus, destitutus sum, hostibus deditus. Sed solus quoque ire perseverabo. Objicite me fluminibus, et belluis, et illis gentibus, quarum nomina horretis. Inveniam, qui desertum a vobis sequantur: Scythae Bactrianique erunt mecum; hostes paullo ante, nunc milites nostri. Mori praestat, quam precario imperatorem esse. Ite reduces domos; ite deserto rege ovantes. Ego hic a vobis desperatae victoriae, aut honestae morti locum inveniam.* [11])

III. Ne sic quidem ulli militum vox exprimi potuit. Exspectabant, ut duces principesque ad regem perferrent, *vulneribus et continuo labore militiae fatigatos, non detrectare munia, sed sustinere non posse.* Ceterum illi metu attoniti in terram ora defixerant. Ergo primo fremitus sua sponte, deinde gemitus quoque oritur; paullatimque liberius dolor erigi coepit, manantibus lacrimis, adeo ut rex, ira in misericordiam versa, ne ipse quidem, quamquam cuperet, temperare oculis potuerit. [1]) Tandem universa concione effusius flente, Coenus ausus est, cunctantibus ceteris, propius tribunal accedere, significans se loqui velle. Quem ut videre milites detrahentem galeam capiti: (ita enim regem alloqui mos est,) hortari coeperunt, *ut causam exercitus ageret.* Tum Coenus, *Dii prohibeant*, inquit, *a nobis impias mentes; et profecto prohibent. Idem animus est tuis, qui fuit semper, ire quo jusseris, pugnare, periclitari, sanguine nostro commendare posteritati tuum no-*

---

[11]) Vindicare, zu retten suchen; ubi sunt illi etc., wo sind Jene, welche ich noch vor Kurzem um die Ehre, ihren verwundeten König tragen zu dürfen, streiten sah; destitutus, sc. auxilio, hülflos; dedere, bloßstellen, preisgeben; objicere, verwerfen, preisgeben; precario, durch Bitten, o. auf eine erbettelte Art; ite reduces: revertimini; ovare, frohlocken; ego hic etc., ich werde hier schon eine Gelegenheit zum Siege, an dem ihr verzweifeltet, oder zu einem ehrenvollen Tode finden.

Inh. Cönus antwortet im Namen des ganzen Heeres auf Alexanders Rede, und stirbt bald darauf.

[1]) Vocem exprimere, ein Wort herausbringen; ad aliquem aliquid perferre, Jem. etwas hinterbringen, bekannt machen; fatigatus, ermüdet, entkräftet; munia detrectare, sich den Kriegsdiensten entziehen, sich weigern, K. zu thun; metu attonitus, äußerst bestürzt; ora in terram defigere, das Gesicht auf die Erde richten, o. den Blick auf die Erde heften; dolor liberius erigitur, der Schmerz zeigt sich deutlicher; oculis: lacrimis.

*men. Proinde si perseveras, inermes quoque et nudi et exsangues, utcunque tibi cordi est, sequimur, vel antecedimus. Sed si audire vis non fictas tuorum militum voces, verum necessitate ultima expressas; praebe, quaeso, propitias aures imperium atque auspicium tuum constantissime secutis, et quocunque pergis secuturis. Vicisti, rex, magnitudine rerum non hostes modo, sed etiam milites. Quidquid mortalitas capere poterat, implevimus.* ²) *Emensis maria terrasque melius nobis, quam incolis, omnia nota sunt. Paene in ultimo mundi fine consistimus. In alium orbem paras ire, et Indiam quaeris Indis quoque ignotam: inter feras serpentesque degentes eruere ex latebris et cubilibus suis expetis, ut plura, quam sol videt, victoria lustres. Digna prorsus cogitatio animo tuo; sed altior nostro. Virtus enim tua semper in incremento erit; nostra vis in fine jam est. Intuere corpora exsanguia, tot perfossa vulneribus, tot cicatricibus putria. Jam tela hebetia sunt: jam arma deficiunt.* ³) *Vestem Persicam induimus, quia domestica subvehi non potest. In externum degeneravimus cultum. Quoto cuique lorica est? quis equum habet? jube quaeri, quam multos servi ipsorum persecuti sunt, quid cuique supersit ex praeda. Omnium victores, omnium inopes sumus. Nec luxuria laboramus,*

---

²) Effusius flere, zu stark, zu heftig weinen; tribunal: suggestum; detrahere, abnehmen; causam alicujus agere, Jem. Sache führen, exercitus, den Sprecher des Heeres machen; impius, pflichtvergessen, pflichtwidrig, — nämlich gegen den König; impias mentes ab aliquo prohibere, pflichtwidrige Gesinnungen von Jem. abwenden; periclitari, sich Gefahren aussetzen, G. trotzen; commendare, anvertrauen, überliefern; exsanguis, entkräftet; tibi cordi est: tibi libet, placet; non fictae voces, nicht erdichtete Worte, ungeheuchelte Sprache; ultima necessitas, die äußerste Noth; propitias aures alicui praebere, Jem. geneigte Ohren leihen, gnädig anhören; auspicium, Anführung; constantissime, so beharrlich; secuturis: qui secuturi sunt; quidquid etc., wir haben das geleistet, was nur Menschen möglich war.

³) Emensis: postquam emensi sumus; in alium orbem: in aliam partem terrarum, ultra Asiam sitam, ut 7. 7.; parare, Willens seyn, sich anschicken; degentes: colentes, habitantes; eruere, heraustreiben, herausziehen; expetis: desideras, cupis; ut plura etc., um siegreich solche Länder zu durchziehen, wo selbst die Sonne nicht hinkommt; dignus, Ehre machend, angemessen; animus, Muth; sed altior nostro, den unsrigen aber übersteigt er; virtus, Heldenmuth; in incremento esse, im Zunehmen seyn; in fine esse, zu Ende gehen; puter, is, e, morsch; deficere, abgenutzt seyn.

*sed hoc instrumenta belli consumsimus. Hunc tu pulcherrimum exercitum nudum objicies belluis? quarum ut multitudinem augeant de industria barbari, magnum tamen esse numerum etiam ex mendacio intelligo. Quod si adhuc penetrare in Indiam certum est; regio a Meridie minus vasta est.* [4]) *Qua subacta licebit decurrere in illud mare, quod rebus humanis terminum voluit esse natura. Cur circumitu petis gloriam, quae ad manum posita est? hic quoque occurrit Oceanus. Nisi mavis errare, pervenimus, quo tua fortuna ducit. Haec tecum, quam sine te cum his, loqui malui; non uti inirem circumstantis exercitus gratiam; sed ut vocem loquentium potius, quam ut gemitum murmurantium audires.* Ut finem orationi Coenus imposuit, clamor undique cum ploratu oritur, *regem*, *patrem*, *dominum*, confusis appellantium vocibus. [5]) Jamque et alii duces, praecipueque seniores, quîs ob aetatem et excusatio honestior erat, et auctoritas major, eadem precabantur. Ille nec castigare obstinatos, nec mitigare poterat iratos. Itaque inops consilii desiluit e tribunali, *claudique regiam* jussit, omnibus, praeter assuetos, adire prohibitis. Biduum irae datum est: tertio die processit, erigique XII aras ex quadrato saxo, monumentum expeditionis suae, *munimenta quoque castrorum* jussit *extendi, cubiliaque amplioris formae, quam pro corporum habitu, relinqui,* ut speciem omnium augeret, po-

---

[4]) Subvehere, zuführen; in externum cultum degenerare, in eine ganz fremde Tracht ausarten; quoto cuique, wie viele unter uns; quam — persecuti sunt, wie viele noch ihre Sclaven haben; omnium victores, obwohl wir alles besiegt haben; luxuria non laborare, nicht verschwenderisch seyn; instrumenta belli consumere, die Kriegswerkzeuge zu Grunde richten, — instrumentum militare v. belli bedeutet alles, was zum Kriege nothwendig ist, als Waffen, Kleidung, Mundvorrath u. s. w.; ut angenommen, gesetzt, daß, o. wenn auch; certum est, sc. tibi; mihi certum est, ich bin fest entschlossen, beharre darauf; minus, st. non adeo.

[5]) Quod rebus h. etc., welches die Natur zur Gränze der Welt bestimmt hat; circumitu gloriam petere, auf Unwegen Ruhm suchen; ad manum positum esse, bei der Hand, in der Nähe haben; quae ad m. p. est: ad quam breviori via et minori periculo pervenire potes; occurrit, sc. nobis, auch hier stoßen wir auf den Ocean; errare, herumirren, herumschweifen; gratiam alicujus inire, sich bei Jem. beliebt machen; finem orationi imponere, aufhören zu reden; cum ploratu, sc. militum, qui — appellabant; confusis vocibus eum regem, patrem etc. appellant, der Eine nennt ihn König, der Andere Vater rc.

sterilati fallax miraculum praeparans. [6]) Hinc repetens quae emensus erat, ad flumen Acesinem locat castra. Ibi fortè Coenus morbo exstinctus est. Cujus morte ingemuit rex quidem; adjecit tamen, *propter paucos dies longam orationem eum exorsum, tanquam solus Macedoniam visurus esset.* Jam in aqua classis, quam aedificari jusserat, stabat. Inter haec Memnon ex Thracia in supplementum equitum sex millia, praeter eos ab Harpalo peditum septem millia adduxerat; armaque XXV millia auro et argento caelata pertulerat, quis distributis vetera cremari jussit. [7]) Mille navigiis aditurus Oceanum, discordes et vetera odia retractantes Porum et Taxilem, Indiae reges, firmata per affinitatem gratia reliquit in suis regnis; summo in aedificanda classe amborum studio usus. Oppida quoque duo condidit, quorum alterum *Nicaeam* appellavit, alterum *Bucephalon*, equi, quem amiserat, memoriae ac nomini dedicans urbem. *Elephantis* deinde, et *impedimentis terra sequi* jussis, secundo amne defluxit; quadraginta ferme stadia singulis diebus procedens, ut opportunis locis exponi subinde copiae possent. [8])

---

[6]) Aetatem: senectutem; ille: Alexander; assuetos, sc. custodiae, Leibwache; adire, sc. se; aliquem adire prohibere, Jem. nicht vorlassen, nicht den Zutritt gestatten; biduum irae dare, zwei Tage zürnen, sich zwei Tage dem Zorne überlassen; munimenta extendere, die Verschanzungen erweitern; cubiliaque etc. und nach dem Verhältnisse ihrer Körperlänge größere Lagerstätte zurückzulassen, um allen Dingen ein größeres Ansehen zu geben, o. um alles zu vergrößern u. s. w.; fallax m. ein täuschendes Wunderwerk.

[7]) Repetere, den Rückmarsch antreten; morbo exstingui: mori; ingemiscere aliqua, gewöhnlicher, alicui rei; exorsus (exordior): habuit; in supplementum, zur Ergänzung, Verstärkung; Harpalus war Statthalter von Babylonien.

[8]) Navigiis Oceanum adire, in den O. segeln; vetera odia retractare, die alten Feindseligkeiten wieder erneuern; gratiam utriusque per affinitatem firmare, das gute Vernehmen, Einverständniß, o. freundschaftliche Verhältniß zwischen Beiden mittelst einer gestifteten Schwägerschaft befestigen; studium Dienstbeflissenheit, Dienste, wie opera; duo oppida condidit: Non intellexit Curtius Diodorum suum, qui lib. 17. 89. Alexandrum urbes illas condidisse scripserat, quem locum supra transtulit Curt. 9. 1. Nunc addit Diod. c. 95.: Alexandrum urbibus jam exaedificatis nomina imposuisse Nicaeae et Bucephalae. Ex quibus Curtius sua fecit, oblitus quasi eorum, quae supra scripserat. Alexander ab Hyphasi redux quum illas urbes per imbres Indiae aestivos aliquantum corruptas invenisset, militum opera eas instauravit, ut testatur

IV. Perventum erat in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini committitur. Hinc decurrit in fines Sobiorum. Hi *de exercitu Herculis majores suos esse* commemorant; *aegros relictos esse: cepisse sedem, quam ipsi obtinebant.* Pelles ferarum pro veste, clavae pro telo erant: multaque, etiam cum Graeci mores exolevissent, stirpis ostendebant vestigia. Hic exscensione facta, CC et L stadia processit, depopulatusque regionem, oppidum caput ejus corona cepit. XL peditum millia alia gens in ripa fluminum opposuerat: quam amne superato in fugam compulit, inclusosque moenibus expugnat. Puberes interfecti sunt, ceteri venierunt. [1]) Alteram deinde urbem expugnare adortus, magnaque vi defendentium pulsus, multos Macedonum amisit. Sed cum in obsidione perseverasset, oppidani, desperata salute, ignem subjecere tectis, se quoque ac liberos conjugesque incendio cremant. Quod cum ipsi augerent, hostes exstinguerent, nova forma pugnae erat. Delebant incolae urbem; hostes defendebant: adeo etiam naturae jura bellum in contrarium mutat. Arx erat oppidi intacta, in qua praesidium dereliquit; ipse navigio circumvectus est arcem. Quippe III flumina tota India praeter Gangem maxima munimento arcis applicant undas. [2]) A septemtrione Indus

---

Arrian. 5. 29. 8. Schmieder. Terra sequi jubere, zu Lande folgen lassen; secundo amne (sc. Hydaspe) defluere, den Fluß hinabschiffen; copias exponere, die T. ans Land setzen.

Inh. Nachdem A. nebst andern Völkerschaften auch die Sobier unterjocht hat, rückt er in das Land der Oxydraker und Maller ein, schlägt nach einer an sein Heer gehaltenen Rede die Barbaren, und belagert wider den Rath des Weissagers Demophoon ihre Stadt.

[1]) Committi, sich vereinigen; decurrit, sc. Acesines amnis; esse: originem trahere ab —, abstammen; clava, Keule; telum, Waffe, Gewehr; erant, sc. iis; exolescere, auswachsen, b) aus der Gewohnheit kommen, verschwinden; exscensionem facere, aussteigen, landen; corona capere, mit Sturm nehmen; alia gens, And.: *gens*; opponere, entgegen stellen; amnem superare, über einen F. setzen; inclusos moenibus expugnare, die in die Stadt Geflüchteten gefangen nehmen, — sie flohen in die Stadt, Alexander eroberte diese, und machte sie zu Gefangenen; venire, als Sclav verkauft werden.

[2]) Expugnare adoriri, zu stürmen anfangen; vis, Menge, — nach Diodor waren in dieser Stadt 80,000 Vertheidiger; in obsidione perseverare, die Belagerung fortsetzen; salutem desperare, an der Rettung verzweifeln; ignem tectis subjicere, die Häuser in Brand stecken; se incendio cremare, sich den Flammen preisgeben; nova forma pugnae, eine ungewöhnliche Art des Kampfes; delebant, sc. incendio; defendere, sc. ab incendio, retten; in contrarium

alluit; a meridie Acesines Hydaspi confunditur. Ceterum amnium coitus maritimis similes fluctus movent, multoque ac turbido limo, quod aquarum concursu subinde turbatur, iter, qua meant navigia, in tenuem alveum cogitur. Itaque cum crebri fluctus se inveherent, et navium hinc proras, hinc latera pulsarent; subducere nautae coeperunt. Sed ministeria eorum hinc metu, hinc praerapida celeritate fluminum occupantur. In oculis duo majora omnium navigia submersa sunt; leviora, cum et ipsa nequirent regi, in ripam tamen innoxia expulsa sunt. 3) Ipse rex in rapidissimos vortices incidit: quibus intorta navis, obliqua, et gubernaculi impatiens agebatur. Jam vestem detraxerat corpori, projecturus semet in flumen; amicique, ut exciperent eum, haud procul natabant: apparebatque anceps periculum tam nataturi, quam navigare perseverantis. Ergo ingenti certamine concitant remos quantaque vis humana esse poterat, admota est, ut fluctus, qui se invehebant, everberarentur. Findi crederes undas, et retro gurgites cedere. Quibus tandem navis erepta, non tamen ripae applicabatur, sed in proximum vadum illiditur. 4) Cum amne bellum fuisse crederes. Ergo aris pro

---

mutare, in das Entgegengesetzte verwandeln; intactus unbeschädigt; quippe etc., denn die größten drei Flüße Indiens bespülen außer dem Ganges die Festungswerke dieser Burg.

3) Confundi, wie oben, committi; ceterum omnium etc. Diese Flüße bilden aber bei ihrer Vereinigung Wellen, die denen auf der See gleichen; movent, And.: *movet*; multoque etc. und durch den häufigen und trüben Schlamm, der zuweilen bei der Vereinigung der Gewässer aufgeregt wird, wird der Durchweg der Fahrzeuge in ein schmales Bette verengert; in — cogitur: in angustum canalem constringitur Acesines. Edd. cum n. Var.; Schmieder bemerkt bei der Stelle: quod — turbatur, sehr richtig: quam frigent haec omnia! Limus vocatur turbidus, quia turbatur subinde aquarum concursu; se invehere, sich erheben; subducere, sc. navigia amni, i. e. e periculo eripere, ad ripam ducere; ministerium, Verrichtung, Bemühung; occupari, verhindert werden, d. i. vereiteln; in oculis, vor ihren Augen; submergere, versenken, passive, untergehen; expellere, ans Ufer treiben, stoßen.

4) Incidere in aliquid, in etwas gerathen; quibus etc. durch welche das Schiff in die Quer gedreht, und so, ohne das Steuerruder brauchen zu können, fortgetrieben wurde; excipere, auffangen; apparebatque, etc. und Beides schien gleich gefährlich, sowohl zu schwimmen, als auch im Schiffe zu bleiben; ingenti c. remos concitare, mit einem außerordentlichen Wetteifer rudern; quantaque etc. und man wandte alle menschenmögliche Kraft an, um die emporsteigenden (o. an das Schiff schlagenden) Wellen zu durchbrechen; ripae applicari, ans

numero fluminum positis, sacrificioque facto, XXX stadia processit. Inde ventum est in regionem Oxydracarum Mallorumque, quos alias bellare inter se solitos tunc periculi societas junxerat. Nonaginta millia juniorum peditum in armis erant; praeter hos equitum X millia, nongentaeque quadrigae. At Macedones, qui omni discrimine jam defunctos se esse crediderant, postquam integrum bellum cum ferocissimis Indiae gentibus superesse cognoverunt, improviso metu territi, rursus seditiosis vocibus regem increpare coeperunt. [5]) *Gangem amnem, et quae ultra essent, coactos transmittere; non tamen finisse, sed mutasse bellum. Indomitis gentibus se objectos, ut sanguine suo aperirent ei Oceanum. Trahi extra sidera et solem, cogique adire, quae mortalium oculis natura subduxerit. Novis identidem armis novos hostes exsistere. Quos ut omnes fundant fugentque, quod praemium ipsos manere? caliginem, ac tenebras, et perpetuam noctem profundo incubantem; repletum immanium belluarum gregibus fretum; immobiles undas, in quibus emoriens natura defecerit.* Rex non sua, sed militum sollicitudine anxius, concione advocata docet, *imbelles esse, quos metuant.* [6]) *Nihil deinde praeter has gentes obstare, quo minus terrarum spatia emensi ad finem simul mundi laborumque perveniant. Cessisse illis metuentibus Gangem, et multitudinem nationum, quae ultra amnem essent: declinasse iter eo, ubi par gloria, minus periculum esset. Jam prospicere se Oceanum: jam perflare ad ipsos auram maris: ne inviderent sibi laudem, quam peteret.*

---

Ufer gebracht werden; in p. vadum illidi, in die nächste Untiefe getrieben werden.

[5]) Periculi societas, gemeinschaftliche Gefahr; omni discrimine defungi, jede Gefahr, alle G. überstehen; bellum integrum, ein ganz neuer Krieg; increpare, laut tadeln, losziehen, aliquem, seditiosis v., aufrührische Reden gegen Jem. ausstoßen, führen.

[6]) Ultra sc. Gangem; sed mutasse bellum, i. e. in alium, in novum mutasse, sc. Alexandrum; extra sidera et solem: hyperbole; quasi milites ultra eum locum sibi progrediendum esse crediderunt, ex quo sol et sidera oriuntur, in regiones, aeterna caligine involutas; subducere, entziehen; novis armis etc. beim Empfang neuer Waffen kämen auch immer wieder neue Feinde zum Vorschein, — er zielt auf die 25,000 Rüstungen, die Memnon gebracht hatte; ut, gesetzt, daß; et p. n. profundo (sc. mari) incubantem, eine ewige über dem Ocean verbreitete Nacht; fretum: mare; undas: aquas; in quibus etc. in welchen die erstorbene Natur ohne Kraft sey. Der König, der nicht seinetwegen, sondern wegen der Besorgniß seiner Soldaten in Angst war, u. s. w.

*Herculis et Liberi patris terminos transituros illos, regi suo, parvo impendio, immortalitatem famae daturos. Paterentur se ex India redire, non fugere.* [7]) Omnis multitudo, et maxime militaris, mobili impetu fertur. Ita seditionis non remedia quam principia majora sunt. Non alias tam alacer clamor ab exercitu est redditus, jubentium, *duceret Diis secundis, et aequaret gloria, quos aemularetur.* Laetus his acclamationibus ad hostes protinus castra movit. Validissimae Indorum gentes erant, et bellum impigre parabant; ducemque ex natione Oxydracarum spectatae virtutis elegerant, qui sub radicibus montis castra posuit, lateque ignes, ut speciem multitudinis augeret, ostendit; clamore quoque ac sui moris ululatu identidem adquiescentes Macedonas frustra terrere conatus. [8]) Jam lux apparebat, cum rex fiduciae ac spei plenus alacres milites *arma capere, et exire in aciem* jubet. Sed metune, an seditione oborta inter ipsos, subito profugerunt barbari. Certe avios montes et impeditos occupaverunt. Quorum agmen rex frustra persecutus, impedimenta cepit. Perventum deinde est ad oppidum Oxydracarum, in quod plerique confugerant, haud majore fiducia moenium, quam armorum. Jam admovebat rex, cum vates monere eum coepit, *ne committeret, aut certe differret obsidionem. Vitae ejus periculum ostendi.* [9]) Rex Demophoonta (is namque vates erat) intuens, *si quis,* inquit, *te arti tuae intentum et exta spectantem sic interpellet:*

---

[7]) Terrarum spatia emetiri, die Welt durchziehen; cessisse: (se, Alexandrum) seinen Plan, über den Ganges zu gehen, und gegen die jenseits dieses Flußes wohnenden vielen Völker zu ziehen, habe er bei ihrer Furcht aufgegeben; viam eo declinare, den Marsch dahin nehmen; perflare: reflare, entgehen wehen; p. impendio, mit geringer Mühe; daturos: comparaturos.

[8]) Multitudo, Volksmenge; mobili impetu ferri, sich leicht bewegen lassen; ita etc., so leicht ein Aufruhr entstehet, so leicht läßt er sich auch wieder dämpfen; non alias: nunquam; redditus: sublatus; reddere, eigentl. erwiedern; jubentium, sc. militum (bezieht sich auf clamor): postulantium, petentium; Diis s., unter Begünstigung der Götter; bellum impigre parare, sich thätig zum Kriege rüsten; spectatae v., von erprobter Tapferkeit; speciem multitudinis augere, dem Heere ein größeres Ansehen geben, stärker scheinen; adquiescere, ausruhen, o. sich ruhig verhalten.

[9]) Lux apparet, der Tag bricht an; in aciem exire, sc. castris, sich in Schlachtordnung stellen; impeditus, unwegsam, unzugänglich; haud — armorum: non minus armis suis quam moenibus confisi; admovebat, sc. exercitum; committere, vernehmen; certe: saltem.

*non dubitem, quin incommodus ac molestus videri tibi possit.* Et cum ille *ita prorsus futurum* respondisset; *Censesne*, inquit, *tantas res, non pecudum fibras ante oculos habenti, ullum esse majus impedimentum, quam vatem superstitione captum?* Nec diutius quam respondit moratus, *admoveri* jubet *scalas:* cunctantibusque ceteris evadit in murum. [10]) Angusta muri corona erat: non pinnae sicut alibi fastigium ejus distinxerant; sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. Itaque rex haerebat magis, quam stabat in margine, clypeo undique incidentia tela propulsans; nam ubique eminus ex turribus petebatur. Nec subire milites poterant, quia superne vi telorum obruebantur. Tandem magnitudinem periculi pudor vicit: quippe cernebant, cunctatione sua dedi hostibus regem. Sed festinando morabantur auxilia. Nam dum pro se quisque certat evadere, oneravere scalas; quis non sufficientibus devoluti unicam spem regis fefellerunt. Stabat enim in conspectu tanti exercitus, velut in solitudine destitutus. [11])

V. Jamque laevam, qua clypeum ad ictus circumferebat, lassaverat, clamantibus amicis; *ut ad ipsos desiliret,*

---

[10]) Habenti: ei, qui habet; superstitione captum esse, vom Aberglauben eingenommen seyn; scalas admovere, die Sturmleitern anlegen; in murum evadere, die M. ersteigen.

[11]) Muri corona: Solebant in moenium fastigio pinnae eminere, inter quas transitus patebat; hic non erant pinnae, sed perpetua lorica, sive structura fastigiata ad pluviam in utrumque latus ita deducendam, ut murus non laederetur. Quod quo facilius fieri posset, habebant tales loricae coronam, sive projecturas, murum excedentes, per quas pluviae guttae eo longius extra murum rejiciebantur, quo latior ipsa corona erat. In illius igitur urbis muro et corona angusta erat, et lorica perpetua, propter cujus fastigiatam structuram Alexander in margine ejus magis haerebat, quam stabat. Schmieder. — Die Mauer war oben so gebaut, wie die Dächer, und lief in eine Spitze aus. Uebers.: Die oberste Einfassung der Mauer war schmal, und hatte keine Einschnitte (Spitzen, Zinnen), wie bei andern Mauern, sondern die Brustwehr (Schutzdach) lief ununterbrochen fort, um den Durchgang (zwischen den Spitzen) zu verhindern; incidentia, sc. in se; petebatur, sc. telis; subire, sc. moenia, an die Mauern rücken, o. die M. ersteigen; vi: multitudine; aliquid vincere, über etwas siegen; dedi, in die Hände fallen; nam dum, denn da Jeder sich bemühte, sie zu ersteigen, o. da Jeder der Erste auf der Mauer seyn wollte; onerare, sc. nimis, überladen; quis sufficientibus: quae (scalae) quum non sufficerent; non sufficere, nicht stark genug seyn, nicht ertragen können, wegen der Last brechen.

stabantque excepturi; cum ille rem ausus incredibilem atque inauditam, multoque magis ad famam temeritatis, quam gloriae, insignem. Namque in urbem hostium plenam praecipiti saltu semetipse immisit; cum vix sperare posset dimicantem certe, et non inultum esse moriturum: quippe antequam assurgeret, opprimi poterat, et capi vivus. Sed forte ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet. Itaque stans init pugnam; et ne circumiri posset, fortuna providerat. ¹) Vetusta arbor, haud procul muro, ramos multa fronde vestitos, velut de industria regem protegentes, objecerat: hujus spatioso stipiti corpus, ne circumiri posset, applicuit; clypeo tela, quae ex adverso ingerebantur, excipiens. Nam cum unum procul tot manus peterent, nemo tamen audebat propius accedere; missilia ramis plura, quam clypeo incidebant. Pugnabat pro rege primum celebrati nominis fama; deinde desperatio, magnum ad honeste moriendum incitamentum. Sed cum subinde hostis afflueret, jam ingentem vim telorum exceperat clypeo; jam galeam saxa perfregerant; jam continuo labore gravia genua succiderant. ²) Itaque contemtim et incaute, qui proximi steterant, incurrerunt: e quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent. Nec cuiquam deinde propius incessendi eum animus fuit; procul jacula sagittasque mittebant. Ille ad omnes ictus expositus, aegre jam exceptum poplitibus corpus tuebatur; donec Indus duorum cubitorum sagittam (nam-

---

Inh. Alexander dringt durch einen verwegenen Sprung in die Stadt, wird schwer verwundet, verliert die Tapfersten seiner Feldherren, erobert aber die Stadt, und wird zur Freude seines Heeres gänzlich wieder hergestellt.

¹) Clypeum ad ictus circumferre, den Schild gegen die Pfeilwürfe herumwenden, herumdrehen, — um sie aufzufangen; ausus, Anb.: *ausus est*; cum ille etc., da wagte er eine unglaubliche und unerhörte That, welche mehr den Ruf seiner Verwegenheit, als seinen Ruhm vermehrte; praecipiti saltu in aliquem locum se immittere, plötzlich, unbesonnen wohin springen; inultum, sc. se; opprimere, überfallen; librare, im Gleichgewichte erhalten; pedibus se excipere, auf die Füße zu stehen kommen; pugnam inire, den K. beginnen; provideo, dafür sorgen.

²) Rami m. f. vestiti, stark belaubte Aeste; de industria, gleichsam absichtlich; corpus spatioso stipiti applicare, sich an den dicken Stamm anlehnen; ex adverso, von vorne; ingerebantur, sc. illi; adire, sc. eum; ad honeste moriendum, zu einem rühmlichen Tode; hostis subinde affluit, ein feindlicher Haufe strömt nach dem andern herbei; gravia genua succidunt, die ermüdeten (beschwerten) Kniee sinken.

que Indis, ut antea diximus, hujus magnitudinis sagittae erant) ita excussit, ut per thoracem paullum super latus dextrum infigeretur. [3]) Quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante, remisit arma moribundo similis, adeoque resolutus, ut ne ad vellendum quidem telum sufficeret dextra. Itaque ad exspoliandum corpus, qui vulneraverat alacer gaudio accurrit. Quem ut injicere corpori suo manus sensit, credo, ultimi dedecoris indignitate commotus, linquentem revocavit animum, et nudum hostis latus subjecto mucrone hausit. Jacebant circa regem tria corpora, procul stupentibus ceteris: ille ut, antequam ultimus spiritus deficeret, dimicans jam exstingueretur, clypeo se allevare conatus est; et postquam ad connitendum nihil supererat virium, dextra impendentes ramos complexus tentabat assurgere. [4]) Sed ne sic quidem potens corporis, rursus in genua procumbit; manu provocans hostes, si quis congredi auderet. Tandem Peucestas per aliam oppidi partem deturbatis propugnatoribus muri vestigia persequens regi supervenit. Quo conspecto Alexander, jam non vitae suae, sed mortis solatium supervenisse ratus, clypeo fatigatum corpus excepit. Subit inde Timaeus: et paullo post Leonnatus: huic Aristonus supervenit. Indi quoque, cum intra moenia regem esse comperissent, omissis ceteris illuc concurrerunt, urgebantque protegentes. [5]) Ex quibus Timaeus, multis ad-

---

[3]) Incurrerunt, sc. in eum; excipere, empfangen; exanimem procumbere, entseelt zu Boden stürzen; incessere, angreifen, eindringen; animus, Muth, auch Lust; mittebant, sc. in eum; expositus, ausgesetzt, preisgegeben, — gewöhnlicher alicui rei; exceptum poplitibus corpus aegre tueri, sich auf den Knieen mit Mühe wehren, vertheidigen; excutere, abschießen, abschleudern; per thoracem infigi, durch den Brustharnisch dringen.

[4]) Hoc v. afflictus, so verwundet; emicare, hervor-, heraus-springen; ad velendum: ad evellendum; resolutus, geschwächt, schwach; sufficere, Kräfte genug zu etwas haben; exspoliari, ausplündern; manus corpori injicere, Hand an ihn legen; credo, meines Erachtens; ultimi dedecoris indignatione commotus, aus Unwillen über diese äußerst schändliche That; linquentem a. revocare, sich wieder von der Ohnmacht erholen; subjecto mucrone latus haurire, von unten mit dem Degen die Seite durchbohren; ultimus spiritus me deficit, der letzte Lebenshauch mangelt mir, d. i. ich gebe den Geist auf; ad connitendum, zur Anstrengung, zum Aufrichten.

[5]) Potens corporis: ad corpus erigendum sufficiens; provocare, herausfordern; propugnatores deturbare, die Vertheidiger der Mauer herabstürzen o. verjagen; muri vestigia persequi, an der Mauer fort hingehen, — nämlich, wo der König gegangen war;

verso corpore vulneribus acceptis, egregiaque edita pugna, cecidit: Peucestas quoque tribus jaculis confossus non se tamen scuto, sed regem tuebatur: Leonnatus, dum avide ruentes barbaros submovet, cervice graviter icta semianimis procubuit ante regis pedes. Jam et Peucestas vulneribus fatigatus submiserat clypeum: in Aristono spes ultima haerebat. Hic quoque graviter saucius tantam vim hostium ultra sustinere non poterat. Inter haec ad Macedonas *regem cecidisse* fama perlata est. Terruisset alios, quod illos incitavit. Namque periculi omnis immemores dolabris perfregere murum; et qua moliti erant aditum, irrupere in urbem, Indosque plures fugientes, quam congredi ausos, ceciderunt. [6]) Non senibus, non feminis, non infantibus parcitur: quisquis occurrerat, ab illo vulneratum regem esse credebant. Tandemque internecione hostium justae irae parentatum est. *Ptolemaeum, qui postea regnavit, huic pugnae adfuisse,* auctor est Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriae suae non refragatus, *abfuisse se, missum in expeditionem,* memoriae tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta, vel securitas, vel par huic vitium, credulitas fuit! Rege in tabernaculum relato, medici lignum hastae corpori infixum, ita ne spiculum moveretur, abscindunt. [7]) Corpore deinde nudato animadvertunt hamos inesse telo; nec aliter id sine pernicie corporis extrahi posse, quam ut secando vulnus augerent. Ceterum ne secantes profluvium sanguinis occuparet, verebantur; quippe ingens telum adactum erat, et penetrasse in viscera videbatur. Critobulus, inter medicos artis eximiae, sed in tanto periculo territus, manus admovere metuebat, ne in ipsius caput parum prosperae curationis recideret eventus. Lacrimantem eum ac metuentem, et sollicitudine propemodum exsanguem, rex conspe-

---

regi, And.: *regis*; non vitae — supervenire, nicht sowohl zu seiner Rettung, sondern vielmehr zur Tröstung bei s. Tode kommen; corpus c. excipere, sich auf den Schild stemmen; urgere, zusetzen.

[6]) Adverso corpore, vorne; egregiam p. edere, auf's Tapferste kämpfen; ruentes b. submovere, die eindringenden B. abhalten; submittere, sinken lassen; haerebat: sita, posita erat; et qua etc., und wo sie einen Eingang gemacht hatten; ceciderunt: interfecerunt.

[7]) Tandem etc., endlich brachte man durch das Niedermetzeln der Feinde seinem gerechten Zorne ein Opfer; gloriae refragari, seinem R. hinderlich seyn, Abbruch thun; refragatus: qui refragatus fuisset; in expeditionem mittere, zu einer Unternehmung abschicken; tanta etc., so sorglos, oder, was gleich fehlerhaft ist, so leichtgläubig waren die Schriftsteller der alten Geschichtbücher; hastae, And.: *sagittae*.

xerat. *Quid, inquit, quodve tempus exspectas, et non quamprimum hoc dolore mo saltem moriturum liberas? An times, ne reus sis, cum insanabile vulnus acceperim?* [8]) At Critobulus tandem vel finito, vel dissimulato metu, hortari eum coepit, *ut se continendum praeberet, dum spiculum evelleret: etiam levem corporis motum noxium fore.* Rex cum affirmasset, *nihil opus esse iis, qui semet continerent;* sicut praeceptum erat, sine motu praebuit corpus. Igitur patefacto latius vulnere, et spiculo evulso, ingens vis sanguinis manare coepit; linquique animo rex, et caligine oculis offusa, veluti moribundus extendi. Cumque profluvium medicamentis frustra inhiberent, clamor simul atque ploratus amicorum oritur, regem exspirasse credentium. [9]) Tandem constitit sanguis, paullatimque animum recepit, et circumstantes coepit agnoscere. Toto eo die ac nocte, quae secuta est, armatus exercitus regiam obsedit, confessus omnes unius spiritu vivere. Nec prius recesserunt, quam compertum est, somno paullisper adquiescere. Hinc certiorem spem salutis ejus in castra retulerunt. [10])

VI. Rex septem diebus curato vulnere, necdum obducta cicatrice, cum audisset, *convaluisse apud barbaros famam mortis suae; duobus navigiis junctis, statui in medium undique conspicuum tabernaculum* jussit, *ex quo se ostenderet perisse credentibus.* Conspectusque ab incolis spem hostium

---

[8]) Hamus, Widerhaken; secando v. augere, durch einen Schnitt die Wunde vergrößern; ceterum etc., sie fürchteten übrigens, daß ihnen beim Schneiden das Hervorfließen des Blutes hinderlich seyn würde; denn der Pfeil war, seiner Größe wegen, tief, und, wie es schien, bis auf das Eingeweide eingedrungen; medicus eximiae artis, ein sehr geschickter Arzt; manus admovere v. injicere, H. anlegen; ne in ipsius etc., er möchte, wenn die Heilung nicht gut ausfiele, es wohl gar mit dem Leben büßen müssen; sollicitudine exsanguis, vor Besorgniß todtenblaß; quid, inquit etc., worauf, und wie lange wartest du noch, und warum befreiest du mich nicht sobald als möglich von diesem Schmerze, wenn ich auch sterben sollte?

[9]) Finire, ein Ende nehmen, verschwinden; dissimulare, verbergen; se continendum praebere, sich halten lassen; animo linqui, in Ohnmacht fallen; caligo oculis meis offunditur, es wird mir dunkel vor den Augen; extendi, sich ausdehnen, ausstrecken; profluvium inhibere, dem Fließen des Blutes Einhalt thun, das Blut stillen.

[10]) Sanguis consistit, das B. stillte sich; animum recipere, sich erholen, wieder zu sich kommen; regia, königl. Zelt — es bedeutet überhaupt den Ort, wo sich der König aufhielt; omnes etc. daß von des Königs Leben das ihrige abhänge; somno adquiescere: dormire; hinc: ex hoc somno; spes salutis, H. zur Rettung.

falso nuntio conceptam inhibuit. Secundo deinde amne defluxit, aliquantum intervalli a cetera classe praecipiens, ne quies corpori invalido adhuc necessaria pulsu remorum impediretur. Quarto, postquam navigare coeperat die, pervenit in regionem desertam quidem ab incolis, sed frumento et pecoribus abundantem. Placuit is locus et ad suam, et ad militum requiem. [1]) Mos erat principibus amicorum, et custodibus corporis, excubare ante praetorium, quoties regi adversa valetudo incidisset. Hoc tum more quoque servato universi cubiculum ejus intrant. Ille sollicitus, ne quid novi afferent, quia simul venerant, percontatur, *num hostium recens nuntiaretur adventus.* At Craterus, cui mandatum erat, ut amicorum preces perferret ad eum, *Credisne*, inquit, *adventu magis hostium, ut jam in vallo consisterent, quam cura salutis tuae, ut nunc est tibi vilis, nos esse sollicitos? Quantulibet vis omnium gentium conspiret in nos; impleat armis virisque totum orbem; classibus maria consternat; inusitatas belluas inducat: tu nos praestabis invictos.* [2]) *Sed quis Deorum hoc Macedoniae columen ac sidus diuturnum fore polliceri potest; cum tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in casum?*

---

Inh. Alexander antwortet auf die Bitte seiner Vertrauten, sich in Zukunft rücksichtlich des Gemeinwohls mehr zu schonen, mit Heldenmuth, und erklärt fest entschlossen, den Erdkreis erobern zu wollen.

[1]) Obductus, zugeheilt; convalescere, überhand nehmen, sich verbreiten; conspicuus, sichtbar; in medium, sc. navigiorum; spem concipere, H. schöpfen, fassen; secundo amne defluere, den F. hinabfahren; aliquantulum intervalli praecipere, ein wenig, in einer kleinen Entfernung vorausfahren; corpori invalido; And.: *invalido*, And.: *perinvalido*; pulsu r. impediri, durch das Schlagen, Stoßen der R. gestört werden; postquam — coeperat, nach s. Abfahrt; placuit etc. diese Gegend behagte ihm sowohl zu seiner, als auch zur Ruhe s. Krieger.

[2]) Mihi mos est, ich bin gewohnt; in adversam valetudinem, häufiger, in morbum incidere, in eine K. verfallen; num etc. ob man neuerdings die Ankunft des Feindes melde; preces alicujus ad aliquem perferre, eines Bitte Jem. hinterbringen, vortragen; ut wenn auch; in vallo, sc. nostro; cura salutis, die Sorge für die Gesundheit, für das Leben; ut — vilis, da du es vor Kurzem so gering achtest; aliqua re sollicitum esse, um, wegen etwas besorgt seyn; quantalibet — orbem, mag sich eine noch so große Macht aller Völker gegen uns vereinigen, mag sie den ganzen Erdkreis mit bewaffneten Kriegern erfüllen, u. s. w.; consternere, bedecken; praestabis: efficies, reddes.

*Quis enim tibi superstes aut optat esse, aut potest? Eo pervenimus, auspicium atque imperium secuti tuum, unde nisi te reduce nulli ad penates suos iter est. Qui si adhuc de Persidis regno cum Dario dimicares; etsi nemo vellet, tamen ne admirari quidem posset, tam promtae esse te ad omne discrimen audaciae: nam ubi paria sunt periculum ac praemium, et secundis rebus amplior fructus est, et adversis solatium majus* [3]) *Tuo vero capite ignobilem vicum emi, quis ferat, non tuorum modo militum, sed ullius etiam gentis barbarae civis, qui tuam magnitudinem novit? Horret animus cogitatione rei, quam paullo ante vidimus. Eloqui timeo, invicti corporis spoliis inertissimos manus fuisse injecturos, nisi te interceptum misericors in nos fortuna servasset. Totidem proditores, totidem desertores sumus, quot te non potuimus persequi. Universos licet milites ignominia notes; nemo recusabit luere id, quod ne admitteret, praestare non potuit. Patere nos, quaeso, alio modo esse viles tibi. Quocunque jusseris, ibimus.* [4]) *Obscura bella et ignobiles pugnas nobis deposcimus: temetipsum ad ea serva pericula, quae magnitudinem tuam capiunt. Cito gloria ob-*

---

[3]) Columen, Stütze; corpus: te; oblitus: et ita oblivisca- ris; tot civium etc. daß du das Leben so vieler Unterthanen mit deinem Untergange zugleich ins Verderben ziehest; in casum: in periculum, in perniciem, si ipse perires; alicui v. alicujus superstitem esse, Jem. überleben; auspicium — tuum, unter deiner Anführung und deinem Oberbefehle; nisi te reduce etc. von wo aus Keiner nach Hause (zu s. Hausgöttern) ziehen kann, außer wenn du sie zurückführest; qui: tu vero; admirari st. mirari; ne admirari quidem posset: nemo quidem vellet, ut periculis te offerres, nec tamen, si faceres, miraretur. Quippe cogitaret non iniquum esse, ut magnum ob praemium magnum etiam periculum susciperetur. Freinsh.; promtae ad omne d. audaciae esse, jeder Gefahr kühn Trotz biethen, oder sich verwegen in j. G. begeben; et secundis etc. da ist im Glück mehr Vortheil, und im Unglück mehr Trost, — weil es sich um etwas Wesentliches handelte.

[4]) Capite: vita; ignobilem vicum: sc. si comparatur cum magnis Asiae urbibus, ab Alexandro captis; emi, erkauft werden; horret, sc. nobis v. noster; cogitatione rei, bei dem Gedanken daran; invicti corporis etc. daß der elendeste Taugenichts dem unüberwindlichen Helden seine Rüstung würde ausgezogen haben, wenn nicht das gegen uns mitleidige Glück dich der Gefahr entrissen und gerettet hätte; persequi st. sequi; ignominia notare, mit der Ehrlosigkeit bestrafen; quod ne admitteret etc., welches wir freilich nicht vermeiden konnten. Lasse uns doch deine Verachtung auf eine andere Art fühlen.

*solescit in sordidis hostibus: nec quidquam indignius est, quam consumi eam, ubi non possit ostendi.* Eadem fere Ptolemaeus, et similia iis ceteri. Jamque confusis vocibus flentes eum orabant, *ut tandem exsatiatae laudi modum faceret, ac saluti suae, id est, publicae parceret.* Grata erat regi pietas amicorum. [5]) Itaque singulos familiarius amplexus *considere* jubet. Altiusque sermone repetito, *Vobis quidem*, inquit, *o fidissimi piissimique civium atque amicorum, grates ago habeoque, non solum eo nomine, quod hodie salutem meam vestrae praeponitis; sed quod a primordiis belli nullum erga me benevolentiae pignus atque indicium omisistis. Adeo ut confitendum sit, nunquam mihi vitam meam fuisse tam caram, quam esse coepit, ut vobis diu frui possim. Ceterum non eadem est cogitatio eorum, qui pro me mori optant, et mea: qui quidem hanc benevolentiam vestram virtute meruisse me judico. Vos enim diuturnum fructum ex me, forsitan etiam perpetuum, percipere cupitis: ego me metior non aetatis spatio, sed gloriae.* [6]) *Licuit paternis opibus contento intra Macedoniae terminos per otium corporis exspectare obscuram et ignobilem senectutem. Quamquam ne pigri quidem sibi fata disponunt: sed unicum bonum diuturnam vitam aestimantes saepe acerba mors occupat. Verum ego, qui non annos meos, sed victorias numero; si munera fortunae bene computo, diu vixi. Orsus a Macedonia imperium, Graeciam teneo: Thraciam, et Illyrios subegi: Triballis, Medisque imperito: Asiam, qua Hellesponto, qua rubro mari alluitur, possideo. Jamque haud procul absum a fine mundi, quem egressus, aliam naturam, alium orbem aperire mihi statui.*

---

[5]) Obscura bella; And.: *obscura pericula;* obscurus, unrühmlich; deposcere, bitten; se servare, sich erhalten; serva pericula; And.: *serva;* capere, angemessen seyn; cito etc. der Ruhm bei unrühmlichen Feinden verschwindet schnell, u. es ist nichts unwürdiger, als ihn da zu verschwenden, wo man ihn nicht zeigen kann; ceteri dixerunt; confusis v. orare, alle zusammen bitten; salus, Wohl; exsatiatae laudi modum facere, dem Uebermaße s. Ruhms ein Ziel setzen; pietas, Liebe, Ergebenheit.

[6]) Sermonem altius repetere, in seiner Rede weit ausholen; eo nomine, deßhalb; a primordiis: ab initio; cogitatio eorum et mea, ihre und meine Gedanken, auch, Gesinnung; qui quidem: ego enim saltem; virtute, Abl. causae; fructum perpetuum ex aliquo percipere, Jem. beständig genießen; ego gloriae: ego meam fortunam aestimo, non diuturnitate vitae, sed gloriae amplitudine. Edd. cum n Var.; aetatis sp. metiri, (sc. diuturnitatem vitae) nach den Jahren berechnen.

*Ex Asia in Europae terminos momento unius horae transivi.* 7) *Victor utriusque regionis post nonum regni mei, post vigesimum atque octavum aetatis annum, videorne vobis in excolenda gloria, cui me uni devovi, posse cessare? Ego vero non deero, et ubicunque pugnabo, in theatro terrarum orbis esse me credam. Dabo nobilitatem ignobilibus locis: aperiam cunctis gentibus terras, quas natura longe submoverat. In his operibus exstingui me, si fors ita feret, pulchrum est: ea stirpe sum genitus, ut multam prius, quam longam vitam debeam optare. Obsecro vos, cogitate nos pervenisse in terras, quibus feminae ob virtutem celeberrimum nomen est.* 8) *Quas urbes Semiramis condidit? quas gentes redegit in potestatem? quanta opera molita est? Nondum feminam aequavimus gloria, et jam nos laudis satietas cepit? Dii faveant, majora adhuc restant. Sed ita nostra erunt, quae nondum attigimus, si nihil parvum duxerimus, in quo magnae gloriae locus est. Vos modo me*

---

7) Licet mihi hac re contento v. contentum esse, ich kann damit zufrieden seyn, o. mich damit begnügen; licuit st. licuisset; paternis opibus: regno paterno; per otium corporis, bei müßigem Körper d. i. müßig; sibi fatum disponere, über sein Schicksal verfügen, sein Lebensziel bestimmen; aestimantes: eos, qui aestimant; occupare, überraschen, ereilen; munera fortunae bene computare, die Gaben des Glückes gut zusammenzählen, d. i. recht in Anschlag bringen; Triballi Sie wohnten zwischen dem Hämus und dem Fluße Ister, und diese Gegend wurde später Untermösien genannt; Medi v. Maedi, ein Volk in Thracien; rubro mari: sinui persico; a fine mundi: ab Oceano; alium orbem: aliam terrarum partem; transivi: Tanain (Jaxarten) transgressus.

8) Utriusque regionis: Asiae et Europae; in excolenda gloria cessare, in der Vergrößerung des Ruhms saumselig, unthätig seyn; vero: contra; deero, sc. mihi; sibi deesse, es an sich fehlen lassen; in theatro t. orbis, auf dem Schauplatz der Welt, — gleichsam als wenn die ganze Welt ihren Blick auf ihn richtete; loco nobilitatem dare, einen Ort berühmt machen; submoveo entfernen; opus, Unternehmung; si fors ita feret, wenn es das Schicksal so haben wollte; pulchrum est, sc. mori, so ist mein Tod ruhmvoll; ea stirpe sum genitus etc: h. e. stirpe paterna descendo ab Hercule, qui multa gessit per vitam non diuturnam; stirpe materna ab Achille, qui, quum ex matre didicisset, se vel inglorium ad extremam senectutem pervenire posse, vel magna gloria compotem, sed brevis aevi fore, gloriam elegit; itaque et ego vitam optare debeo, non tam longam, quam potius multam, sive multis rebus praeclare gestis plenam; multus: gloriosus.

*ab intestina fraude et domesticorum insidiis praestate securum: belli Martisque discrimen impavidus subibo.* [9]) *Philippus in acie tutior, quam in theatro, fuit: hostium manus saepe vitavit; suorum effugere non valuit. Aliorum quoque regum exitus si reputaveritis, plures a suis, quam ab hoste, interemtos numerabitis. Ceterum quoniam olim rei agitatae in animo meo nunc promendae occasio oblata est: mihi maximus laborum atque operum meorum erit fructus, si Olympias mater immortalitati consecretur, quandocunque excesserit vita. Si licuerit, ipse praestabo hoc: si me praeceperit fatum, vos mandasse mementote.* Ac tum quidem amicos dimisit: ceterum per complures dies ibi stativa habuit. [10])

VII. Haec dum in India geruntur, Graeci milites nuper in colonias a rege deducti Garabactra, orta inter ipsos seditione, defecerant; non tam Alexandro infensi, quam metu supplicii. Quippe occisis quibusdam popularium, qui validiores erant, arma spectare coeperunt; et Bactriana arce, quae casu negligentius asservata erat, occupata, barbaros quoque in societatem defectionis impulerant. Atheuodorus erat princeps eorum, qui regis quoque nomen assumserat; non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum

---

[9]) Quas urbes: quantas urbes; opera moliri, Werke zu Stande bringen; satietas laudis me capit, ich bin des Ruhmes satt, überdrüßig, der R. ekelt mich; ita: eo modo; sed — attigimus, aber auf dieselbe Art werden wir auch das erobern (unser gehören), was wir noch nicht berührt haben; locus, Gelegenheit; ab intestina fraude et domesticorum insidiis aliquem securum praestare, Jem. vor innerlicher Hinterlist u. einheimischen Nachstellungen Sicherheit verschaffen; belli Martisque discrimen subire, sich Kriegsgefahren unterziehen.

[10]) In theatro. S. Freinsh. Ergänz. B. 1. 9.; ceterum quoniam etc. übrigens, weil sich mir jetzt die Gelegenheit darbietet, meinen schon lange im Sinne geführten Plan euch zu eröffnen, so werde ich es als die größte Belohnung (Nutzen, Gewinn) meiner Anstrengungen und Unternehmungen ansehen, wenn meine Mutter Olympias nach ihrem Tode unter die Götter versetzt würde; quandocunque, Anb.: *quandoque*; fatum me praecipit, ich sterbe eher; mandasse, sc. me; stativa habere, stille liegen bleiben.

Inh. Ein in Bactra von den Griechen erregter Aufstand wird gedämpft. Alexander bewirthet die indischen Gesandten, wo dann bei der Tafel Horatas und Dioxippus in Streit gerathen, und sich mit sehr ungleichen Waffen schlagen. Bald darauf tödtet sich Dioxippus, voll Unmuth über die Lästerung seiner Feinde, selbst.

iis, qui auctoritatem ipsius sequebantur. [1]) Huic Bicon quidam nationis ejusdem, sed ob aemulationem infestus, comparavit insidias, invitatumque ad epulas per Boxum quendam Macerianum in convivio occidit. Postero die concione advocata Bicon *ultro insidiatum sibi Athenodorum* plerisque persuaserat: sed aliis suspecta fraus erat Biconis; et paullatim in plures coepit manare suspicio. Itaque Graeci milites arma capiunt, occisuri Biconem, si daretur occasio. Ceterum principes eorum iram multitudinis mitigaverunt. Praeter spem suam Bicon praesenti periculo ereptus, paullo post insidiatus auctoribus salutis suae est: cujus dolo cognito, et ipsum comprehenderunt, et Boxum. Ceterum *Boxum protinus* placuit *interfici: Biconem etiam per cruciatum necari.* [2]) Jamque corpori tormenta admovebantur, cum Graeci milites, incertum ob quam causam, lymphatis similes ad arma discurrunt. Quorum fremitu exaudito, qui torquere Biconem jussi erant, omisere, veriti, ne id facere tumultuantium vociferatione prohiberentur. Ille, sicut nudatus erat, pervenit ad Graecos; et miserabilis facies supplicio destinati in diversum animos repente mutavit, *dimittique eum* jusserunt. Hoc modo poena bis liberatus, cum ceteris, qui colonias a rege attributas reliquerunt, revertit in patriam. [3]) Haec circa Bactra et Scytharum terminos gesta. Interim regem duarum gentium, de quibus ante dictum est, centum legati adeunt. Omnes curru vehebantur, eximia magnitudine corporum, decoro habitu, lineae

---

[1]) Garabactra: circa Bactra legendum esse, plurimi interpretes censent; metu supplicii, aus Furcht vor der Strafe; validiorem esse, mächtiger seyn; arma spectare, zu den W. greifen; asservare, verwahren, negligentius, keine hinlängliche Besatzung haben; in societatem sceleris impellere, mit zur Empörung verleiten, o. in die E. ziehen.

[2]) Nationis ejusdem: nationis graecae; aemulatio, Eifersucht; alicui insidias comparare, Jem. nachstellen, aus dem Wege zu räumen suchen; Macerianum, — diese Landschaft ist unbekannt; ultro: sua sponte; suspicio in te manat, der Verdacht fällt auf dich; auctores salutis, Lebensretter; per cruciatum necari, zu Tode martern, foltern.

[3]) Tormenta corpori alicujus admovere, Jem. auf die Folter bringen, legen; lymphatis similes, gleich Wahnsinnigen; omisere, sc. eum, Biconem; vociferatio tumultuantium, das Geschrei der Lärmenden; facies: adspectus; supplicio destinari, zur Todesstrafe, zum Tode verurtheilt werden; animos in diversum mutare, die Gemüther umstimmen, auf entgegengesetzte Gedanken bringen; attribuere, anweisen.

vestes intextae auro, purpuraque distinctae. Ei *se dedere ipsos, urbes agrosque,* referebant; *per tot aetates inviolatam libertatem illius primum fidei ditionique permissuros. Deos sibi deditionis auctores, non metum; quippe intactis viribus jugum excipere.* Rex consilio habito deditos in fidem accepit, stipendio, quod Arachosiis utraque natio pensitabat, imposito. Praeterea II *millia* et D *equites* imperat: et omnia obedienter a barbaris facta. ⁴) Invitatis deinde ad epulas legatis gentium regulisque, *exornari convivium* jussit. Centum aurei lecti modicis intervallis positi erant; lectis circumdederat aulaea, purpura auroque fulgentia; quidquid aut apud Persas vetere luxu, aut apud Macedonas nova immutatione corruptum erat, confusis utriusque gentis vitiis in illo convivio ostendens. Intererat epulis Dioxippus Atheniensis, pugil nobilis, et ob eximiam virtutem virium regi pernotus et gratus. Invidi malignique increpabant per seria et ludum, *saginati corporis sequi inutilem belluam.* ⁵) *Cum ipsi proelium inirent, oleo madentem praeparare ventrem epulis.* Eadem igitur in convivio Horratas Macedo jam temulentus exprobrare ei coepit, et postulare, *ut si vir esset, postero die secum ferro decerneret: regem tandem vel de sua temeritate, vel de illius ignavia judicaturum.* Et a Dioxippo, contemtim militarem eludente ferociam, accepta conditio est. Ac postero die rex, cum etiam acrius certamen exposcerent, quia deterrere non poterat, destinata exsequi passus est. Ingens hic militum, inter quos erant Graeci, qui Dioxippo studebant, convenerat multitudo. ⁶) Macedo

---

⁴) Duarum gentium: Oxydracarum et Mallorum; decoro habitu, von schöner Gesichtsbildung; distinctae (durchwirkt, durchstickt), sc. ipsis erant; primum, zum ersten Mal; fidei et ditioni alicujus se dedere, sich Jem. Schutze und Herrschaft überlassen, unterwerfen (auf Discretion sich ergeben); intactis viribus jugum excipere, bei noch ungeschwächten Kräften sich unter das Joch beugen; stipendium imponere, einen Tribut auflegen; et omnia, And.: *quae omnia*; facta: praestita sunt; obedienter, willig.

⁵) Exornare, anstellen; modicis interv., in mäßigen Zwischenräumen, nicht weit von einander; lectis aulaea circumdare, Vorhänge über die Tischpolster hängen lassen; quidquid etc., und er ließ bei diesem Gastmahle die bei den Persern von jeher üblich gewesene, und bei den M. erst neuerlich hinzugekommene schwelgerische Pracht blicken, indem er die Laster beider Völker mit einander vereinigte; ob eximiam v. virium, wegen s. außerordentlichen Leibesstärke; per seria et jocum increpare, im Ernst und Scherz losziehen, aliquem, gegen Jem.; bellua sag. corporis, ein gemästetes Thier.

⁶) Proelium inire, eine Schlacht anfangen, wagen, b) fechten;

justa arma sumserat; aereum clypeum, hastam, quam *sarissam* vocant, laeva tenens, dextra lanceam: gladioque cinctus, velut cum pluribus simul dimicaturus. Dioxippus oleo nitens, et coronatus, laeva puniceum amiculum, dextra validum nodosumque stipitem praeferebat. Ea ipsa res omnium animos exspectatione suspenderat: quippe armato congredi nudum, dementia, non temeritas videbatur. Igitur Macedo, haud dubius eminus interfici posse, lanceam emisit; quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitasset, antequam ille hastam transferret in dextram, assiluit, et stipite mediam eam fregit. 7) Amisso utroque telo, Macedo gladium coeperat stringere: quem occupatum complexu, pedibus repente subductis Dioxippus arietavit in terram, ereptoque gladio pedem super cervicem jacentis imposuit, stipitem intentans, elisurusque eo victum, ni prohibitus esset a rege. Tristis spectaculi eventus, non Macedonibus modo, sed etiam Alexandro fuit; maxime quia barbari affuerant: quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidisse verebatur. Hinc ad criminationem invidorum adapertae sunt aures regis. 8) Et post paucos dies inter epulas aureum poculum ex composito subducitur: ministrique, quasi amisissent, quod amoverant, regem adeunt. Saepe minus est constantiae in rubore, quam in culpa. Conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, Dioxippus ferre non potuit: et cum excessisset convivio, literis conscriptis, quae regi redderentur, ferro se interemit. Graviter mortem ejus tulit rex, existimans indignationis esse, non

---

madens, benetzt; ferro decernere, sich mit dem Degen schlagen; conditionem accipere, die Herausforderung annehmen; acrius certamen exposcere, noch hitziger sich zu schlagen verlangen; inter quos, sc. etiam; alicui studere, Jem. begünstigen, für Jem. eine Vorliebe haben.

7) Justa arma, für einen wahren Krieger passende Waffen, o. die gehörigen W.; sarissa, ein langer Wurfspieß, auch eine lange Lanze; puniceus, purpurfärbig; res, Aufzug; omnium animos exspectatione suspendere, Alle auf den Ausgang begierig machen; emisit, sc. in eum; declinatio, Wendung; in dexteram transferre, in die rechte Hand nehmen; frangere, zerschlagen.

8) Quem occupatum etc., Dioxipp kam ihm aber zuvor, umfaßte ihn, schlug ihm plötzlich die Beine unter, stürzte ihn zu Boden, entriß ihm den Degen, setzte ihm den Fuß in's Genicke, drohte ihm mit dem Knotenstocke, und würde seinen schon so weit besiegten Feind zerschmettert haben 2c.; ad ludibrium recidere, zum Gespötte werden; aures ad criminationem alicujus adaperire, Jem. Beschuldigungen Gehör geben.

poenitentiae testem: utique postquam falso insimulatum eum, nimium invidorum gaudium ostendit. 9)

VIII. Indorum legati dimissi domos, paucis post diebus, cum donis revertuntur. Trecenti erant equi, mille triginta currus, quos quadrijugi equi ducebant, lineae vestis aliquantum, mille scuta Indica, et ferri candidi talenta centum; leonesque rarae magnitudinis et tigres, utrumque animal ad mansuetudinem domitum; lacertarum quoque ingentium pelles, et dorsa testudinum. 1) Cratero deinde imperat rex, *haud procul amne, per quem erat ipse navigaturus, copias duceret:* eos autem, qui comitari eum solebant, imponit in naves, et in fines Mallorum secundo amne devehitur. Inde Sabracas adiit, validam Indiae gentem, quae populi, non regum imperio regebatur. Sexaginta millia peditum habebant, equitum sex millia: has copias currus quingenti sequebantur. Tres duces spectatos virtute bellica elegerant. At qui in agris erant proximi flumini, (frequentes autem vicos, maxime in ripa, habebant) ut videre totum amnem, qua prospici poterat, navigiis constratum, et tot millium arma fulgentia, territi nova facie, Deorum exercitum, et alium Liberum patrem, celebre in illis gentibus nomen, adventare credebant. 2) Hinc militum clamor, hinc remorum pulsus, variaeque nautarum voces hortantium, pavidas aures impleverant. Ergo universi ad eos, qui in armis

---

9) Ex composito subducere, abgeredeter Maßen heimlich wegnehmen; saepe etc., der Unschuldige erröthet öfter eher, als der Schuldige, — weil Letzterer auf Vorwürfe ꝛc. gefaßt ist; conjectus, Blick; destinabatur: designabatur; convivio excedere, von der Tafel aufstehen, die T. verlassen; quae st. ut eae; testem: signum, indicium.

Inh. Alexander bringt mehrere Völker unter seine Botmäßigkeit. Ptolemäus wird gefährlich verwundet, und auf eine wunderbare Art wieder gesund.

1) Aliquantum, etwas Weniges von —; talentum ferri candidi, eine Wage (Pfund) von blankem o. glänzendem Eisen; ad mansuetudinem domitum: mansuefactum; dorsa testudinum, Schalen von Schildkröten.

2) In naves imponere, in die Schiffe bringen, einschiffen; in fines M. secundo a. devehi, an den Gränzen der M. auf dem Fluße hinabfahren; in fines: rectius per fines; populi, non regium imperio regi, eine Volks- und keine königl. Herrschaft haben, o. demokratisch und nicht monarchisch regiert werden; dux spectatus virtute bellica, ein Anführer von erprobter Tapferkeit; qua prospici poterat, so weit das Auge reichte; constratus, bedeckt; nova facies, ungewöhnlicher Anblick; in st. apud.

erant, currunt, *furere* clamitantes, *cum Diis proelium inituros. Navigia non posse numerari, quae invictos veherent.* Tantumque in exercitum suorum intulere terroris, ut legatos mitterent gentem dedituros. His in fidem acceptis, ad alias deinde gentes quarto die pervenit. [3]) Nihilo plus animi his fuit, quam ceteris fuerat. Itaque oppido ibi condito, quod *Alexandriam* appellari jusserat, fines eorum, qui *Musicani* appellantur, intravit. Hic de Teriolte satrape, quem Paropamisadis praefecerat, iisdem arguentibus cognovit: multaque avare ac superbe fecisse convictum interfici jussit. Oxathres praetor Bactrianorum, non absolutus modo, sed etiam jure amplioris imperii donatus est. Finibus Musicanis deinde in ditionem redactis, urbi eorum praesidium imposuit. Inde Praestos et ipsam Indiae gentem perventum est. [4]) Oxycanus rex erat, qui se munitae urbi cum magna manu popularium incluserat. Hanc Alexander tertio die, quam coeperat obsidere, expugnavit. Et Oxycanus, cum in arcem confugisset, legatos de conditione deditionis misit ad regem: sed antequam adirent eum, duae turres cum ingenti fragore prociderant, per quarum ruinas Macedones evasere in arcem; qua capta Oxycanus cum paucis repugnans occiditur. Diruta igitur arce, et omnibus captivis venundatis, Sabi regis fines ingressus est; multisque oppidis in fidem acceptis, validissimam gentis urbem cuniculo cepit. [5]) Barbaris simile monstri visum est, rudibus militarium operum; quippe in media ferme urbe et terra exsistebant, nullo suffossi specus ante vestigio facto. *Octoginta millia Indorum in ea regione caesa* Clitarchus est auctor, *multosque captivos sub corona venisse.* Rursus

---

[3]) Hortari, ermuntern; in armis esse, unter den W. stehen; furere, es wäre Raserei; terrorem in exercitum inferre, S. unter dem H. verbreiten.

[4]) Animus, Muth; Musicanus. Nach Arrian, Diodor und Strabo war dieses eigentl. der Name eines Königs, und keines Volkes; iis arguentibus, sc. eum; aliquem arguere, Jem. anklagen, beschuldigen; de aliquo cognoscere, gegen Jem. eine Untersuchung anstellen lassen; multa avare ac superbe facere, sich sehr habsüchtig und hochmüthig betragen; convictus, überwiesen, überführt; sed etiam etc., sondern seine Statthalterschaft wurde überdieß noch erweitert; Praestos: ad P.; et ipsam I. gentem: quae ipsa quoque Indiae gens est.

[5]) Popularis, Unterthan; de conditione deditionis, wegen der Unterwerfungsbedingniß; aliquem adire, zu Jem. gehen, kommen; ingenti f. procidere, mit einem sehr großen Gekrache einstürzen; urbem cuniculo capere, eine St. durch Unterminirung derselben nehmen.

Musicani defecerunt, ad quos opprimendos missus est Pithon, qui captum principem gentis, eundemque defectionis auctorem, adduxit ad regem. Quo Alexander in crucem sublato rursus amnem, in quo *classem exspectare se* jusserat, repetit. Quarto deinde die secundo amne pervenit ad oppidum, qua iter in regnum erat Sabi. [6]) Nuper se ille dediderat, sed oppidani detrectabant imperium, et clauserant portas. Quorum paucitate contemta rex, *quingentos Agrianos moenia subire* jusserat, *et sensim recedentes elicere extra muros hostem, secuturum profecto, si fugere eos crederet.* Agriani, sicut imperatum erat, lacessito hoste subito terga vertunt; quos barbari effuse sequentes in alios, inter quos ipse rex erat, incidunt. Renovato ergo proelio, ex tribus millibus barbarorum quingenti caesi sunt, mille capti, ceteri moenibus urbis inclusi. [7]) Sed non ut prima specie laeta victoria, ita eventu quoque fuit: quippe barbari veneno tinxerant gladios. Itaque saucii subinde exspirabant; nec causa tam strenuae mortis excogitari poterat a medicis, cum etiam leves plagae insanabiles essent. Barbari autem speraverant incautum et temerarium regem excipi posse. Et forte inter promtissimos dimicans intactus evaserat. Praecipue Ptolemaeus, laevo humero leviter quidem saucius, sed majore periculo quam vulnere affectus, regis sollicitudinem in se converterat. Sanguine conjunctus erat, et quidam Philippo genitum esse credebant; certe pellice ejus ortum constabat. [8]) Idem corporis custos, promtissimusque bellator; et pacis artibus quam militiae major et clarior, mo-

---

[6]) Monstri simile, einem Wunder gleich; militarium operum rudem esse, in der Kriegskunst unerfahren seyn; exsistere, zum Vorschein kommen, o. hervorkommen; nullo etc., wo man zuvor keine Spur von irgend einer untergegrabenen Höhle bemerkt hatte; est auctor: narrat; sub c. venire, als Sklaven verkauft werden; opprimendos: subigendos, devincendos; in crucem tolli, an's Kreuz schlagen lassen; qua, sc. parte.

[7]) Nuper, vor Kurzem; imperium (sc. Alexandri) detrectare, sich nicht unterwerfen wollen; moenia subire, an die M. rücken; secuturum: persecuturum; hostem lacessere, sc. ad eruptionem, den F. herausfordern, zu einem Ausfalle reizen, angreifen; t. vertere: fugere; effuse, hitzig; in aliquem incidere, auf Jem. stoßen; includere, einschließen.

[8]) Sed — fuit, allein dieser dem ersten Anscheine nach so fröhliche Sieg nahm bald eine traurige Wendung; veneno tingere, mit Gift bestreichen, vergiften; subinde: paulo post; strenuae: subitae; excogitare, auffinden, ergründen; excipi: vulnerari; intactum evadere, unverletzt davon kommen; sed — affectum esse, mehr we-

dico civilique cultu, liberalis in primis, adituque facilis, nihil ex fastu regio assumserat. Ob haec regi an popularibus carior esset, dubitari poterat: tum certe primum expertus suorum animos, adeo ut fortunam, in quam postea ascendit, in illo periculo Macedones ominati esse videantur. Quippe non levior illis Ptolemaei fuit cura, quam regis: qui et proelio et sollicitudine fatigatus cum Ptolemaeo assideret, *lectum, in quo ipse adquiesceret*, jussit *inferri*. 9) In quem ut se recepit, protinus altior insecutus est somnus. Ex quo excitatus, *per quietem vidisse se* exponit *speciem draconis oblatam herbam ferentis ore, quam veneni remedium esse monstrasset. Colorem quoque herbae* referebat, *agniturum, si quis reperisset*, affirmans. Inventamque deinde, quippe a multis erat requisita, vulneri imposuit: protinusque dolore finito, intra breve spatium cicatrix quoque obducta est. Barbaros ut prima spes fefellerat, se ipsos urbemque dediderunt. 10) Hinc in proximam gentem Pathaliam perventum est. Rex erat Moeris, qui urbe deserta in montes profugerat. Itaque Alexander oppido potitur, agrosque populatur. Magnae inde praedae actae sunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti. Ducibus deinde sumtis amnis peritis, defluxit ad insulam medio ferme alveo enatam. 11)

IX. Ibi diutius subsistere coactus, quia duces socordius asservati profugerant, misit qui conquirerent alios; nec repertis, pervicax cupido visendi Oceanum, adeundique terminos mundi, adegit ut sine regionis peritis, flumini ignoto caput suum, totque fortissimorum virorum salutem permit-

---

gen des Giftes, als wegen der Wunde in Gefahr seyn; Philippo genitus, ein Sohn des Philipp; certe: saltem; ortum: natum.

9) Custos corporis, ein Offizier von der Leibwache; aliqua re clarum, insignem, conspicuum esse, in etwas berühmt, ausgezeichnet seyn; modico civilique cultu esse, in seiner Lebensweise mäßig und von Pracht entfernt seyn; aditu facilem esse, zugänglich, leicht zu sprechen seyn, Jedermann den Zutritt gestatten, vor sich lassen; assumere, annehmen; animos experiri, die Gesinnungen erproben, erfahren; fortuna, Hoheit; in quam ascendit: ad quam pervenit; non levior ei cura est, er ist eben so besorgt, — um.

10) In lectum se recipere, sich wieder zu Bette begeben, sich niederlegen; insecutus est: oppressus est; per quietem, im Traume; speciem draconis oblatam per quietem vidi, ich habe im Traume einen Drachen gesehen, o. ein D. ist mir im T. erschienen; dolor finitur, der S. hört auf, legt sich.

11) Magnas p. pecorum armentorumque agere, viel kleines und großes Vieh erbeuten; peritis v. peritus; defluere, auf dem Fluße hinabfahren; alveo: flumine enasci, entstehen, auch liegen.

teret. Navigabant ergo omnium per quae ferebantur ignari. Quantum inde abesset mare, quae gentes colerent, quam placidum amnis os, quam patiens longarum navium esset, anceps et caeca aestimatio augurabatur. Unum erat temeritatis solatium perpetua felicitas. [1]) Jam CCCC stadia processerant; cum gubernatores *agnosere ipsos auram maris, et haud procul videri sibi Oceanum abesse*, indicant regi. Laetus ille hortari nauticos coepit, *incumberent remis. Adesse finem laboris omnibus votis expetitum. Jam nihil gloriae deesse; nihil obstare virtuti: sine ullo Martis discrimine, sine sanguine orbem terrae ab illis capi. Ne naturam quidem longius posse procedere. Brevi incognita nisi immortalibus esse visuros.* Paucos tamen navigio emisit in ripam, qui agrestes vagos exciperent, e quibus certiora nosci posse sperabat. [2]) Illi scrutati omnia tuguria, tandem latentes repercre. Qui interrogati, *quam procul abesset mare?* re-

---

Inh. Alexanders sehnlicher Wunsch, den Ocean zu sehen, wird endlich, obwohl nicht ohne große, durch die Unwissenheit der Schiffsleute verursachte Gefahr, befriedigt.

[1]) Duces socordius asservare, die Wegweiser ziemlich sorglos, nicht genug verwahren; misit, sc. quosdam e suis; pervicax, beharrlich; terminos: finem; adegit, sc. regem; caput, salutem: vitam; pervicax cupido — permitteret. Vulg.: *pervicax cupido incessit visendi Oceanum, adeundique terminos mundi, sine regionis peritis flumini ignoto caput suum totque fortissimorum virorum salutem permittere.* Pervicax cupido etc. Vulg.: *inconcinnam plane structuram exhibet.* A pluribus codd. abest *incessit* Voss. 2. pro *permittere* habet *permitteret*, et *Th.* inserit verba: *adegit, ut.* Ich habe die Verbesserung des gelehrten Schmieder gewählt, die den besten Sinn gibt, und in Hinsicht der Construction richtig ist. Navigabant etc., sie schifften also, mit allen Gegenden, durch die sie fuhren, unbekannt, fort; quantum, wie weit; quae g. colerent (sc. omnia, i. e. omnia loca), was für V. diese Gegenden bewohnten; p. amnis os, eine ruhige Mündung des F.; navium patientem esse, S. tragen; anceps — augurabatur, Alles dieses beruhte auf bloßen Muthmaßungen; unum t. solatium, der einzige Trost bei diesem verwegenen Unternehmen.

[2]) Remis incumbere, hurtig, frisch darauf losrudern; omnibus votis aliquid expetere, etwas sehnlichst wünschen; sine ullo Martis discrimine, ohne irgend eine Kriegsgefahr; orbem t. capere, die ganze Welt erobern — hyperbolisch, wie auch das Folgende; ne naturam quidem: sc. excluditur Oceanus a natura; brevi — visuros: dum per Oceanum navigarent; incognita, sc. loca; nisi immortalibus, sc. Diis esse nota; agrestes vagos exci-

sponderunt, *nullum ipsos mare ne fama quidem accepisse: ceterum tertio die perveniri posse ad aquam amaram, quae corrumperet dulcem.* Intellectum est, mare destinari ab ignaris naturae ejus. Itaque ingenti alacritate nautici remigant, et proximo quoque die, quo propius spes admovebatur, crescebat ardor animorum. [3]) Tertio jam die mixtum flumini subibat mare, leni adhuc aestu confundente dispares undas. Tum aliam insulam medio amni sitam evecti paullo lentius, quia cursus aestu reverberabatur, applicant classem, et ad commeatus petendos discurrunt, securi casus ejus, qui supervenit ignaris. Tertia ferme hora erat, cum stata vice Oceanus exaestuans invehi coepit, et retro flumen urgere. Quod primo coërcitum, deinde vehementius pulsum, majore impetu adversum agebatur, quam torrentia praecipiti alveo incurrunt. Ignota vulgo freti natura erat, monstraque et irae Deûm indicia cernere videbantur. [4]) Identidem intumescere mare, et in campos paullo ante siccos descendere superfusum. Jamque levatis navigiis, et tota classe dispersa, qui expositi erant, undique ad naves trepidi et improviso malo attoniti recurrunt. Sed in tumultu festinatio quoque tarda est. Hi contis navigia appellebant; hi dum remos aptari prohibebant, consederant. Quidam

---

pere, die herumschweifenden Landleute auffangen; certiora noscere, verläßigere Nachrichten einziehen.

[3]) Scrutari, durchsuchen; latentes: quosdam, qui latuerant; ne fama quidem aliquid accipere, etwas nicht einmal dem Rufe nach kennen; destinari: designari; proximo quoque die, mit jedem Tage; spes propius admovetur, die H. nähert sich mehr; ardor (Eifer) animorum: ardor eorum.

[4]) Tertio jam etc., den dritten Tag vermischte sich schon das Meer mit dem Fluße, obgleich die Fluth bei der Vereinigung der ungleichen Gewässer noch unbedeutend war; dispares undas: amaram et dulcem aquam; aliam insulam: ad aliam insulam; medio: in medio; lentius evehi, langsamer fahren; quia cursus etc., weil die laufenden Schiffe durch die Fluth zurückgetrieben wurden; cursus st. naves currentes; commeatus petere, Mundvorrath holen; securi etc., indem sie wegen irgend eines Zufalls sorglos waren, der sie auch bei ihrer Unwissenheit traf; stata vice, nach dem bestimmten Wechsel, zur gewöhnlichen Zeit; invehi, sich erheben; quod primo etc., dieser wurde anfangs in seinem Laufe gehemmt, dann stärker zurückgetrieben, und endlich strömte er schneller (wurde er mit mehr Heftigkeit zurückgetrieben) zurück, als reißende Ströme (o. Gießbäche) in einem abschüssigen Bette (o. bergab) fließen; freti natura, die natürliche Beschaffenheit des Meeres; monstra et irae Deum indicia, Wunderdinge und Kennzeichen des Z. der G.

enavigare properantes, sed non exspectatis, qui simul esse debebant, clauda et inhabilia navigia languide moliebantur: aliae navium inconsulte ruentes non receperant; pariterque et multitudo, et paucitas festinantes morabatur. Clamor hinc *exspectare*, hinc *ire* jubentium, dissonaeque voces nusquam idem ac unum tendentium, non oculorum modo usum, sed etiam aurium abstulerant. [5]) Ne in gubernatoribus quidem quidquam opis erat, quorum nec exaudiri vox a tumultuantibus poterat, nec imperium a territis incompositisque servari. Ergo collidi inter se naves, abstergerique invicem remi, et alii aliorum navigia urgere coeperunt. Crederes non unius exercitus classem vehi, sed duorum navale inisse certamen. Incutiebantur puppibus prorae; premebantur a sequentibus, qui antecedentes turbaverant: jurgantium ira perveniebat etiam ad manus. Jamque aestus totos circa flumen campos inundaverat, tumulis dumtaxat eminentibus, velut insulis parvis: in quos plerique trepidi omissis navigiis enare coeperunt. [6]) Dispersa classis partim in praealta aqua stabat, qua subsederant valles; partim in vado haerebat, utcunque inaequale terrae fastigium occupaverant undae: cum subito novus, et pristino major terror incutitur. Reciprocare coepit mare, magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus; reddebatque terras paullo ante profundo salo mersas. Igitur destituta navigia

---

[5]) Mare superfusum descendit etc, das M. überschwemmt das platte o. flache Land; levari, sich heben, in die Höhe gehoben werden; exponere, an's Land setzen; malum, Unfall; tumultus, Schrecken, Verwirrung; navigia appellere, die Fahrzeuge an's Land zu bringen suchen; hi dum remos etc., diese wollten die Ruder nicht gebrauchen lassen, und blieben daher auf den Sandbänken sitzen; enavigare, den Strom wieder zu gewinnen suchen; sed non exspectatis: sed quum eos (sc. remiges) non exspectavissent; clauda etc., so brachten sie ihre gleichsam gelähmten und unbehülflichen Schiffe mit Mühe langsam fort; ruentes: hos, qui in ea ruebant; receperant: ceperant; Einige schrieen, man sollte warten, Andere, man sollte fortfahren, und dieß verworrene Geschrei Derjenigen, welche ganz entgegengesetzte Dinge (o. nicht einerlei) verlangten, benahm Hören und Sehen.

[6]) Imperium servare, den Befehl befolgen; collidi inter se, an einander schlagen; remos abstergere, die Ruder zerbrechen; et alii aliorum etc., und sie fingen einander mit ihren Schiffen zu drängen an; crederes etc., es schien, als wenn nicht eine Flotte mit einem einzigen Heere führe, sondern als wenn zwei Heere zur See ein Treffen lieferten; incutere, anstoßen; premi, gedrängt werden, in's Gedränge kommen; pervenitur ad manus, es kommt zu Thätlichkeiten; eminentibus: quum eminerent; enare, wohin schwimmen; enare coeperant, And.: *enare properant*.

alia praecipitantur in proras, alia in latera procumbunt. Strati erant campi sarcinis, armis, avulsarum tabularum remorumque fragmentis. Miles nec egredi in terram, nec in naves subsistere audebat; identidem praesentibus graviora, quae sequerentur, exspectans. 7) Vix quae perpetiebantur, videre ipsos credebant, in sicco naufragia, in amni mare. Nec finis malorum. Quippe aestum paullo post mare relaturum, quo navigia allevarentur, ignari, famem et ultima sibimet ominabantur. Belluae quoque fluctibus destitutae terribiles vagabantur. Jamque nox appetebat, et regem quoque desperatio salutis aegritudine affecerat. Non tamen invictum animum curae obruunt, quin tota nocte praesideret in speculis, equitesque praemitteret ad os amnis, ut, cum mare rursus exaestuare sensissent, praecederent. 8) *Navigia* quoque *lacerata refici, et eversa fluctibus erigi* jubet, *paratosque esse et intentos, cum rursus mare terras inundasset.* Tota ea nocte inter vigilias adhortationesque consumta, celeriter et equites ingenti cursu refugere, et secutus est aestus. Qui primo aquis leni tractu subeuntibus coepit levare navigia, mox totis campis inundans etiam impulit classem. Plaususque militum nauticorumque, insperatam salutem immodico celebrantium gaudio, litoribus

---

7) Qua subs. valles, wo Thäler waren; in vado haerere, in dem seichten Wasser sitzen bleiben; utcunque etc., wo nur immer das Wasser eine ungleiche Erdhöhe überschwemmt hatte; incutitur, sc. Macedonibus; reciprocare, wieder zurücktreten, — die Ebbe tritt ein; magno tractu, mit einer starken Strömung (Zug); reddebatque etc., und es wurde alles, kurz vorher mit dem tiefen Meere bedeckte Land wieder sichtbar; destituta, sc. a mari; fragmentum, ein abgebrochenes Stück, Trümmer; in naves: in navibus; identidem etc., weil er befürchtete, es möchte noch etwas Traurigeres, als das Gegenwärtige, erfolgen.

8) Vix quae etc., sie glaubten es kaum, daß man auf dem Lande Schiffbruch leiden, und im Fluße das Meer seyn könne, obwohl sie es mit eigenen Augen sahen; malorum, sc. erat; aestus mare refert, die Fluth treibt das Meer zurück, d. i. die Fluth tritt ein; ignari: cum ignorarent; famem et ultima ominari, Hunger und das Aeußerste ahnen, prophezeien; fluctibus destitui, auf dem trockenen Lande, o. ohne Wasser zurückgelassen werden; et regem quoque etc., und die Verzweiflung an der Rettung erfüllte selbst den König mit Kummer; curae me obruunt, die S. drücken mich zu Boden, o. ich erliege den S.; specula, der Ort auf dem Schiffe, wo man Wache hält, heut zu Tage Mastkorb; in speculis praesidere, auf dem obersten Verdecke sitzen; praesideret, And.: *persideret*; praecederent, Vulg.: *procederent*; praecederent: sc. ad regem, initium aestus nuntiaturi.

ripisque resonabat. *Unde tantum redisset subito mare? quo pridie refugisset? quaenam esset ejusdem elementi natura, modo discors, modo imperio temporum obnoxia*, mirabundi requirebant. 9) Rex cum ex eo, quod acciderat, conjectaret, post solis ortum statum tempus esse; media nocte, ut aestum occuparet, cum paucis navigiis secundo amne defluxit. Evectusque os ejus quadringenta stadia processit in mare, tandem voti sui compos: praesidibusque maris et locorum Diis sacrificio facto, ad classem rediit. 10)

X. Hinc adversum flumen subiit classis, et altero die appulsa est haud procul lacu salso, cujus ignota natura plerosque decepit temere ingressos aquam. Quippe scabies corpora invasit, et contagium morbi etiam in alios vulgatum est. Oleum remedio fuit. Leonnato deinde praemisso, ut puteos foderet, qua terrestri itinere ducturus exercitum videbatur, quippe sicca erat regio; ipse cum copiis substitit, vernum tempus exspectans. Interim et urbes plerasque condidit. 1) Nearcho atque Onesicrito nauticae rei peritis imperavit, *ut*

---

9) Laceratus, beschädigt; ingenti cursu refugere, außerordentlich schnell (im größten Galopp) zurückfliehen; qui primo etc., diese fing anfangs die Schiffe zu heben an, indem das Wasser unter einer allmähligen Strömung darunter ging, bald aber überschwemmte sie auch die ganzen flachen Felder, und trieb die Flotte fort; plausus, Frohlocken, Jauchzen; celebrare, feiern; litoribus et ripis resonare, an dem Gestade und Ufer erschallen, ertönen; modo — obnoxia, welches sich bald nach der Zeit richte, bald wieder nicht, — Curtius will sagen, daß die Ebbe und Fluth nicht in einem und demselben Augenblicke eintreten, obwohl sie sich zu einer bestimmten Zeit ereignen. Schmieder erklärt das modo discors: dum mare modo exaestuaret, modo fluctus reciprocaret.

10) Occupare, zuvorkommen; os evehi, durch die Mündung fahren, die M. passiren; in mare procedere, in die offene See gehen; voti mei compos factus sum, mir ist mein Wunsch gewährt, mein W. ist erfüllt.

Inh. Alexander kehrt vom Ocean zu den Arabiten, Gedrosiern u. Indiern zurück, wo sein Heer durch Hunger und die Pest viel leidet, endlich aber von beiden befreit wird. Die darauf erfolgte unanständige Feier des Bachusfestes wird durch die Hinrichtung des Satraps Aspastes noch mehr geschändet.

1) Adversum flumen subire, den F. wieder hinauffahren; appelli, landen; quippe scabies etc., denn sie bekamen die Krätze, und diese ansteckende Krankheit verbreitete sich auch unter den Uebrigen, — nämlich die nicht gebadet hatten; qua, sc. parte; terrestri itinere exercitum ducere, zu Lande mit dem H. marschiren; subsistere, stehen bleiben, Halt machen.

*validissimas navium deducerent in Oceanum, progressique quoad tuto possent, naturam maris noscerent: vel eodem amne, vel Euphrate subire eos posse, cum reverti ad se vellent.* Jamque mitigata hieme, et navibus, quae inutiles videbantur, crematis, terra ducebat exercitum. Nonis castris in regionem Arabitarum, inde totidem diebus in Gedrosiorum regionem perventum est. Liber hic populus concilio habito dedidit se; nec quidquam deditis praeter commeatus imperatum est. Quinto hinc die venit ad flumen, *Arabum* incolae appellant. ²) Regio deserta et aquarum inops excipit: quam emensus, in Horitas transit. Ibi majorem exercitus partem Hephaestioni tradidit; levem armaturam cum Ptolemaeo Leonnatoque partitus est. Tria simul agmina populabantur Indos; magnaeque praedae actae sunt: maritimos Ptolemaeus, ceteros ipse rex, et ab alia parte Leonnatus urebant. In hac quoque regione urbem condidit, deductique sunt in eam Arachosii. Hinc pervenit ad maritimos Indos. Desertam vastamque regionem late tenent, ac ne cum finitimis quidem ullo commercii jure miscentur. ³) Ipsa solitudo natura quoque immitia efferavit ingenia: prominent ungues nunquam recisi; comae hirsutae et intonsae sunt. Tuguria conchis, et ceteris purgamentis maris, instruunt. Ferarum pellibus tecti, piscibus sole duratis, et majorum quoque belluarum, quas fluctus ejicit, carne vescuntur. Consumtis igitur alimentis Macedones primo inopiam, deinde ad ultimum famem sentire coeperunt; radices palmarum, namque sola ea arbor gignitur, ubique rimantes. Sed cum haec quoque alimenta defecerant, jumenta caedere aggressi, ne equis quidem abstinebant; et cum deessent quae sarcinas veherent, spolia de hostibus, propter quae ultima Orientis peragraverant, cremabant incendio. Famem deinde pestilentia secuta est: quippe insalubrium ciborum novi succi, ad hoc itineris labor, et aegritudo animi vulgaverant morbos; et nec manere sine clade, nec progredi poterant: manentes

---

²) Rei nauticae peritus, in der Schifffahrt geschickt, ein geschickter Seefahrer; tuto, mit Sicherheit; noscere, kennen lernen; subire, herausschiffen, hinauffahren; hiems mitigatur, der W. wird gelinder; terra, zu Lande; nonis castris, nach neun Tagmärschen; Arabus, jetzt Ilment.

³) Excipit, sc. eum; regio me excipit, h. e. pervenio in regionem; transire, durchgehen, durchziehen; populari, plündern; magnas p. agere, viel Beute machen; maritimos, sc. Indos, das Volk st. der Gegend; urere, sengen und brennen, verwüsten; tenere, im Besitze, inne haben; commercii jure misceri, Handel treiben, in Verbindung stehen.

fames, progressos acrior pestilentia urgebat. [4]) Ergo strati erant campi paene pluribus semivivis, quam cadaveribus. Ac ne levius quidem aegri sequi poterant: quippe agmen raptim agebatur, tantum singulis ad spem salutis ipsos proficere credentibus, quantum itineris festinando praeriperent. Igitur qui defecerant, notos ignotosque, *ut allevarentur*, orabant. Sed nec jumenta erant, quibus excipi possent; et miles vix arma portabat, imminentisque etiam ipsis facies mali ante oculos erat. Ergo saepius revocati, ne respicere quidem suos sustinebant, misericordia in formidinem versa. Illi relicti *Deos testes, sacra communia, regisque* implorabant *opem:* cumque frustra surdas aures fatigarent, in rabiem desperatione versi, *parem suo exitum, similesque ipsis amicos et contubernales* precabantur. [5]) Rex, dolore simul ac pudore anxius, quia causa tantae cladis ipse esset, ad Phrataphernem Parthorum satrapen misit, qui juberet

---

[4]) Ipsa solitudo etc., durch diese einsame und menschenscheue Lebensart sind ihre von Natur rauhen Gemüther noch mehr verwildert; prominent, sc. illis; purgamentum, Auswurf; instruere, bauen, decken; duratus, gedörrt; fluctus, poet. st. mare; deinde ad ultimum, pleonastisch st. et ad ultimum; famem sentire, Hunger verspüren, leiden; sola ea arbor gignitur, es wächst sonst kein anderer Baum da; rimare, aufsuchen; aggressi: coeperunt; abstinere: parcere; deessent, sc. jumenta; spolia de hostibus, die den Feinden abgenommene Beute; ultima Orientis peragrare, den äußersten Orient durchziehen; novus, ungewöhnlich; itineris labor, der mühsame, anstrengende Marsch; aegritudo animi, Seelenkrankheit, d. i. Gram, Kummer; morbos, sc. contagiosos vulgare, ansteckende Krankheiten verbreiten; clades, Verheerung, gänzliches Verderben, Seuche; urgere, plagen, quälen.

[5]) Agmen raptim agitur, das Heer marschirt geschwind, schnell; tantum singulis etc. weil ein jeder glaubte, daß er sich um so mehr der Hoffnung zur Rettung nähere, je mehr er es andern durch einen eilfertigen Marsch zuvorthue; — Curtius will sagen, daß sie von dieser Krankheit desto eher verschont bleiben würden, je mehr sie sich von ihren kranken Kameraden durch Eilmärsche entfernt haben würden; deficere, die Kräfte verlieren, vor Schwäche liegen bleiben; allevare, aufheben, aufhelfen; aegrotos jumentis excipere, die Kranken auf Lastthiere (Pferde, Maulthiere zc.) setzen, o. mittelst Fuhren fortschaffen; facies, Anblick; sustinebant: audebant; illi relicti etc. die Zurückgelassenen riefen die Götter zu Zeugen, ihre gemeinschaftliche Religion, u. den König um Hülfe an; surdas aures fatigare, zu tauben Ohren schreien; desperatione in rabiem vertitur, meine Verzweifelung verwandelt sich in Wuth; contubernalis, Zeltcamerad; precari, wünschen, gutes o. böses.

*camelis cocta cibaria afferre:* alios quoque finitimarum regionum praefectos certiores necessitatis suae fecit. Nec cessatum est ab his. Itaque fame dumtaxat vindicatus exercitus, tandem in Gedrosiae fines perducitur Omnium rerum sola fertilis regio est, in qua stativa habuit, ut vexatos milites quiete firmaret. Hic Leonnati literas accipit, *conflixisse ipsum cum octo millibus peditum et quingentis equitibus Horitarum, prospero eventu* A Cratero quoque nuntius venit, *Ozinem et Zariaspem, nobiles Persas, defectionem molientes oppressos a se, in vinculis esse.* Praeposito igitur regioni Sibyrtio, (namque Menon praefectus ejus nuper interierat morbo) in Carmaniam ipse processit. [6]) Aspastes erat satrapes gentis, suspectus res novare voluisse, dum in India rex esset. Quem occurrentem dissimulata ira comiter allocutus, dum exploraret, quae delata erant, in eodem honore habuit. Cum Indiae praefecti, sicut imperatum erat, equorum jumentorumque jugalium vim ingentem ex omni, quae sub imperio erat, regione misissent; quibus deerant impedimenta, restituit. Arma quoque ad pristinum refecta sunt cultum: quippe haud procul a Perside aberant, non pacata modo, sed etiam opulenta. Igitur, ut supra dictum est, aemulatus Patris Liberi non gloriam solum, quam ex illis gentibus deportaverat, sed etiam famam, (sive illud triumphus fuit ab eo primum institutus, sive bacchantium lusus) statuit imitari, animo super humanum fastigium elato. [7]) *Vicos, per quos iter erat, floribus coronisque sterni* jubet: *liminibus aedium cra-*

---

[6]) Dolore et pudore anxium esse, vor Schmerz und Scham in Angst seyn; praefectos: Carmaniae, Ariae, Drangianae et Arachosiae; vindicatus: liberatus, omnium etc., diese Landschaft ist außerordentlich fruchtbar, — Alexander hatte nur den cultivirten Theil von Gedrosien erobert, daher steht sola richtig, obwohl einige auch solo lesen; vexatos quiete firmare, die Abgematteten sich wieder erholen, ausrasten lassen; defectionem moliri, eine Empörung beabsichtigen, abfallen wollen; opprimere, überfallen; regioni: Gedrosiae.

[7]) Res novare, einen Aufruhr erregen, abfallen; iram dissimulare, seinen Z. verbergen; aliquem in eodem honore habere, Jem. in derselben Würde beibehalten; sub imperio, sc. eorum; arma ad pristinum cultum reficere, wieder so schöne Waffen, wie vorher, geben, — nämlich dem Heere; gloriam ex aliquo deportare, R. über Jem. davon tragen; illud: sc. iter exercitus commessabundi; instituere, einführen, bacchantium lusus, Bacchantenspiel, bacchari, eigentl. das Bacchusfest feiern; animo etc., indem er sich über alle menschliche Hoheit erhob, d. mehr zu seyn glaubte, als ein Mensch.

*teras vino repletos, et alia eximiae magnitudinis vasa disponi: vehicula deinde constrata, ut plures capere milites possent, in tabernaculorum modum ornari, alia candidis velis, alia veste pretiosa.* Primi ibant amici et cohors regia, variis redimita floribus coronisque; alibi tibicinum cantus, alibi lyrae sonus audiebatur: item in vehiculis, pro copia cujusque adornatis, comessabundus exercitus, armis quae maxime decora erant circumpendentibus. Ipsum convivasque currus vehebat, crateris aureis ejusdemque materiae ingentibus poculis praegravis. [8]) Hoc modo per dies septem bacchabundum agmen incessit; parta praeda, si quid victis saltem adversus comessantes animi fuisset: mille hercule, viri modo et sobrii, septem dierum crapula graves in suo triumpho, capere potuerunt. Sed fortuna, quae rebus famam pretiumque constituit, hic quoque militiae probrum vertit in gloriam. Et praesens aetas, et posteritas deinde mirata est, *per gentes nondum satis domitas incessisse temulentos, barbaris, quod temeritas erat, fiduciam esse credentibus.* Hunc apparatum carnifex sequebatur: quippe satrapes Aspastes, de quo ante dictum est, interfici jussus est. Adeo nec luxuriae quidquam crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat. [9])

---

[8]) Vicus, Straße; crater eris, v. cratera, ein vertieftes Gefäß, Becher; Liminibus aedium disponere, unter die Hausschwellen stellen; vasa: Bacchus cantharis usus fuisse dicitur; constratus, mit Brettern belegt; in t. modum, wie Zelter; ornari, sc. jubet; vestis, Kleidungsstoff; cohors regia: cohors puerorum nobilium; redimio, umwinden, umgeben; item: deinde; pro copia cujusque, nach eines jeden Vermögen; exercitus, sc. erat; in vehiculis esse, i. e. vehiculis vehi; praegravis: quae praegravis (sehr beschwert, belastet) erat.

[9]) Bacchabundus, schwärmend; parta (Anb.: *parata*) praeda etc. und es wäre unfehlbar eine Beute der Besiegten geworden, wenn sie anders nur etwas Muth gegen diese Schwelger bezeigt hätten; fürwahr auch nur tausend beherzte und nüchterne Männer hätten die sieben Tage hindurch berauschten Macedonier während ihres Triumphes gefangen nehmen können; constituere, bestimmen, ertheilen; militiae probrum, schimpfliche That, Handlung im Kriege; barbaris — credentibus: quum barbari crederent; fiducia, Zutrauen, Vertrauen zu sich; apparatus, Zug, Aufzug; luxuria, Schwelgerei.

# Q. CURTII RUFI DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI HISTORIARUM

## LIBER X.

### I.

Iisdem fere diebus Cleander et Sitalces, et cum Agathone Heracon superveniunt, qui Parmenionem jussu regis occiderant: quinque millia peditum cum equitibus mille. Sed et accusatores eos e provincia, cui praefuerant, sequebantur; nec tot facinora, quot admiserant, compensare poterant caedis perquam gratae regi ministerio. Quippe cum omnia profana spoliassent, ne sacris quidem abstinuerant: virginesque et principes feminarum, stupra perpessae, corporum ludibria deflebant. Invisum Macedonum nomen avaritia eorum ac libido barbaris fecerat. Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor, qui nobilem virginem constupratam servo suo pellicem dederat. [1]) Plerique amicorum Alexandri non tam criminum, quae palam objiciebantur, atrocitatem,

Inh. Cleander wird nebst andern strafwürdigen Anführern begnadigt, da hingegen, die weniger verbrochen, zur Strafe gezogen werden. Alexanders Plan, den westlichen Theil von Europa zu besuchen. Seine Freigebigkeit gegen des Abisares Sohn, und seine Grausamkeit gegen den sehr angesehenen Satrapen Orsines.

[1]) Mille, sc. cum illis erant, v. sequebantur; facinora admittere, Schandthaten, Gräuelthaten verüben; compensare, ausgleichen, wieder gut machen; caedis ministerium, Morddienst; profanus, unheilig, uneingeweihet, weltlich; sacris abstinere, die Heiligthümer verschonen; principes feminarum: nobilissimae feminae; stupra perpeti, Schändungen erdulden; corporum ludibria, körperliche Entehrungen, Mißhandlungen; libido, Geilheit, Ausschweifungen; barbaris, der Dat. statt des Accus.; eminebat: excellebat.

quam memoriam occisi per eos Parmenionis, quod tacitum prodesse reis apud regem poterat, intuebantur: laeti recidisse iram in irae ministros, nec ullam potentiam scelere quaesitam cuiquam esse diuturnam. Rex cognita causa pronuntiavit, *ab accusatoribus unum, et id maximum crimen esse praeteritum, desperationem salutis suae: nunquam enim talia ausuros, qui ipsum ex India sospitem aut optassent reverti, aut credidissent reversurum.* Igitur hos quidem vinxit, DC *autem militum, qui saevitiae eorum ministri fuerant, interfici* jussit ²) Eodem die sumtum est supplicium de iis quoque, quos auctores defectionis Persarum Craterus adduxerat. Haud multo post Nearchus et Onesicritus, quos *longius in Oceanum procedere* jusserat, superveniunt. Nuntiabant autem quaedam audita, alia comperta: *insulam ostio amnis subjectam auro abundare, inopem equorum esse: singulos equos ab iis, qui ex continenti trajicere auderent, singulis talentis emi. Plenum esse belluarum mare; aestu secundo eas ferri magnarum navium corpora aequantes: truci cantu deterritas sequi classem, cum magno aequoris strepitu, velut demersa navigia, subisse aquas.* Cetera incolis crediderant: inter quae, *Rubrum mare non a colore undarum, ut plerique crederent, sed ab Erythra rege appellari. Esse haud procul a continenti insulam palmis frequentibus consitam, et in medio fere nemore columnam eminere, Erythrae regis monumentum, literis gentis ejus scriptam.* ³) Adjiciebant,

---

²) Criminum atrocitatem intueri, auf die grausamen Beschuldigungen sehen, Rücksicht nehmen, o. vor Augen haben; objiciebantur, (vorwerfen) sc. iis, Cleandro et sociis; memoria, Erinnerung, erneuerte Vorstellung; tacitum, im Stillen, heimlich; laeti etc., sie freuten sich, daß sein Zorn auf die Werkzeuge desselben jetzt zurückgefallen, (o. sie selbst treffe), und keine durch Bosheit erworbene Macht für Jemanden von Bestand sey; re cognita pronuntiare, nach untersuchter Sache den Ausspruch thun; et id, und zwar; desperatio s. suae, nämlich die Verzweiflung an seinem Leben, o. die gewisse Hoffnung seines Unterganges; sospitem: incolumem.

³) Supplicium de aliquo sumere, Jem. hinrichten lassen; comperta, sc. oculis suis, i. e. visa; insula ostio amnis subjecta, eine vor der Mündung des Flußes gelegene Insel; equorum inopem esse, Mangel an Pferden haben; singulis t., um ein Talent; aestu secundo etc., bei anschwellender Fluth schwämmen sie gleich großen Schiffen; trux cantus, fürchterliches Getön; truci cantu, tubarum scilicet, ut docet Arrian; demergi, versenken, untergehen; aquas subire, sich untertauchen; cetera incolis crediderant, inter quae etc., das Uebrige hatten sie vom Hörensagen, worunter auch war 2c.; palmis frequentibus consitum esse, häufig mit Palmbäumen bewach-

*navigia, quae lixas mercatoresque vexissent, famam auri secutis gubernatoribus in insulam esse transmissa, nec deinde ab his postea visa.* Rex, cognoscendi plura cupidine accensus, *rursus eos terram legere* jubet, *donec ad Euphraten appellerent classem; inde adverso amne Babylonem subituros.* Ipse, animo infinita complexus, statuerat omni ad Orientem maritima regione perdomita, ex Syria petere Africam, Carthagini infensus: inde Numidiae solitudinibus peragratis cursum Gades dirigere. *Ibi* namque *columnam Herculis esse* fama vulgaverat. Hispanias deinde, quas *Iberiam* Graeci a flumine Ibero vocabant, adire; et praetervehi Alpes, Italiaeque oram, unde in Epirum brevis cursus est. [4]) Igitur Mesopotamiae praetoribus imperavit, *materia in Libano monte caesa, devectaque ad urbem Syriae Thapsacum ingentium carinas navium ponere: septiremes omnes esse, deducique Babylonem. Cypriorum regibus imperatum, ut aes stuppamque et vela praeberent.* Haec agenti Pori et Taxilis regum literae traduntur, *Abisarem morbo, Philippum praefectum ipsius ex vulnere interiisse, oppressosque qui vulnerassent eum.* Igitur Philippo substituit Eudaemonem. Dux erat Thracum. Abisaris regnum filio ejus attribuit. Ventum est deinde Persagadas. Persica est gens, cujus satrapes Orsines erat, nobilitate ac divitiis inter omnes barbaros eminens. [5]) Genus ducebat a Cyro, quondam rege Persarum: opes et a majoribus traditas habebat, et ipse longa imperii possessione cumulaverat. Is regi cum omnis generis donis, non ipsi modo ea, sed etiam amicis ejus daturus, occurrit. Equorum domiti greges sequebantur, currusque argento et auro adornati, pretiosa supellex, et no-

---

fen, o. voll Palmbäume seyn; literis scriptus, mit Schriftzügen bezeichnet.

[4]) Navigia in insulam transmittuntur, die S. setzen auf eine Insel hinüber; secutis: quam secuti essent; ab his, sc. incolis; cupidine accensus: cupidissimus; terram legere, an den Küsten schiffen, am festen Lande hin-, vorbeifahren; appellere, wohin fahren, fortsegeln; adverso amne subire, den Fluß hinaufschiffen; infinita animo complecti, gränzenlose Plane im Sinne führen; solitudines peragrare, Wüsteneien durchziehen; Gades (jetzt Cadix), eine Pflanzstadt der Phönicier; brevis cursus, kurze Fahrt.

[5]) Carinae ingentium navium, Kiele (Boden) zu ungeheuren Schiffen; aes — vela, Kupfer, Werg und Segeltuch; haec agenti, während er dieses betrieb; oppressos: supplicio affectos, — Philipp wurde meuchelmörderischer Weise von Kaufleuten ermordet; aliquem alicui substituere, Einen an Jem. Stelle setzen; Persagadae, die Hauptstadt dieser Statthalterschaft statt der Einwohner.

biles gemmae; aurea magni ponderis vasa, vestesque purpureae, et signati argenti talentum quatuor millia. Ceterum tanta benignitas barbaro causa mortis fuit. Nam cum omnes amicos regis donis super ipsorum vota coluisset; Bagoae spadoni, qui Alexandrum obsequio corporis devinxerat sibi, nullum honorem habuit. [6]) Admonitusque a quibusdam, *quam Alexandro cordi esset*, respondit, *amicos regis, non scorta, se colere: nec moris esse Persis, mares ducere, qui stupro effeminarentur.* His auditis spado potentiam, flagitio et dedecore quaesitam, in caput nobilissimi et insontis exercuit. Namque gentis ejusdem levissimos falsis criminibus adstruxit, monitos tum demum ea deferre, cum ipse jussisset. Interim quoties sine arbitris erat, credulas regis aures implebat; dissimulans causam irae, quo gravior criminantis auctoritas esset. Nondum suspectus erat Orsines, jam tamen vilior. Reus enim in secreto agebatur, latentis periculi ignarus: et importunissimum scortum, ne in stupro quidem et dedecoris patientia fraudis oblitum, quoties amorem regis in se accenderat, Orsinem modo *avaritiae,* interdum etiam *defectionis*, arguebat. [7]) Jam matura erant in perniciem innocentis mendacia, et fatum cujus inevitabilis sors est, appetebat. Forte enim *sepulcrum Cyri* Alexander jussit *aperiri*, in quo erat conditum ejus corpus, cui dare volebat inferias. Auro argentoque repletum esse crediderat, quippe ita fama Persae vulgaverant; sed praeter clypeum ejus putrem, et arcus duos Scythicos, et acinacem, nihil reperit. Ceterum corona aurea imposita amiculo, cui assueverat ipse, solium, in quo corpus jacebat, velavit; miratus, *tanti nominis regem, tantis praeditum*

---

[6]) Genus ab aliquo ducere, von Jem. abstammen; dona omnis generis, Geschenke von jeder Art; benignitas: liberalitas; aliquem donis super ejus vota colere, Jem. über alle Erwartung reichlich beschenken; aliquem sibi devincere, sich Jem. verbindlich machen; alicui honorem habere, Jem. ehren, seine Achtung bezeigen.

[7]) Alicui cordi esse, Jem. lieb, werth, o. bei Jem. beliebt seyn; scorta, ausschweifende Jünglinge; moris est, es ist Sitte; effeminari, sich zu einem Weibe machen; flagitio et dedecore, auf eine schändliche Weise; potentiam in caput alicujus exercere, sein Ansehen (Macht) zu Jem. Untergange anwenden; levis, nichtswürdig; aliquem falsis criminationibus adstruere, i. e. instruere, Jem. zu falschen Beschuldigungen abrichten, d. i. als falschen Ankläger aufstellen; ea: crimina; sine arbitris, ohne Zeugen, allein; erat, sc., apud regem; implebat, sc. criminationibus falsis; gravior auctoritas, mehr Gewicht; vilior, minder o. nicht geachtet; reum agi, beschuldiget werden; importunissimum scortum, dieser so ungestüme, ausschweifende Jüngling.

*opibus, haud pretiosius sepultum esse, quam si fuisset e plebe.* Proximus erat lateri spado, qui regem intuens, *quid mirum,* inquit, *est, inania sepulcra esse regum, cum satraparum domus aurum inde egestum capere non possint? Quod ad me attinet, ipse hoc bustum antea non videram: sed ex Dario ita accepi, tria millia talentûm condita esse cum Cyro. Hinc illa benignitas in te; ut quod impune habere non poterat Orsines, donando etiam gratiam iniret.* [8]) Concitaverat jam animum in iram: cum ii, quibus negotium idem dederat, superveniunt. Hinc Bagoas, hinc ab eo subornati, falsis criminibus occupant aures. Antequam accusari se suspicaretur Orsines, in vincula est traditus. Non contentus supplicio insontis spado, ipse morituro manum injecit. Quem Orsines intuens, *audieram*, inquit, *in Asia olim regnasse feminas; hoc vero novum est, regnare castratum!* Hic fuit exitus nobilissimi Persarum, nec insontis modo, sed eximiae quoque benignitatis in regem. Eodem tempore Phradates, regnum affectasse suspectus, occiditur. Coeperat esse praeceps ad repraesentanda supplicia; idem ad deteriora credenda. Scilicet res secundae valent commutare naturam; et raro quisquam erga bona sua satis cautus est. [9]) Idem enim

---

8) Jam matura etc., schon waren die falschen Beschuldigungen zum Untergange des Unschuldigen herangereifet, und das Schicksal, dessen Verhängniß unausweichlich ist, näherte sich; inferias (sc. victimas, dapes v. res) dare, ein Todtenopfer bringen; sepulcrum Cyri. Nach Arrian war es wirklich beraubt worden; allein die Thäter konnte man nicht ausfindig machen; ceterum corona etc., der König setzte eine goldene Krone auf den Sarg, worin der Körper lag, und bedeckte ihn mit dem Mantel, den er selbst zu tragen pflegte; solium: loculum, sarcophagum; tanti nominis: tantae gloriae; opibus: divitiis; lateri alicujus proximum esse, bei Jem. zunächst an der Seite stehen; egestus, hervorgeholt, geraubt; bustum, Grabmahl; talentûm, poet. st. talentorum; impune, ungestraft, ohne Gefahr; gratiam alicujus donando inire, sich bei Jem. durch Geschenke beliebt machen.

9) Animum alicujus in iram concitare, Jem. zum Zorne reizen, aufbringen; negotium, Auftrag; supervenire, dazu kommen; subornare, heimlich anstellen, anstiften; occupant: implent, sc. regis; in vincula tradere, in Fesseln legen; supplicio sontis: In crucem sublatus est Orsines Persepoli, non Persagadis, et, si Arriano 6. 30. credis, merito, quod templa et sepulcra regia (sc. quae Persepoli erant), spoliasset, et multos Persarum injuste peremisset, convictus. De Bogoae insidiis ne verbo quidem monuit Arrianus. Ipse — injecit, und er legte noch sogar Hand an ihn, da man ihn zum Tode führte; regnasse

paullo ante Lyncestem Alexandrum delatum a duobus indicibus damnare non sustinuerat: humiliores quoque reos contra suam voluntatem, quia ceteris videbantur insontes, passus absolvi: hostibus victis regna reduxerat. Ad ultimum a semetipso degeneravit usque adeo, ut adversus libidinem animi, arbitrio scorti aliis regna daret, aliis adimeret vitam. Iisdem fere diebus literas a Coeno accepit de rebus in Europa et Asia gestis, dum ipse Indiam subigit. Zopyrio Thraciae praepositus, dum expeditionem in Getas faceret, tempestatibus procellisque subito coortis, cum toto exercitu oppressus erat. Qua cognita clade, Seuthes Odrysas populares suos ad defectionem compulerat. Amissa propemodum Thracia, ne Graecia quidem * *

## IO. FREINSHEMII SUPPLEMENTUM.

tumultibus inconcussa mansit. [10]) Nam Alexander, punita satraparum quorumdam insolentia, quam, dum in extremo orbe Indorum armis attinetur, per summa scelera atque flagitia in provinciales exercuerant, ceterorum metum intenderat: qui in paribus delictis idem admissorum praemium exspectantes, in mercenariorum militum fidem confugiebant, illorum manibus, si ad supplicium poscerentur, salutem suam tutaturi; aut pecunia, quanta poterat, coacta, fugam inibant. Ea re cognita literae ad omnes Asiae praetores missae sunt, quibus inspectis *e vestigio omnes peregrinos milites, qui stipendia sub ipsis facerent, dimittere* jubebantur. [11])

---

feminas: v. g. Semiramidem; Phradates, S. B. 8. 3.; regnum affectare, nach der Krone streben; praeceps, schnell, zu voreilig, zu rasch, unbedachtsam; ad repraesentanda: ad exsequenda; deteriora credere, das Schlimmere glauben; scilicet res etc., das Glück ändert ohne Zweifel die menschliche Natur, und es ist selten Jemand gegen dasselbe genug auf seiner Huth.

[10]) Sustineo, über's Herz bringen; reduxerat, i. e. reddiderat; regna reduxerat, And.: *regnare duxerat*, And.: *regnare dixerat*; a semet ipso degenerare, sich nicht ähnlich bleiben, sich unähnlich werden; adversus libidinem animi: contra suam ipsius voluntatem; arbitrio scorti, nach Gutbefinden dieses Lasterhaften; daret: donaret; a Coeno: sollte heißen ab Antipatro; opprimo, aufreiben; tumultibus inconcussum manere, von Unruhen nicht verschont bleiben.

[11]) Armis attineri, durch die Waffen, durch den Krieg zurückgehalten werden; per summa scelera atque flagitia, auf eine sehr ruchlose und schändliche Art; provinciales, sc. incolas, Einwohner (in der Provinz); metum alicujus intendere, Jem. in Furcht se-

Erat inter eos Harpalus, quem Alexander, quod ob ipsius amicitiam olim a Philippo ejectus solum vertisset, inter fidissimos habebat, et post Mazaei mortem satrapia Babyloniae donaverat, thesaurorumque custodiae praefecerat. Is igitur cum fiduciam, quam in propensissima regis gratia habere poterat, magnitudine flagitiorum consumsisset, quinque talentorum millia ex gaza regia rapit, conductaque sex millium mercenariorum manu, in Europam evadit. [12]) Jampridem enim luxu et libidinibus in praeceps tractus, desperataque apud regem venia, adversus iram ipsius in alienis opibus subsidium circumspicere coeperat; et Athenienses, quorum non contemnendam potentiam, et apud ceteros Graecos auctoritatem, tum occultum in Macedonas odium norat, sedulo coluerat. Itaque spem suis faciebat, *Athenienses adventu suo cognito, copiisque et pecuniis, quas adduceret, coram inspectis, protinus arma consiliaque sociaturos esse.* Nam apud populum imperitum et mobilem, per homines improbos et avaritia venales, omnia se muneribus consecuturum existimabat. [13])

II. Igitur triginta navibus Sunium transmittunt. Promontorium est Atticae terrae, unde portum urbis petere decreverant. His cognitis, rex Harpalo Atheniensibusque juxta infestus *classem parari* jubet, Athenas protinus petiturus. Quod consilium dum agitat, clam literae ei redduntur. *Harpalum intrasse quidem Athenas, pecunia conciliasse*

---

zen; in fidem alicujus confugere, zu Jem. Schutze die Zuflucht nehmen; ad supplicium posci, zur Bestrafung vorgefordert werden; manibus alicujus salutem suam tutari, durch Jem. sein Leben, o. sich retten; pecuniam cogere, G. zusammenbringen; fugam inire, fliehen, flüchtig werden; e vestigio: statim; stipendia facere: militare.

[12]) Solum vertere, das Vaterland verlassen; aliquem thesaurorum custodiae praeficere, Jem. zum Schatzmeister machen, die Aufsicht über den Schatz anvertrauen; fiduciam consumere, das Vertrauen verscherzen, verlieren.

[13]) Libidines, Ausschweifungen; in praeceps trahi, in einer sehr gefährlichen Lage, am Rande des Verderbens sich befinden; venia, Begnadigung; opes, Macht; potentia, überwiegende Macht; aliquem colere, Jem. mit Achtung begegnen; arma et consilia cum aliquo sociare, gemeinschaftliche Sache mit Jem. machen.

Inh. Während Alexander die Ruhe in Griechenland wieder herstellen, eine Heeresabtheilung, deren Schulden er bezahlt, beurlauben, eine andere aber noch länger in Diensten behalten will, entsteht ein Aufstand im Lager, den er aber durch eine nachdrückliche Rede und sein königliches Ansehen stillt.

*sibi principum animos: mox concilio plebis habito jussum urbe excedere, ad Graecos milites pervenisse, a quibus interceptum et trucidatum a quodam viatore per insidias.* [1]) His laetus in Europam trajiciendi consilium omisit: *sed exsules, praeter eos, qui civili sanguine adspersi erant, recipi ab omnibus Graecorum civitatibus, quis pulsi erant,* jussit. Et Graeci, haud ausi imperium aspernari, quamquam solvendarum legum id principium esse censebant, bona quoque, quae exstarent, restituere damnatis. Soli Athenienses, non suae modo, sed etiam publicae vindices libertatis, colluvionem hominum, quia aegre ferebant, non regio imperio, sed legibus moribusque patriis regi assueti, prohibuere finibus; omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis suae, tunc etiam exsilii, admitterent. [2]) Alexander, senioribus militum in patriam remissis, *tredecim millia peditum, et duo millia equitum, quae in Asia retineret, eligi* jussit: existimans, modico exercitu continere posse Asiam, quia pluribus locis praesidia disposuisset; nuperque conditas urbes, quas colonis replesset, res renovare cupientibus obstare. Ceterum priusquam secerneret, quos erat retenturus, edixit, *ut omnes milites aes alienum profiterentur.* Grave plerisque esse compererat: et quamquam ipsorum luxu contractum erat, dissolvere tamen ipse decreverat. [3]) Illi, tentari ipsos rati, quo facilius ab integris sumtuosos discerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex satis gnarus, professioni aeris pudorem, non contumaciam obstare, *mensas totis castris poni* jussit, *et decem millia talentorum proferri.* Tum demum fide facta professi sunt, nec amplius ex tanta pecunia quam

---

[1]) Transmittere, hinüberschiffen; portum petere, gegen den Hafen zusegeln; urbis: Athenarum; classem parare, eine Flotte ausrüsten, in segelfertigen Stand setzen; consilium agitare, mit einem Plane umgehen; principum animos: praecipue oratorum. Demosthenem XX talentis et calice corrupisse dicitur; concilium plebis habere, eine Volksversammlung halten; viatore, And.: *auctore.*

[2]) Omittere, aufgeben; adspergi, sich beflecken; imperium alicujus aspernari, sich Jem. Befehle entziehen, oder, zuwider handeln; leges solvere, die G. aufheben, untergraben; vindex, Beschützer; colluvio h. Auswurf der niedrigsten Menschen; aliquem finibus prohibere, Jem. die Gränzen nicht betreten lassen; admittere, aufnehmen.

[3]) Continere, im Zaume halten; res novare, Aufruhr erregen, abfallen; obstare, Widerstand leisten können; secernere, ausmustern; aes alienum contrahere, Schulden machen; dissolvere; solvere.

centum et triginta talenta superfuere. Adeo ille exercitus, tot ditissimarum gentium victor, plus tamen victoriae, quam praedae, deportavit ex Asia. [4]) Ceterum ut cognitum est, *alios mitti domum; alios retineri;* perpetuam eum regni sedem in Asia habiturum rati, vecordes et disciplinae militaris immemores, seditiosis vocibus castra complent, regemque ferocius quam alias adorti, omnes simul *missionem* postulare coeperunt, deformia ora cicatricibus, canitiemque capitum ostentantes. Nec aut praefectorum castigatione, aut verecundia regis deterriti, tumultuoso clamore et militari violentia volentem loqui inhibebant; palam professi, *nusquam inde, nisi in patriam, vestigium esse moturos.* [5]) Tandem silentio facto, magis quia motum esse credebant, quam quia ipsi moveri poterant, quidnam dicturus esset, exspectabant. Ille, *quid haec*, inquit, *repens consternatio, et tam procax atque effusa licentia denuntiat? Eloqui timeo, palam certe rupistis imperium, et precario rex sum; cui non alloquendi, non noscendi monendique, aut intuendi vos jus reliquistis. Equidem cum alios dimittere in patriam, alios mecum paullo post deportare statuerim; tam illos acclamantes video, qui abituri sunt, quam hos, cum quibus praemissos subsequi statui. Quid hoc est rei? dispari in causa idem omnium clamor est! Pervelim scire, utrum qui discedunt, an qui retinentur, de me querantur.* [6]) Crederes uno ore omnes sustulisse clamorem; ita pariter ex tota concione responsum est, *omnes queri.* Tum ille, *non hercule*, inquit, *potest fieri, ut adducar, querendi simul omnibus hanc*

---

[4]) Integer, nicht verschuldet, nicht verschwenderisch; prolatando tempus extrahere, durch Zögern die Zeit hinstreichen lassen; fidem facere, Glauben beimessen, glauben, daß es Ernst sey; plus victoriae, quam praedae deportare, mehr Siegesruhm, als Beute davon tragen.

[5]) Vecors, wahnsinnig, tollkühn, wüthend; ferocius aliquem adoriri, mit mehr Troß sich an Jem. machen, hier, anreden; missio, Abschied; deformia ora c. ihre durch Narben entstellten Gesichter; verecundia, Ehrfurcht; violentia, Heftigkeit, Ungestüm; vestigium movere, keinen Schritt thun, machen.

[6]) Moveri, Eindruck machen, auf andere Gesinnungen kommen, sie ändern; dicturus: Vulg. *acturus*; ille etc., Alexander sprach: was bedeutet denn dieser plötzliche Aufruhr, u. dieses so freche und zügellose Betragen? imperium rumpere, die Herrschaft zu nichte machen, den Gehorsam gänzlich aufkündigen; precario rex, bittweise König, ein Gnadenkönig; noscendi: lustrandi, mustern; deportare, führen, schaffen, nämlich von einem Orte in den andern; dispari in causa, in einer ungleichen Sache, bei ganz verschiedenen Umständen.

*causam esse, quam ostenditis; in qua major pars exercitus non est, utpote cum plures dimiserim, quam retenturus sum. Subest nimirum altius malum, quod omnes avertit a me. Quando enim regem universus exercitus deseruit? Ne servi quidem uno grege profugiunt dominos; sed est quidam in illis pudor a ceteris destitutos relinquendi. Verum ego tam furiosae consternationis oblitus, remedia insanabilibus conor adhibere.* [7]) *Omnem hercule spem, quam ex vobis conceperam, damno; nec ut cum militibus meis, jam enim esse destitistis, sed ut cum ingratissimis oportet, agere decrevi. Secundis rebus, quae circumfluunt vos, insanire coepistis; obliti status ejus, quem beneficio exuistis meo. Digni hercule, qui in eodem consenescatis; quoniam facilius est vobis adversam, quam secundam, regere fortunam En tandem! Illyriorum paullo ante et Persarum tributariis, Asia, et tot gentium spolia fastidio sunt. Modo sub Philippo seminudis, amicula ex purpura sordent; aurum et argentum oculi ferre non possunt; lignea enim vasa desiderant, et ex cratibus scuta, rubiginemque gladiorum.* [8]) *Hoc cultu nitentes vos accepi, et quingenta talenta aeris alieni: cum omnis regia supellex haud amplius quam sexaginta talentorum esset, meorum operum fundamenta. Quibus tamen (absit invidia) imperium maximae terrarum partis imposui. Asiaene pertaesum est, quae vos gloria rerum gestarum Diis pares fecit? In Europam ire properatis, rege deserto, cum pluribus vestrûm defuturum viaticum fuerit, ni aes alienum luissem: nempe in Asiatica praeda. Nec pudet profundo*

---

[7]) Uno ore, einstimmig, auf einmal; ut adducar: ut mihi persuadeam; ostendere, vorgeben, angeben; in — est, bei dem größern Theile des Heeres findet sie nicht Statt; avertere, abwendig machen; uno grege, auf einmal; profugiunt st. fugiunt; destitutos: qui (sc. domini) a ceteris destituti sunt; verum ego etc. ich habe aber vergessen, daß ich zu rasenden Aufrührern spreche, und bemühe mich, Mittel gegen diese Unheilbaren anzuwenden.

[8]) Spem ex aliquo concipere, H. von Jem. fassen, schöpfen; damno: depono, abjicio; destitistis, And.: *desiistis*; oportet, sc. agere, verfahren; circumfluere, umströmen; statum (sc. miserum) beneficio alicujus exuere, sich durch Jem. Wohlthat von einem elenden Zustande, einer elenden Lage befreien; fortunam regere, sich in das Glück zu schicken wissen; en tandem, sehet doch endlich; Illyriorum, — sein Vater Philipp befreite sie von diesem Tribut; alicujus tributarium esse, Jem. zinsbar seyn; Asia, Vulgo, *Asiae*; modo, vor Kurzem; sordeo, anekeln, zu schlecht seyn; et ex cratibus etc. aus Weiden geflochtene Schilde u. mit Rost überzogene Degen.

*ventre devictarum gentium spolia circumferentes, reverti velle ad liberos conjugesque, quibus pauci praemia victoriae potestis ostendere.* [9]) *Nam ceterorum, dum etiam spei vestrae obviam istis, arma quoque pignori sunt. Bonis vero militibus cariturus sum, pellicum suarum concubinis; quibus hoc solum ex tantis opibus superest, quod impenditur. Proinde fugientibus me pateant limites: facessite hinc ocius; ego cum Persis abeuntium terga tutabor. Neminem teneo: liberate oculos meos, ingratissimi cives. Laeti vos excipient parentes liberique, sine vestro rege redeuntes! obviam ibunt desertoribus transfugisque!* [10]) *Triumphabo mehercule de fuga vestra, et ubicunque ero, expetam poenas; hos, cum quibus me relinquitis, colendo, praeferendoque vobis. Jam autem scietis, et quantum sine rege valeat exercitus, et quid opis in me uno sit.* Desiluit deinde frendens de tribunali, et in medium armatorum agmen se immisit; notatos quoque, qui ferocissimi oblocuti erant, singulos manu corripuit: nec ausos repugnare tredecim asservandos custodibus corporis tradidit. [11])

III. Quis crederet, saevam paullo ante concionem obtorpuisse subito metu, et cum ad supplicium videret trahi nihil ausos graviora quam ceteros* (tam effusam antea licentiam, atque seditiosam militum violentiam ita compressam, ut non modo nullus ex omnibus irruenti regi restiterit; ve-

---

[9]) Hoc cultu nitentes, in diesem schönen o. glänzenden Aufzuge — ironisch; supellex, Schatz; m. o. fundamenta, die Grundlage zu meinen Unternehmungen; quibus, sc. fundamentis; absit invidia, sc. verbo, ohne ruhmredig zu werden; pertaesum est, sc, vobis; luissem: solvissem; in asiatica praeda: quamvis tantam in Asia praedam feceritis, tamen aes vestrum alienum luere debui; pudet, sc. vos; profundo ventre circumferentes: qui tantas opes heluati estis.

[10]) Ceterorum, sc. qui praemia victoriae ostendere non possunt; arma pignori sunt, die W. sind versetzt, verpfändet; pellicum suarum concubinis: mollioribus etiam, quam pellices suae; quod impenditur (impendium) h. e. usura, Zinsen, Interessen; fugientibus me: quia igitur me fugitis; pateant, sc. vobis; facessite hinc ocius, packt euch je eher je lieber von hinnen; teneo, aufhalten; oculos liberare: ex oculis abire, e conspectu recedere; desertor, Ausreißer, Abtrünniger.

[11]) Poenas ab aliquo expetere, Jem. zur Strafe ziehen; colendo, das Ger. st. des Part. praes.; scire, erfahren; et quid opis etc. und wie viel auf meiner Person allein beruhet; in medium se immittere, mitten hineinbringen; notatos; eos, quos notaverat; notare, sich merken, bemerken; obloqui, widersprechen; repugnare, widersetzen.

rum etiam cuncti pavore exanimati, attonitis similes, quid de ipsis quoque rex statuendum censeret, suspensa mente exspectarent. [1]) Itaque*) sive nominis, quod gentes, quae sub regibus sunt, inter Deos colunt, sive propria ipsius veneratio, sive fiducia tanta vi exercentis imperium conterruit eos: singulare certe ediderunt patientiae exemplum; adeoque non sunt accensi supplicio commilitonum, cum sub noctem interfectos esse nossent, ut nihil omiserint, quod singuli magis obedienter ac pie facerent. Nam cum postero die prohibiti aditu venissent, Asiaticis modo militibus admissis, lugubrem totis castris edidere clamorem, denuntiantes, *se protinus esse morituros, si rex perseveraret irasci.* [2]) At ille pervicacis ad omnia, quae agitasset, animi, *peregrinorum militum concionem advocari* jubet, *Macedonibus intra castra cohibitis:* et cum frequentes coissent, adhibito interprete talem orationem habuit. *Cum ex Europa trajicerem in Asiam, multas nobiles gentes, magnam vim hominum imperio meo me additurum esse sperabam. Nec deceptus sum, quod de his credidi famae. Sed ad illa hoc quoque accessit, quod video fortes viros erga reges suos pietatis invictae. Luxu omnia fluere credideram, et nimia felicitate mergi in voluptates.* [3]) *At hercule munia militiae hoc animorum corporumque robore aeque impigre toleratis;*

---

Inh. Alexander bestraft die Aufwiegler, vereitelt den ganzen Plan des Heeres, und überträgt den Persern die Leibwache.

[1]) Subito metu obtorpescere, vor plötzlicher F. erstarren, verstummen; trahi, sc. eos, qui — ausi essent; nihil ausos graviora: nihilo ausos graviora, die nichts Schlimmeres, als die Uebrigen gethan hatten; comprimere, unterdrücken, dämpfen; pavore examinatus, vor Furcht außer sich; suspensa mente exspectare, ängstlich erwarten. *) Das Eingeklammerte fehlt in sieben Manuscripten.

[2]) Nominis, sc. regis; inter Deos colere, wie Götter verehren; veneratio, Vergl. B. 3. 6.; singulare ex. edere, ein außerordentliches Beispiel geben; accendere, aufbringen; obedienter ac pie facere, sich gehorsam und ehrerbiethig gegen den König betragen; aditu aliquem prohibere, Jem. den Zutritt nicht gestatten, nicht vorlassen.

[3]) At ille etc., Alexander aber ließ bei seinem Starrsinn in allen seinen entworfenen Planen die fremden Truppen vor sich versammeln, und befahl den Macedoniern im Lager zu bleiben; und da sie sich zahlreich versammelt hatten, hielt er vermittelst eines Dolmetschers an Erstere folgende Rede; de his, sc. gentibus, hinsichtlich dieser; fama, Ruf, Gerücht; sed ad illa: sc. quae speraveram; hoc quoque: sc. insperatum; viri invictae pietatis, Männer von unerschütterlicher Treue; luxu etc. ich glaubte, daß hier alles in Schwelgerei schwimme, und wegen des allzugroßen Glückes in Wollust versunken sey.

*et cum fortes viri sitis, non fortitudinem magis, quam fidem colitis. Hoc ego nunc primum profiteor, sed olim scio. Itaque et delectum e vobis juniorum habui; et vos meorum militum corpori immiscui. Idem habitus, eadem arma sunt vobis: obsequium vero et patientia imperii longe praestantior est, quam ceteris. Ergo ipse Oxathris Persae filiam mecum in matrimonio junxi, non dedignatus ex captiva liberos tollere.* [4]) *Mox deinde cum stirpem generis mei latius propagare cuperem, uxorem Darii filiam duxi; proximisque amicorum auctor fui ex captivis generandi liberos: ut hoc sacro foedere omne discrimen victi et victoris excluderem.* [5]) *Proinde genitos esse vos mihi, non adscitos milites credite. Asiae et Europae unum atque idem regnum est. Macedonum vobis arma do. Inveteravi peregrinam novitatem, et cives mei estis milites; omnia eundem ducunt colorem. Nec Persis Macedonum morem adumbrare, nec Macedonibus Persas imitari indecorum est. Ejusdem juris esse debent, qui sub eodem rege victuri sunt.* * * *

## SUPPLEMENTUM.

Hac oratione habita, Persis corporis sui custodiam credidit, Persas satellites, Persas apparitores fecit. Per quos cum Macedones, qui huic seditioni ocasionem dedissent, vincti ad supplicia traherentur; unum ex iis, auctoritate et aetate gravem, ad regem ita locutum ferunt: [6])

IV. *Quousque*, inquit, *animo tuo etiam per supplicia,*

---

[4]) Hoc animorum corporumque robore, durch euren starken Muth u. eure starken Körper; delectum juniorum habere, junge Mannschaft ausheben lassen; meorum m. corpori: meo exercitui; habitus, Kleidung, Tracht; obsequium, Gehorsam; patientia imperii, Erduldung meiner Herrschaft, d. i. Unterthänigkeit, Zufriedenheit mit meinem Oberbefehle; praestantior, sc. vobis; filiam: Roxanen; tollere, zeugen.

[5]) Darii filiam: Statiram; alicui auctorem esse, Jem. Veranlassung, ein Beispiel geben; excludere, aufheben.

[6]) Genitos: quia mixti in unam velut gentem coaluimus, ut recte Freinshem. Uibers.: haltet euch demnach jetzt vielmehr für meine Landsleute, und nicht für Ausländer; peregrinam novitatem inveterare, das fremde Ungewöhnliche veralten lassen, abschaffen, d. i. den neuen Unterthanen mit den alten gleiche Rechte geben, allen Unterschied aufheben; eundem colorem ducere, gleiche Farbe führen, (vielleicht in Hinsicht der Kleidung) d. i. sich an gleiche Sitten gewöhnen; adumbrare, nachbilden, annehmen; auctoritate et aetate gravis vir, ein angesehener, alter, ehrwürdiger Mann.

*et quidem externi moris, obsequeris? Milites tui, cives tui, incognita causa, captivis suis ducentibus, trahuntur ad poenam! Si mortem meruisse judicas, saltem ministros supplicii muta.* Amico animo, si veri patiens fuisset, admonebatur; sed in rabiem ira pervenerat. Itaque rursus (nam parumper, quibus imperatum erat, dubitaverant) *mergi in amnem, sicut vincti erant,* jussit. Nec hoc quidem supplicium seditionem militum movit. Namque copiarum duces atque amicos ejus, manipuli adeunt, petentes, *ut si quos adhuc pristina noxa judicaret esse contactos, juberet interfici: offerre se corpora irae; trucidaret.* * * * [1])

## 10. FREINSHEMII SUPPLEMENTUM.

Tandem prae dolore vix mentis compotes universi concurrunt ad regiam, armisque ante fores projectis, tunicati adstantes, *nuda et obnoxia poenis corpora admitti* flentes orabant. *Non se deprecari, quin suppliciis sontium expiarentur, quae per contumaciam deliquissent. Regis iracundiam sibi morte tristiorem esse.* Cumque dies noctesque ante regiam persistentes, miserabili clamore habituque poenitentiam suam approbarent; biduum tamen adversus humillimas suorum preces iracundia regis duravit. Tertio die victus constantia supplicum, processit; incusataque leniter exercitus immodestia, non sine multis utrinque lacrimis, *in gratiam se cum ipsis redire* professus est. Digna tamen res visa est, quae majoribus hostiis expiaretur. [2]) Itaque sacrificio magnifice per-

---

Inh. Rede eines macedonischen Soldaten in den Fesseln. Verschwörung gegen Alexander, der vergiftet wird.

[1]) Quousque etc., wie lange, sprach er, wirst du noch deinem Zorne Gehör geben, und uns nach den Sitten des Auslandes hinrichten lassen; externi moris. Er zielt hier auf die Ersäufung im Tiger; incognita causa, unverhörter Sache, ohne Untersuchung; ad poenam: ad supplicium, ad mortem; amico animo aliquem admonere, Jem. freundschaftlich erinnern, freundschaftliche Vorstellungen machen; veri patientem esse, die Wahrheit vertragen können; pervenerat: versa erat; in amnem mergere, im Strome ersaufen; manipuli, manipelweise; pristina noxa contactum esse, an dem vorigen Verbrechen schuldig seyn; corpora sua irae alicujus offerre, sich Jem. Zorne überlassen, preisgeben; trucidaret, sc. se.

[2]) Nuda etc., und baten unter Thränen, sie in diesem nackten und zur Strafe bereiteten Zustande vor den König zu lassen. Der König möchte immerhin ihre bewiesene Halsstärrigkeit durch den Tod der Schuldigen bestrafen; tristis, traurig, b) hart, schrecklich; habitus, Stimmung, auch Betragen; humilis, sich erniedrigend, demüthig; proce-

petrato, Macedonum simul Persarumque primores invitavit ad epulas. *Novem millia eo convivio excepisse*, proditum est memoriae, *eosque omnes invitante rege ex eodem cratere libavisse, Graecis barbarisque vatibus tum alia fausta vota praeeuntibus, tum imprimis ut ea utriusque imperii in idem corpus coalita societas perpetua foret.* Maturata deinde est missio, et infirmissimus quisque exauctorati. Amicorum quoque seniorum quibusdam commeatum dedit. Ex quîs Clitus cognomento Albus, Gorgiasque et Polydamas, et Antigenes fuere. Abeuntibus non modo praeteriti temporis stipendia cum fide persolvit, verum etiam talentum adjecit in singulos milites, viatici nomine. [3]) *Filios ex Asiaticis uxoribus susceptos* (ad decem millia fuisse traditur) *apud se relinqui* jussit, *ne in Macedoniam cum parentibus transgressi, et conjugibus liberisque prioribus permixti, familias singulorum contentionibus et discordiis implerent; sibi curae fore pollicitus, ut patrio more instituti militiae artes edocerentur.* Ita supra decem veteranorum millia dimissa sunt; additusque est Craterus, qui eos deduceret, ex praecipuis regis amicis. *Isti si quid humanitus contigisset, Polyperchonti parere* jussi sunt. Literis etiam ad Antipatrum scriptis, *honorem emeritis haberi* praecepit, *ut quoties ludi atque certamina ederentur, in primis ordinibus coronati spectarent; utque fato functorum liberi, etiam impuberes, in paterna stipendia succederent. Craterum Macedoniae continentibusque regionibus cum imperio praeesse* placuit, *Antipatrum cum supplemento juniorum Macedonum ad regem pergere.* [4]) Verebatur enim, ne per discordiam prae-

---

dere, hervortreten, sich zeigen; immodestiam exercitus leniter incusare, dem Heere sein unanständiges Betragen auf eine gelinde Art verweisen; in gratiam cum aliquo redire, sich mit Jem. wieder aussöhnen; majores hostias expiare, ein größeres Sühnopfer veranstalten.

[3]) Excipere, bewirthen; libare, kosten, trinken; Graecis barbarisque etc., da indessen die Priester der Griechen und Perser unter andern Glückwünschen auch diese Gesundheit ausgebracht hätten, daß die Vereinigung beider Reiche zu einem Staatskörper von ewiger Dauer seyn möchte; exauctorare, entlassen, den Abschied geben; commeatus, Urlaub; praeteriti temporis stipendia cum fide persolvere, den rückständigen Sold ganz (treulich) auszahlen lassen; in singulos, für jeden.

[4]) Susceptos: genitos, procreatos; familias contentionibus implere, unter den Familien Streitigkeiten veranlassen, erregen; ut patrio more etc., sie nach macedonischer Art erziehen, und in der Kriegskunst unterrichten zu lassen; ita: hoc modo; isti etc., und

fecti cum Olympiade gravis aliqua clades acciperetur. Nam multas ad Alexandrum epistolas mater, multas Antipater miserat; vicissimque alter alterum arroganter et acerbe pleraque facere criminabantur, quae ad dedecus, aut detrimentum regiae majestatis pertinerent. Postquam enim rumor occisi regis temere vulgatus in Macedoniam penetravisset, mater ejus sororque Cleopatra tumultuatae fuerant; et haec quidem paternum regnum, Olympias Epirum invaserat. Forte dum ejusmodi literae redduntur, Hephaestion, adsuetus omnium arcanorum se participem haberi, resignatas ab Alexandro simul inspiciebat. Neque vetuit eum rex; sed detractum digito annulum ori legentis admovit, nihil eorum, quae perscripta essent, in alios efferendum significans. [5]) Incusasse autem ambos fertur, et matris insolentia permotum exclamasse, *eam pro habitatione decem mensium, quam in utero sibi praebuisset, gravem mercedem exigere*; Antipatrum vero suspectum habuisse, quasi parta ex Spartanis victoria tollentem animos, et imperio tot jam in annos prorogato supra praefecti modum elatum. Itaque cum ejus gravitas atque integritas a quibusdam praedicaretur, subjecit, *exterius quidem album videri, sed si penitus introspiciatur, totum esse purpureum.* Pressit tamen suspicionem suam, neque ullum manifestius abalienati animi indicium praetulit. Credidere tamen plerique, *Antipatrum, evocari se supplicii causa ratum, impiis machinationibus, regiae mortis*, quae paullo post secuta est, *auctorem exstitisse.* [6]) Interea rex, ut imminuti exercitus detrimenta sarciret, optimum quemque

---

wenn dieser unterwegs sterben sollte; emeritis, sc. militibus; utque fato etc., und nach ihrem Tode ihre noch unmündigen Kinder den väterlichen Sold beziehen sollten; continentibus: finitimis; regioni cum imperio praeesse, in einem Lande Statthalter seyn, — nebst dem Oberbefehle über die Truppen; pergere: venire, proficisci.

[5]) Per st. ob; clades, Verderben, Umsturz, Schaden; quae — pertinerent, welches der königlichen Majestät Unehre und Schaden bringe; temere, ohne Grund, grundlos; tumultuari, unruhig seyn, Unruhen erregen, auch zu den Waffen greifen; invadere, sich zu bemächtigen, an sich zu reißen suchen; ori admovere, an den Mund halten; aliquid in alios efferre, etwas Andern bekannt machen.

[6]) Fertur, sc. Alexander; uterus, Leib; praebeo, gewähren; victoriam ex aliquo parere, den Sieg über Jem. erhalten, davon tragen; animos tollere, stolz werden, sich erheben; elatum esse, stolz, aufgeblasen seyn; gravitas et integritas, gesetzter und rechtschaffener Charakter; premere, unterdrücken; manifestius indicium praeferre, ein etwas deutliches Merkmal geben, o. eine deutlichere Spur merken lassen; evocari, sc, ad regem; machinatio, Rank.

Persarum in Macedonicos ordines allegit: mille etiam praestantissimos segregavit ad propiorem sui corporis custodiam: aliam *hastatorum manum*, haud pauciores decem millibus, *circa regium tabernaculum excubias agere* jussit. Haec agitanti Peucestes supervenit cum viginti sagittariorum funditorumque millibus, quos ex sua provincia coëgerat. His per exercitum distributis profectus est Susis, Tigrique amne transmisso, apud Carrhas castra metatus est: inde quatriduo per Sittacenen ductis copiis Sambana processit; ubi per septem dies quietum agmen tenuit. Tridui deinde itinere emenso Celonas perventum est. Oppidum hoc tenent Boeotia profecti, quos Xerxes sedibus suis excitos in Orientem transtulit: servabantque argumentum originis peculiari sermone, ex Graecis plerumque vocibus constante; ceterum ob commerciorum necessitatem finitimorum barbarorum lingua utebantur. 7) Inde Bagistanen ingressus est, regionem opulentam, et abundantem arborum amoeno et fecundo foetu, ceterisque ad vitae non usum modo, verum etiam delectationem pertinentibus. Gravis inter haec Eumeni cum Hephaestione simultas inciderat. Nam servos Eumenis deversorio, quod pro hero suo anteceperant, Hephaestio proturbavit, ut Evius tibicen eo reciperetur. Neque diu post, cum jam sopita odia viderentur, nova exorta contentione adeo recruduerunt, ut etiam in atrox jurgium, et acerba utrinque convicia prorumperent. Sed Alexandri interventu imperioque inimicitiae saltem in speciem abolitae sunt: cum ille quidem Hephaestioni etiam minatus esset, qui in flagrantissima regis gratia positus, quamquam cupidum reconciliationis Eumenem, pertinacius aversabatur. 8) Perventum deinde est in Mediae campos, ubi ma-

---

7) Alligere, zu etwas wählen; optimum etc., wählte er die besten Perser, und vertheilte sie unter die macedonischen Reihen; er nahm auch von ihnen Tausend der Vorzüglichsten unter seine Leibwache auf; cogere, sammeln, zusammenziehen, werben; transmisso: trajecto; agmen quietum tenere, das Heer ausruhen, ausrasten lassen; emetiri, zurücklegen; quos Xerxes etc., welche X. aus ihren Sitzen hervorgerufen, und nach dem Orient versetzt hatte.

8) Foetus, Frucht; vitae usus, Nothdurft; gravis inter haec etc., inzwischen ereignete sich unter Eumenes und Hephästion eine starke Feindschaft; denn dieser hatte die Bedienten des Eumenes aus dem Quartiere, welches sie für ihren Herrn bereits in Besitz genommen hatten, vertrieben, um da einen Flötenspieler, Namens Evius, unterzubringen; sopitus, eingeschlafen, beigelegt; recrudesco, wieder roh werden, von Wunden, b) sich erneuern; interventus, Vermittelung; in speciem abolescere, dem Scheine nach verlöschen, aufhören; qui — positus, welcher der größte Liebling des Königs war.

xima equorum armenta pascebantur. *Nisaeos* appellant, magnitudine et specie insignes. *Supra quinquaginta millia ibi reperta, cum Alexander eo transiret*, a comitibus illius annotatum est: *olim triplo plures fuisse; sed inter bellorum turbas maximam eorum partem praedones abegisse.* Ad triginta dies ibi substitit rex. Eo Atropates Mediae satrapa centum barbaras mulieres adduxit, equitandi peritas, peltisque et securibus armatas: unde quidam crediderunt, *Amazonum ex gente reliquias fuisse.* Septimis deinde castris Ecbatana attigit, Mediae caput. 9) Ibi sollemnia Diis sacrificia fecit; ludosque edidit, et in convivia festosque dies laxavit animum, ut mox in novorum operum curam atque ministeria validior intenderetur. Sed ista volventem, velut injecta manu, fatum alio traxit, vitamque carissimo amicorum ejus, neque multo post ipsi quoque regi extorsit. Pueros in stadia certantes spectabat, cum nuntiatur *deficere Hephaestionem*, qui morbo ex crapula contracto septimum jam diem decumbebat. Exterritus amici periculo statim consurgit, et ad hospitium illius celeriter pergit: neque tamen prius eo pervenit, quam illum mors occupasset. Id regi omnium, quae in vita pertulerat, adversorum luctuosissimum accidisse certum habetur: eumque magnitudine doloris in lacrimas et lamenta victum, multa animi de gradu dejecti argumenta edidisse. 10) Sed ea quidem varie traduntur: illud inter omnes constat, ut quam decentissimas exsequias ei duceret, non voluisse Ecbatanis sepeliri; sed Babylonem, quo ipse concessurus erat, a Perdicca deferri curasse: ibique funus inaudito antehac exemplo duodecim talentûm millibus locavisse. Per universum certe imperium lugeri eum jussit: et ne memoria ejus in exercitu exolesceret, equitibus, quìs praefuerat, nullum praefecit ducem, sed *Hephaestionis alam* appellari voluit, et quae ille signa instituisset, ea non immutari. Funebria certamina ludosque, quales nunquam

---

9) Species, Schönheit; b. turbae, Kriegsunruhen; attigit: pervenit.

10) Solemnia sacrificia facere, ein feierliches Opfer bringen; et in convivia etc., und suchte durch Schmausereien und Feste seinen Geist zu zerstreuen, um dadurch zur Entwerfung und Ausführung neuer Plane mehr Kräfte zu erhalten. Allein während er damit umging, zog ihn das Schicksal gleichsam mit der Hand anderswohin, und raubte zuerst seinem vertrautesten Lieblinge, und bald darauf sogar ihm selbst das Leben; in stadia: in stadio; deficere, sc. se vita, sterben; mors illum occupavit: mortuus est; victus, hingerissen; multa animi etc., viele Beweise eines aus der Fassung gebrachten Gemüthes gegeben habe.

editi fuissent, meditatus, tria artificum millia coëgit: qui non multo post in ipsius exsequiis certasse feruntur. [11]) Nec amici tam effuso affectu ad conciliandam ejus gratiam segniter usi, certatim reperere, per quae memoria defuncti clarior honoratiorque fieret. Igitur Eumenes, cum se ob simultatem cum Hephaestione regis indignationem incurrisse sensisset, multis auctor fuit, seque et arma sua Hephaestioni consecrandi; pecuniasque ad cohonestandum funus large contulit. Hoc exemplum imitati sunt ceteri: eaque mox processit assentationum impudentia, ut regi moerore et desiderio defuncti insanienti persuasum tandem fuerit, *Deum esse Hephaestionem.* Quo quidem tempore ex copiarum ducibus Agathocles Samius ad extremum periculi venit, quod illius tumulum praeteriens illacrimasse visus esset. [12]) Ac nisi Perdiccas, *venanti sibi Hephaestionem apparuisse* ementitus, *per Deos omnes, ipsumque Hephaestionem* dejerasset, *ex ipso se cognovisse, Agathoclem non ut mortuum, et vanae divinitatis titulis frustra ornatum flevisse, verum ob memoriam pristinae sodalitatis lacrimas non tenuisse*; vir fortis, et de rege bene meritus, pietatis in amicum graves poenas innoxio capite pependisset. Ceterum ut paullisper a luctu avocaret animum, in Cossaeorum gentem expeditionem suscepit. Juga Mediae vicina Cossaei tenent asperum et acre genus, et praedando vitam tolerare solitum. Ab his Persarum reges annuo tributo pacem redimere consueverant, ne in subjecta decurrentes infestam latrociniis regionem facerent. [13]) Nam vim tentantes Persas facile repulerant, aspe-

---

[11]) Inter omnes constat, es ist ausgemacht; quam decentissimas alicui exsequias ducere, Jem. ein sehr anständiges Leichenbegängniß halten, o. veranstalten; signa instituere, Kriegs-, Feldzeichen einführen; cogere, versammeln, um die Wette kämpfen.

[12]) Effuso affectu alicujus non segniter uti, sich Jem. übermäßiger Neigung lebhaft bedienen, d. i. an Jem. heftiger Leidenschaft lebhaft Theil nehmen, durch Theilnehmung an derselben wetteifern; sibi alicujus gratiam conciliare, sich Jem. Gunst erwerben; certatim repetere, um die Wette allerlei erfinnen; per quae: ut per ea; indignationem alicujus incurrere, sich Jem. Unwillen, Ungnade zuziehen; multis auctorem esse, Vielen Veranlassung geben, viele durch sein Beispiel aufmuntern; p. large conferre, viel Geld beitragen; ad extremum periculi venire, in die äußerste Gefahr gerathen.

[13]) Appareo, erscheinen; lacrimas tenere, sich der T. enthalten; pietatis in amicum graves poenas innoxio capite perpendere, seine zärtliche Liebe gegen s. Freund unschuldiger Weise mit dem Leben büßen; animum a luctu avocare, sich von der Traurigkeit erholen; acer: strenuus; praedando vitam tolerare, sich vom Raube nähren; ne

ritate locorum defensi, in quae se recipiebant, quoties armis superabantur. Iidem muneribus quotannis placabantur, ut regi Ecbatanis, ubi aestiva solebat agere, Babylonem remigranti, tutus per ea loca transitus esset. Hos igitur Alexander bipartito agmine aggressus, intra quadraginta dies perdomuit. Nam ab ipso rege, et Ptolemaeo, qui partem exercitus ducebat, saepe caesi, ut captivos suos reciperent, permisere se victori. Ille *validas urbes opportunis locis exstrui* jussit, *ne abducto exercitu fera gens obedientiam exueret.* Motis inde castris, ut militem expeditione recenti fessum reficeret, lento agmine Babylonem procedebat. [14]) Jamque vix triginta ab urbe stadiis aberat, cum Nearchus occurrit, quem per Oceanum et Euphratis ostia Babylonem praemiserat: orabatque, *ne fatalem sibi urbem vellet ingredi. Compertum id sibi ex Chaldaeis, qui multis jam praedictionum eventibus artis suae certitudinem abunde probavissent.* Rex, fama eorum hominum, constantique asseveratione motus, dimissis in urbem amicorum plerisque, alia via praeter Babylonem ducit, ac ducentis inde stadiis stativa locat. Sed ab Anaxarcho persuasus, contemtis Chaldaeorum monitis, quorum disciplinam inanem aut supervacuam arbitrabatur, urbem intrat. Legationes eo ex universo ferme orbe confluxerant. [15]) Quibus per complures dies studiose auditis, deinceps ad Hephaestionis exsequias adjecit animum. Quae summo omnium studio ita celebratae sunt, ut nullius ad id tempus regis feralia, magnitudine sumtuum, apparatusque celebritate non vicerint. Post haec cupido incessit regi per Pallacopam amnem ad Arabum confinia navigandi: quo delatus, urbi condendae commoda sede reperta, Graecorum aetate aut vulneribus invalidos, et si qui sponte remanserant, ibi collocat. Quibus ex sententia perfectis, jam fu-

---

in subjecta etc., damit sie nicht in die unten liegenden Gegenden herabkommen, und das Land durch ihre Räubereien beunruhigen, o. unsicher machen möchten.

[14]) Aestiva agere, den Sommer zubringen; permisere se: se subjecere; obedientiam exuere, den Gehorsam verweigern; reficere, wieder erholen, ausruhen lassen; lento agmine, in langsamen Zügen, Märschen.

[15]) Fatalis, Unglück bringend, verhängnißvoll; qui multis jam etc., die schon durch das oftmalige Eintreffen ihrer Vorhersagungen die Zuverläßigkeit (certitudo ist kein gutes Wort, hier st. veritas) ihrer Kunst hinlänglich bewährt hätten; alia via praeter B. ducere, auf einer andern Straße bei B. vorbeimarschiren; stativa locare, sich lagern; monitum, Warnung; orbe, sc. terrarum; confluere, zusammen strömen.

turi securus Chaldaeos irridebat, *quod Babylonem non ingressus tantum esset incolumis, verum etiam excessisset.* Enimvero revertenti per paludes, quas Euphrates in Pallacopam effusus efficit, foedum omen oblatum est.[16]) Quippe rami desuper impendentes detractum capiti regio diadema projecerunt in fluctus. Cum deinde alia super alia prodigiosa et minacia nuntiarentur, procurandis iis Graeco simul barbaroque ritu continua sacra facta sunt. Neque tamen expiari praeterquam morte regis potuere. Qui cum Nearchum excepisset convivio, jamque cubitum iturus esset, Medii Larissaei obnixis precibus dedit, ut ad eum comessatum veniret. Ubi postquam tota nocte perpotasset, male habere coepit. Ingravescens deinde morbus, adeo omnes vires intra sextum diem exhausit, ut ne vocis quidem potestas esset. Interea milites, sollicitudine desiderioque ejus anxii, quamquam obtestantibus ducibus, *ne valetudinem regis onerarent*, expresserunt, ut in conspectum ejus admitterentur.[17])

V. Intuentibus lacrimae obortae praebuere speciem jam non regem, sed funus ejus visentis exercitus. Moeror tamen circumstantium lectum eminebat: quos ut rex adspexit, *Invenietis*, inquit, *cum excessero, dignum talibus viris regem?* Incredibile dictu audituque, in eodem habitu corporis, in quem se composuerat, cum admissurus milites esset, durasse, donec a toto exercitu illud ultimum persalutatus est: dimissoque vulgo, velut omni vitae debi-

---

[16]) Animum ad aliquid adjicere, seine Aufmerksamkeit, Gedanken auf etwas richten; feralia, sc. solennia, Todten=, Leichenfest; magnitudine sumtuum, app. celebritate, hinsichtlich des großen Kostenaufwandes, und der prächtigen Zubereitung o. Veranstaltung; confinia, sc. loca; sedes, Ort, Platz; Graecorum aetate aut vulneribus invalidos ibi collocare, die wegen Alter oder Wunden schwachen griechischen Truppen als Einwohner, o. zur Bevölkerung daselbst zurücklassen; ex sententia, nach Wunsch; futuri securus, wegen der Zukunft unbesorgt; foedum omen ei offertur, es begegnet ihm eine böse Vorbedeutung.

[17]) Detrahere, herabstreifen; cum deinde etc., als man ihm hierauf eine böse Vorbedeutung nach der andern hinterbrachte, so veranstaltete man zur Abwendung derselben nach griechischer und persischer Art in einem fort Opfer; obnixis precibus alicujus dare, Jem. inständigen Bitten es zu Gefallen thun; se male habere, sich übel befinden; ne vocis quidem mihi potestas est, ich kann nicht einmal sprechen; valetudinem alicujus onerare, Jem. bei s. Krankheit belästigen; exprimere, es erzwingen, dahin bringen; in conspectum alicujus admitti, vor Jem. gelassen werden.

to liberatus, fatigata membra rejecit. *Propiusque adire* jussis amicis, nam et vox deficere jam coeperat; detractum annulum digito, Perdiccae tradidit, adjectis mandatis, *ut corpus suum ad Hammonem ferri juberet.* [1]) Quaerentibus his, *cui relinqueret regnum?* respondit, *ei, qui esset optimus. Ceterum providere jam ob id certamen: magnos funebres ludos parari sibi.* Rursus Perdicca interrogante, *quando coelestes honores haberi sibi vellet?* dixit, *tum velle, cum ipsi felices essent.* Suprema haec vox fuit regis, et paullo post exstinguitur. Ac primo ploratu lamentisque et planctibus tota regia personabat: mox velut in vasta solitudine omnia tristi silentio muta torpebant; ad cogitationes, quid deinde futurum esset, dolore converso. Nobiles pueri, custodiae corporis ejus assueti, nec doloris magnitudinem capere, nec se ipsos intra vestibulum regiae retinere potuerunt: vagique, et furentibus similes, totam urbem luctu ac moerore compleverant; nullis questibus omissis, quos in tali casu dolor suggerit. [2]) Ergo qui extra regiam adstiterant Macedones pariter barbarique concurrunt; nec poterant victi a victoribus in communi dolore discerni. Persae *justissimum ac mitissimum dominum*; Mace-

---

Inh. Alexanders letzte Reden und Handlungen. Wie sehr die Seinigen, vornemlich aber des Darius Mutter, seinen Verlust beklagen. Letztere stirbt bald darauf vor Gram. Alexanders Lob.

[1]) Intuentibus etc., als sie ihn erblickten, traten ihnen Thränen in die Augen, nicht anders, als sähe das Heer nicht sowohl den König, als vielmehr seine Leiche; moeror, sc. eorum, qui l. circumstabant, sc. amicorum, praefectorum; emineo, vorzüglich sichtbar seyn; excessero, sc. vita; in eodem h. corporis: in cubitum erectus erat; in quem se c., die er angenommen hatte; durasse. Nach Arrian reichte er einem jeden Vorbeigehenden seine rechte Hand, und nach Plutarch waren beide Thüren geöffnet, um den König im Durchgehen zu begrüßen; illud ultimum (zum letzten Male) Vulg. *illo ad ultimum*; dimisso vulgo: dimissis gregariis militibus; omni vitae debito liberari, von der letzten Lebenspflicht befreiet werden, d. i. dem Tode ganz ruhig entgegen sehen; rejicio, zurückwerfen, hier, sinken lassen; vox eum deficit, er kann nicht mehr sprechen, laut reden; annulum, sc. cum sigillo regio; ad Hammonem: ad templum Jovis Hammonis in Africa.

[2]) Providere sc. se; ob id, sc. regnum; coelestes: divinos; bald erstarrte alles, wie in einer weiten Einöde, von einem traurigen Schweigen, indem sich der Schmerz auf den Gedanken hinwendete, was in Zukunft geschehen würde; custodiae c. ejus assueti, seine Leibwache; nullis etc., und sie unterließen keine Klage, die der Schmerz in einem solchen traurigen Falle in den Sinn giebt.

dones *optimum ac fortissimum regem* invocantes, certamen quoddam moeroris edebant. Nec moestorum solum, sed etiam indignantium voces exaudiebantur, *tam viridem, et in flore aetatis fortunaeque invidia Deûm ereptum esse rebus humanis.* Vigor ejus et vultus educentis in proelium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros pro concione donantis, occurrebant oculis. Tum Macedones *divinos honores negasse* ei poenitebat; *impiosque et ingratos fuisse* se confitebantur, *quod aures ejus debita appellatione fraudassent.* [3]) Et cum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio regis haesissent, in ipsos versa miseratio est. Macedonia profecti ultra Euphratem mediis hostibus, novum imperium adspernantibus, destitutos se esse cernebant; sine certo regis herede, sine herede regni publicas vires ad se quemque tracturum. Bella deinde civilia, quae secuta sunt, mentibus augurabantur: *iterum, non de regno Asiae, sed de rege, ipsis sanguinem esse fundendum; novis vulneribus veteres rumpendas cicatrices; senes, debiles, modo petita missione a justo rege, nunc morituros pro potentia forsitan satellitis alicujus ignobilis.* Has cogitationes volventibus nox supervenit, terroremque auxit. Milites in armis vigilabant: Babylonii alius e muris, alius culmine sui quisque tecti prospectabant, quasi certiora visuri. Nec quisquam lumina audebat accendere. [4]) Et quia oculorum cessabat usus, fremitus vocesque auribus captabant: ac plerumque vano metu territi per obscuras semitas, alius alii occursantes, invicem suspecti et solliciti ferebantur. Persae, comis suo more detonsis, in lugubri veste, cum

---

[3]) Certamen moeroris edere, in der Betrübniß wetteifern; viridis, jung; in f. aetatis, in der Blüthe der Jahre; invidia, aus Mißgunst; rebus humanis, der Welt; vigor ejus etc. jene Lebhaftigkeit, und Miene, mit der er seine Krieger ins Treffen führte, u. s. w; in concione, im Angesichte des versammelten Heeres; oculis occurrere, vor Augen schweben.

[4]) In veneratione haerere, bei der Verehrung verweilen; in — versa est: commiserationem in se ipsos converterunt; ultra Euphratem: Intelligas Euphratem, qua Syriam a Mesopotamia dirimit. Qui Babylone, licet ad ipsum Euphratem sita, versabantur, longe ultra Euphratem profecti erant. Schmieder. Mediis: in mediis; heres regni, Thronerbe; ad se trahere, an sich reißen; mentibus augurari, im Geiste sich vorstellen, es vermuthen; rumpere, aufreißen; has cogitationes volvere, sich mit solchen Gedanken beschäftigen; supervenire, überfallen; tecti: domuum; quasi c. visuri: tamquam visuri audituri que certiora de morte regis, quam vix poterat credere. Freinshemius.

conjugibus ac liberis, non ut victorem et modo hostem, sed ut gentis suae justissimum regem vero desiderio lugebant. Assueti sub rege vivere, *non alium qui imperaret ipsis, digniorem fuisse* confitebantur. Nec muris urbis luctus continebatur; sed proximam regionem ab ea, deinde magnam partem Asiae cis Euphratem tanti mali fama pervaserat. Ad Darii quoque matrem celeriter perlata est. Abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumsit; laceratisque crinibus humi corpus abjecit. Assidebat ei altera ex neptibus, nuper amissum Hephaestionem, cui nupserat, lugens; propriasque causas doloris in communi moestitia retractabat. [5]) Sed omnium suorum mala Sisygambis una capiebat. Illa suam, illa neptium vicem flebat. Recens dolor etiam praeterita revocaverat. Crederes modo amissum Darium, et pariter miserae duorum filiorum exsequias esse ducendas. Flebat mortuos simul, vivosque. *Quem enim puellarum acturum esse curam? quem alium futurum Alexandrum? iterum se captas; iterum excidisse regno. Qui mortuo Dario ipsas tueretur reperisse; qui post Alexandrum respiceret, utique non reperturas.* Subibat inter haec animum, *octoginta fratres suos eodem die ab Ocho saevissimo regum trucidatos adjectumque strugi tot filiorum patrem: e septem liberis, quos genuisset ipsa, unum superesse: ipsum Darium floruisse paullisper, ut crudelius posset exstingui.* Ad ultimum dolori succumbit, obvolutoque capite accidentes genibus suis neptem nepotemque aversata, cibo pariter abstinuit et luce. Quinto, postquam mori statuerat, die exstincta. [6]) Magnum profecto Alexandro indulgentiae in eam, justitiaeque in omnes cap-

---

[5]) Oculorum usus cessat, die Augen versagten ihren Dienst, man konnte nichts sehen; auribus captare, horchen, lauschen; solliciti, unruhig, in Sorgen befindlich, voll Unruhe; desiderium, Sehnsucht; contineri, sich beschränken; ab ea, sc. urbe Babylone; pervadere, sich verbreiten, durchdringen; humi corpus abjicere, sich auf die Erde werfen; retractare, wiederholen, erneuern, zurückrufen.

[6]) Capere, fühlen; exsequias ducere, die Leiche, das Leichenbegängniß besorgen, auch die Leiche zu Grabe begleiten; curam alicujus agere, für Jem. sorgen, sich J. annehmen; iterum se captas: captivas esse Macedonum; regno excidisse, entthront, d. des königlichen Ranges entsetzt seyn; qui — reperisse: mortuo Dario se quidem aliquem reperisse, qui ipsas tueretur; qui etc. sed jam utique neminem eas reperturas esse, qui post Alexandrum eas respiceret; aliquem respicere, auf Jem. Rücksicht nehmen, für Jem. sorgen; animum meum subit: memini, recordor; adjectumque etc. und den Vater so vieler Söhne zugleich habe hinrichten lassen; dolori succumbere, dem S. unterliegen; accidentes:

tivos documentum est mors hujus; quae cum sustinuisset post Darium vivere, Alexandro esse superstes erubuit. Et hercule, juste aestimantibus regem liquet, bona naturae ejus fuisse; vitia vel fortunae, vel aetatis. Vis incredibilis animi: laboris patientia propemodum nimia; fortitudo non inter reges modo excellens, sed inter illos quoque, quorum haec sola virtus fuit: liberalitas saepe majora tribuentis, quam a Diis petuntur: clementia in devictos: tot regna aut reddita, quibus ea demserat bello, aut dono data: mortis, cujus metus ceteros exanimat, perpetua contemtio: gloriae laudisque ut justo major cupido, ita et juveni et in tantis admittenda rebus. 7) Jam pietas erga parentes, quorum Olympiada immortalitati consecrare decreverat; Philippum ultus erat: jam in omnes fere amicos benignitas; erga milites benevolentia; consilium par magnitudini animi, et quantam vix poterat aetas ejus capere, solertia: modus immodicarum cupiditatum, Veneris intra naturale desiderium usus, nec ulla nisi ex permisso voluptas; ingentes profecto dotes erant. Illa fortunae: Diis aequare se, et coelestes honores arcessere, et talia suadentibus oraculis credere, et dedignantibus venerari ipsum vehementius quam par esset irasci; in externum habitum mutare corporis cultum, imitari devictarum gentium mores, quas ante victoriam spreverat. 8) Nam iracundiam et cupidinem vini sicuti juventa irritaverat, ita senectus mitigare potuisset. Fatendum est tamen, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunae; quam solus omnium mortalium in potestate habuit. Quoties illum a morte revocavit? quoties temere in peri-

---

procidentes ad genua ejus, exorandi, sc. causa, ut ipsarum miserta cibum caperet. Freinsh.; aliquem aversari, sich von Jem. wegwenden.

7) Erubesco, sich schämen; juste — liquet, wenn man den König billig beurtheilt, so liegt es am Tage; bona, gute Eigenschaften, Tugenden; naturae, Gaben der Natur; aetatis, Folgen des Alters, (der Jugend); vis animi, Geistesstärke; et juveni, Vulg. *ut juveni*; admittere, verzeihen, nachsehen.

8) Ultus erat. S. Ergänz. B. 1. 10.; consilium, Klugheit; solertia, Scharfsinn; modus im. cupiditatum, feine Mäßigung bei heftigen (unmäßigen) Begierden; Veneris — voluptas, fein der Natur angemessener Genuß der Liebe, und der nur erlaubten Vergnügungen; erant, gehört auch zu dem Vorhergehenden; illa fortunae, sc. sunt, (Anb.: *illa vitia fortunae*) Folgendes muß man dem Glücke zuschreiben; Diis: Herculi, Baccho; arcessere, suchen, streben nach etwas; in extremum — cultum: vestes mutare in morem peregrinum; quas: de moribus loquitur, *quos* ergo scribendum. Freinsh.

cula vectum perpetua felicitate protexit? Vitae quoque finem eundem illi, quem gloriae statuit. Exspectavere eum fata, dum Oriente perdomito, aditoque Oceano, quidquid mortalitas capiebat, impleret. Huic regi ducique successor quaerebatur: sed major moles erat, quam ut unus subire eam posset. Itaque nomen quoque ejus et fama rerum in totum propemodum orbem, reges ac regna diffudit; clarissimique sunt habiti, qui etiam minimae parti tantae fortunae adhaeserunt. 9)

VI. Ceterum Babylone (inde enim divertit oratio) corporis ejus custodes, in regiam principes amicorum, ducesque copiarum advocavere. Secuta est militum turba, cupientium scire, in quem Alexandri fortuna esset transitura. Multi duces frequentia militum exclusi regiam intrare non poterant; cum praeco, *exceptis, qui nominatim citarentur, adire* prohibuit. Sed precarium spernebatur imperium. Ac primum ejulatus ingens, ploratusque renovatus est: deinde futuri exspectatio inhibitis lacrimis silentium fecit. Tunc Perdicca, regia sella in conspectum vulgi data, in qua diadema vestisque Alexandri cum armis erant, annulum sibi pridie traditum a rege in eadem sede posuit; quorum adspectu rursus obortae omnibus lacrimae integravere luctum. 1) Et Perdicca, *Ego quidem*, inquit, *annulum, quo ille regni atque imperii vires obsignare erat solitus, traditum ab*

---

9) Cupidinem vini: cui, quod multi testantur, postremis potissimum annis nimis indulserat, in commessatione apud Medium solus plus biberat, quam XX. reliqui convivae, Nicobulo auctore ap. Athen. 10. p. 436.; revocavit: liberavit; in pericula vehi, sich in Gefahren stürzen; fortuna perpetua felicitate eam protexit, das G. beschützte ihn ununterbrochen; exspectavere etc., der Tod wartete gleichsam so lange auf ihn, bis er den Orient gedemüthiget, und bis an den Ocean vorgedrungen war, und das vollendete, was nur immer ein Sterblicher im Stande war; subeo, unterziehen, auf sich nehmen, auch ertragen; diffundi, sich verbreiten; adhaereo, hangen an etwas, b) erhalten.

Inh. Berathschlagungen und verschiedene Meinungen der Großen in Ansehung der Thronfolge.

1) Corporis ejus custodes. Außer dem Perdiccas waren damals anwesend: Aristonus, Leonnatus, Lysimachus, Ptolemäus, Pithon und Peucestas; fortuna, Thron; cito, aufrufen, auffordern; aliquem adire prohibere, Jem. den Zutritt verbiethen; prohibuit, And.: *prohiberet*; precarius, unrechtmäßig, unbefugt, auch ohnmächtig; deinde etc. man hielt dann die Thränen zurück, und die Erwartung wegen der Zukunft bewirkte Stillschweigen; regia sella, Thron; in conspectum vulgi dare, vor die Augen der Soldaten hinstellen.

*ipso mihi, reddo vobis. Ceterum quamquam nulla clades huic, qua affecti sumus, par ab iratis Diis excogitari potest; tamen magnitudinem rerum, quas egit, intuentibus credere licet, tantum virum Deos accommodasse rebus humanis, quarum sorte completa, cito repeterent eum suae stirpi. Proinde quoniam nihil aliud ex eo superest, quam quod semper ab immortalitate seducitur, corpori nominique quam primum justa solvamus; haud obliti, in qua urbe, inter quos simus, quali rege ac praeside spoliati. Tractandum est, commilitones, cogitandumque, ut victoriam partam inter hos, de quibus parta est, obtinere possimus. Capite opus est. Hocne uno, an pluribus, in vestra potestate est. Illud scire debetis, militarem sine duce turbam corpus esse sine spiritu.* [2]) *Sextus mensis est, ex quo Roxane praegnans est: optamus, ut marem enitatur: ejus regnum Diis approbantibus futurum, quando adoleverit. Interim, a quibus regi velitis, destinate.* Haec Perdicca. Tum Nearchus, *Alexandri modo sanguinem ac stirpem regiae majestati convenire, neminem*, ait, *posse mirari. Ceterum exspectari nondum ortum regem, et qui jam sit praeteriri, nec animis Macedonum convenire, nec tempori rerum. Esse e Barsine filium regis: huic diadema dandum.* Nulli placebat oratio. Itaque suo more hastis scuta quatientes obstrepere perseverabant. Jamque prope seditionem pervenerant, Nearcho pervicacius tuente sententiam. [3]) Tum Ptolemaeus, *Digna prorsus est soboles*, inquit, *quae Macedonum impe-*

---

[2]) Regni atque imperii vires, Befehle der Regierung; clade affici, Verlust erleiden; tamen etc. so können wir doch glauben, wenn wir seine großen vollbrachten Thaten betrachten, daß die Götter einen so großen Mann der Welt nur geliehen, und ihn nun, nachdem er auf derselben seinen Endzweck erreicht, als ihren Abkömmling schnell wieder zu sich riefen; ab immortalitate seduci, an der Unsterblichkeit nicht Theil haben, d. i. der sterbliche Körper; seducitur, And.: *subducitur*; justa solvere, die letzte Ehre erweisen; praeses, Beschützer; tracto, überlegen; obtineo, behaupten; caput, Oberhaupt; hocne uno etc. ob dieses in einer, oder mehreren Personen bestehen soll, das hängt von euch ab; militaris turba: exercitus.

[3]) Marem eniti, einen Prinzen zur Welt bringen; ejus regnum, And.: *cujus regnum*; Alexandri etc. es könne Niemanden befremden, daß Alexanders Abkömmlingen der Thron gebühre; animus, Gesinnung, Denkungsart; tempus rerum, Umstände, Zeitverhältniße; hastis scuta quatere, mit den Spießen an die Schilde schlagen; seditionem pervenerant: ad seditionem pervenerant, sc. milites; sententiam pervicacius tueri, seine Meinung ziemlich hartnäckig vertheidigen.

*ret genti; Roxanes vel Barsinae filius; cujus nomen quoque Europam dicere pigebit, majore ex parte captivi. Cur Persas vicerimus, ut stirpi eorum serviamus? quod justi illi reges Darius et Xerxes tot millium agminibus, tantisque classibus nequidquam petiverunt. Mea sententia haec est, ut sede Alexandri in regia posita, qui consiliis ejus adhibebantur, coëant, quoties in commune consulto opus fuerit: eoque, quod major pars eorum decreverit, stetur. Duces, praefectique copiarum his pareant.* Ptolemaeo quidam, potiores Perdiccae assentiebantur. [4]) Tum Aristonus orsus est dicere, *Alexandrum consultum, cui relinqueret regnum, voluisse optimum deligi. Iudicatum autem ab ipso optimum Perdiccam, cui annulum tradidisset. Neque enim unum eum assedisse morienti; sed circumferentem oculos, ex turba amicorum delegisse, cui traderet. Placere igitur summam imperii ad Perdiccam deferri.* Nec dubitavere, quin vera censeret. Itaque universi, *procedere in medium Perdiccam, et regis annulum tollere*, jubebant. Haerebat inter cupiditatem pudoremque, et quo modestius, quod exspectabat, appeteret, pervicacius oblaturos esse credebat. [5]) Itaque cunctatus, diuque, quid ageret, incertus, ad ultimum tamen recessit, et post eos, qui sederant proximi, constitit. At Meleager, unus e ducibus, confirmato animo, quem Perdiccae cunctatio erexerat, *nec Dii siverint* inquit, *ut Alexandri fortuna, tantique regni fastigium in istos humeros ruat: homines certe non ferent. Nihil dico de nobilioribus, quam hic est, sed de viris tantum; quibus invitis nihil perpeti necesse est. Nec vero interest, Roxanes filium, quandoque genitus erit, an Perdiccam regem habeatis; cum iste sub tutelae specie regnum occupaturus sit.* [6])

---

[4]) Digna prorsus, — ironisch gesagt; justus, rechtmäßig; tot — classibus, bei so ungeheuren Heeren und Flotten; ut sede etc., daß der Thron Alexanders in der Burg aufgestellt werde, und seine vormaligen Räthe zusammenkämen, so oft eine Berathschlagung zum allgemeinen Besten nothwendig sey; eo stare, dabei bleiben; potiores: potentiores.

[5]) Oculos circumferre, herumblicken; haereo, hangen, schweben; modestius aliquid appetere, mit mehr Bescheidenheit nach etwas streben; oblaturos: eos sibi oblaturos.

[6]) Animum confirmare, Muth machen, ermuthigen; erigere, aufrichten, beleben; nec Dii siverint, And.: *nec Dii ferant*; ut Alexandri etc., daß Alexanders Glück und die Last dieser ungeheuren Monarchie auf diesen Schultern ruhe; vir, ein Mann von Muth, — er spielt hier auf das Heer an; sub specie t., unter dem Scheine der Vormundschaft.

*Itaque nemo ei rex placet, nisi qui nondum natus est: et in tanta omnium festinatione, non justa modo, sed etiam necessaria, exactos menses solus exspectat, et jam divinat marem esse conceptum; quem vos dubitatis paratum esse vel subdere? Si medius fidius Alexander hunc nobis regem pro se reliquisset, id solum ex iis, quae imperrasset, non faciendum esse censerem. Quin igitur ad diripiendos thesauros discurritis? harum enim opum regiarum utique populus est heres.* Haec elocutus per medios armatos erupit, et qui abeunti viam dederant, ipsum ad pronuntiatam praedam sequebantur. 7)

VII. Jamque armatorum circa Meleagrum frequens globus erat, in seditionem ac discordiam versa concione; cum quidam plerisque Macedonum ignotus ex infima plebe, *Quid opus est*, inquit, *armis civilique bello, habentibus regem, quem quaeritis? Aridaeus, Philippo genitus, Alexandri paullo ante regis frater, sacrorum caerimoniarumque consors modo, nunc solus heres, praeteritur a vobis. Quo merito suo? quidve fecit, cur etiam gentium communi jure fraudetur? Si Alexandro similem quaeritis, nunquam reperietis; si proximum, hic solus est.* His auditis concio primo silentium velut jussa habuit: conclamant deinde pariter, *Aridaeum vocandum esse, mortemque meritos, qui concionem sine eo habuissent.* 1) Tum Pithon plenus lacrimarum orditur dicere, *Nunc vel maxime miserabilem esse Ale-*

---

7) Et in tanta etc., und bei einer so großen, nicht allein gerechten, sondern auch nothwendigen allgemeinen Eilfertigkeit wartet er allein die bestimmten Monate ab, und prophezeiet schon einen Prinzen, den er, könnet ihr wohl zweifeln, unterzuschieben gewiß schon Anstalten getroffen hat? medius fidius, contract. st. me dius fidius, d. i. bei meiner Treue, wahrhaftig; quin, warum nicht; discurro, hin- und herlaufen, auseinander gehen, v. bloß gehen; viam alicui dare, Sem. Platz machen, — beim Gehen; ad pronuntiatam praedam, Anb.: *ipsum pronuntiantem praedam.*

Inh. Aridäus, Philipps Sohn, wird durch Meleagers Vorschub zum Könige ausgerufen, wodurch der Same zum bürgerlichen Kriege ausgestreuet wird.

1) Frequens globus: magna multitudo; verti, sich wenden, sich hinneigen; concio, das versammelte Heer; quid opus est, sc. vobis; sacrorum consors: gentilitiorum scilicet; consors, sc. regis fuit, — Curtius will hierdurch zeigen, daß er ihn wirklich für seinen Bruder anerkannt hat, weil er mit ihm opferte; quo merito suo? mit welchem Rechte? o. womit hat er dieses verdient? commune jus gentium, das allgemeine Völkerrecht; silentium habere, still schweigen; meritos, sc. eos.

*xandrum, qui tam bonorum civium militumque fructu et praesentia fraudatus esset. Nomen enim memoriamque regis sui tantum intuentes, ad cetera caligare eos.* Haud ambigue in juvenem, cui regnum destinabatur, impensa probra; quae magis ipsi odium, quam Aridaeo contemtum attulerunt: quippe dum miserentur, etiam favere coeperunt. Igitur *non alium se, quam eum, qui ad hanc spem genitus esset, regnare passuros*, pertinaci acclamatione declarant, *vocarique Aridaeum* jubent. [2]) Quem Meleager infestus invisusque Perdiccae strenue perducit in regiam; et milites *Philippum* consalutatum, *regem* appellant. Ceterum haec vulgi erat vox; principum alia sententia. E quibus Pithon consilium Perdiccae exsequi coepit, *tutoresque* destinat *filio ex Roxane futuro, Perdiccam et Leonnatum, stirpe regia genitos.* Adjecit, *ut in Europa Craterus et Antipater res administrarent.* Tum jusjurandum a singulis exactum, *futuros in potestate regis geniti Alexandro.* Meleager, haud injuria metu supplicii territus, cum suis secesserat. Rursus Philippum trahens secum irrupit regiam, clamitans *suffragari spei publicae de novo rege paullo ante concepto: robur aetatis experirentur modo stirpem Philippi, et filium, ac fratrem regum duorum sibimetipsis potissimum crederent.* [3]) Nullum profundum mare, nullum vastum fretum et procellosum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet, utique si nova et brevi duratura libertate luxuriat. Pauci Perdiccae modo electo, plures Philippo, quam speraverat, imperium

---

[2]) Miserabilis, beklagenswerth; fructus, Genuß; intueri, auf etwas sehen, Rücksicht nehmen; ad cetera caligare eos, hinsichtlich des Uebrigen seyen sie mit Blindheit geschlagen; impensa, richtiger mit Freinshem., *intensa*; probrum, Beschimpfung, Vorwurf; miserentur, sc. Aridaei, propter contumeliam a Pithone ipsi illatam; favere, sc. ei; pertinaci acclamatione, mit einem anhaltenden, o. unabläßlichen Zurufe.

[3]) Strenue: celeriter; et milites etc., und die Krieger begrüßten ihn unter dem Namen Philipp als König; vulgi: exercitus, gregariorum militum; consilium exsequi, den Plan ausführen; res administrare, den Staat verwalten; tum etc., er ließ hierauf einen Jeden schwören, sich dem künftigen Prinzen Alexanders zu unterwerfen; irrumpere, eindringen; suffragari etc., sein kräftiges Alter rechtfertige die allgemeine Hoffnung, die man kurz vorher (bei der Wahl) von ihm gefaßt habe; sie sollten mit Philipps Sohne, einem Bruder zweier Könige, nur einmal einen Versuch machen (ob er nämlich des Thrones würdig sey), und dann ihrer eigenen Erfahrung glauben; spei, Vulg. *rei*; conceptae, And.: *concepto* (sc. in utero Roxanes); experirentur: Th. opperirentur.

dabant. Nec velle, nec nolle quidquam diu poterant; poenitebatque modo consilii, modo poenitentiae ipsius. Ad ultimum tamen in stirpem regiam inclinavere studiis. Cesserat ex concione Aridaeus, principum auctoritate conterritus; et abeunte illo conticuerat magis, quam languerat, militaris favor. Itaque revocatus vestem fratris, eam ipsam, quae in sella posita fuerat, induitur. Et Meleager thorace sumto capit arma, novique regis satelles sequitur. [4]) Phalanx, hastis clypeos quatiens, *expleturam se sanguine illorum, qui affectaverant nihil ad ipsos pertinens regnum,* minabatur. *In eadem domo familiaque imperii vires remansuras esse* gaudebant; *hereditarium imperium stirpem regiam vindicaturam; assuetos se nomen ipsum colere venerarique, nec quemquam id capere, nisi genitum ut regnaret.* Igitur Perdicca territus, *conclave, in quo Alexandri corpus jacebat, asservari* jubet. Sexcenti cum ipso erant, spectatae virtutis: Ptolemaeus quoque se adjunxerat ei, puerorumque regia cohors. Ceterum haud difficulter a tot millibus armatorum claustra perfracta sunt. [5]) Et rex quoque irruperat stipatus satellitum turba, quorum princeps erat Meleager. Iratusque Perdicca, *hos, qui Alexandri corpus tueri vellent,* sevocat: sed qui irruperant, eminus tela in ipsum jaciebant. Multisque vulneratis, tandem seniores demtis galeis, quo facilius nosci possent, precari, qui cum Perdicca erant, coepere, *ut abstinerent bello, regique et pluribus cederent.* [6]) Primus Perdicca arma deposuit; ceterique idem fecere. Meleagro deinde suadente, *ne a corpore Alexandri discederent;* insidiis locum quaeri rati, diversa regiae parte ad Euphratem fugam intendunt. Equitatus, qui ex nobilissimis juvenum constabat, Perdiccam et Leonnatum frequens sequebatur; placebatque *excedere urbe, et tendere in campos.* Sed Perdicca ne pedites quidem secuturos ipsum desperabat: itaque

---

[4]) Nullum etc., keines Meeres, selbst des ungeheuern und stürmischen Oceans Wogen sind nicht mit den Bewegungen (Unruhen) der Volksmenge zu vergleichen, zumal, wenn sie sich im völligen Besitze einer neuen und nur kurz dauernden Freiheit sieht; nec velle etc., sie schwankten durchgehends in ihren Entschließungen; bald reute sie ihr Entschluß, bald dessen Aenderung. Zuletzt aber behielt die Neigung für den königlichen Stamm die Oberhand.

[5]) Expleturam se: se satiaturam; imperii vires, die königl. Gewalt; hereditarium imperium vindicare, das Erbreich behaupten; id, sc. nomen Philippi; capio, annehmen, führen; asservari, And.: *observari.*

[6]) Stipatus: circumdatus; abstinerent, And.: *absisterent;* bello abstinere, sich aller Feindseligkeit, Gewaltthätigkeit enthalten.

ne abducendo equites abrupisse a cetero exercitu videretur, in urbe substitit. 7)

VIII. At Meleager regem monere non destitit, *jus imperii Perdiccae morte sanciendum esse: ni occupetur impotens animus, res novaturum. Meminisse eum quid de rege meruisset: neminem autem ei satis fidum esse, quem metuat.* Rex patiebatur magis, quam assentiebatur. Itaque Meleager silentium pro imperio habuit, misitque regis nomine, qui Perdiccam arcesserent. Iisdem mandatum, *ut occiderent, si venire dubitaret.* Perdicca, nuntiato satellitum adventu, sexdecim omnino pueris regiae cohortis comitatus in limine domus suae constitit; castigatosque, et *Meleagri mancipia* identidem appellans, sic animi vultusque constantia terruit, ut vix mentis compotes fugerent. Perdicca pueros *equos* jussit *conscendere,* et cum paucis amicorum ad Leonnatum pervenit; jam firmiore praesidio vim propulsaturus, si quis inferret. 1) Postero die indigna res Macedonibus videbatur, Perdiccam ad mortis periculum adductum; et Meleagri temeritatem armis ultum ire decreverant. Atque ille seditione provisa, cum regem adisset, interrogare eum coepit, *an Perdiccam comprehendi ipse jussisset.* Ille *Meleagri instinctu se jussisse* respondit. *Ceterum non debere tumultuari eos; Perdiccam enim vivere.* Igitur concione dimissa Meleager, equitum maxime defectione perterritus, inopsque consilii, (quippe in ipsum periculum reciderat, quod inimico paullo ante intenderat) triduum fere consumsit incerta consilia volvendo. Et pristina quidem regiae species manebat: nam et legati gentium regem adibant, et copiarum duces aderant, et vestibulum satellites armatique

---

7) Insidiis locum quaerere, Gelegenheit zu einem Hinterhalte suchen; diversa etc., und nahmen durch einen andern Ausgang der Burg die Flucht gegen den Euphrat zu; in campos, And.: *in campis*; ne quidem desperare, nicht alle Hoffnung aufgeben.

Inh. Die vornehmsten Feldherren suchen Meleagers Ränke zu vereiteln. Aribäus schlägt nach seinem friedfertigen Charakter einen Weg zur gütlichen Ausgleichung vor.

1) Jus imperii sanciri, sich des Regierungsrechtes, des Thrones versichern; ni occupetur etc., wenn man sich nicht dieses herrschsüchtigen Mannes bemächtige, werde er abermals Unruhen erregen; eum, sc. Perdiccam; patior, gelassen anhören; pro imperio: Nach dem Rechtsgrundsatze: qui tacet, consentire videtur; comitatus, begleitet; castigo, ausschelten, einen starken Verweis geben; animi constantia: constanti animo; firmiore p. vim propulsare, die Gewalt mit einer stärkern Bedeckung (Macht) abtreiben.

compleverant. [2]) Sed ingens sua sponte moestitia ultimae desperationis index erat: suspectique invicem non adire propius, non colloqui audebant, secretas cogitationes intra se quoque volventes, et ex comparatione regis novi, desiderium excitabatur amissi. *Ubi ille esset, cujus imperium, cujus auspicium secuti erant*, requirebant. *Destitutos se inter infestas indomitasque gentes, expetituras tot cladium suarum poenas, quandocunque oblata esset occasio.* His cogitationibus animos exedebant, cum annuntiatur, *equites, qui sub Perdicca essent, occupatis circa Babylonem campis, frumentum, quod in urbem invehebatur, retinuisse.* [3]) Itaque inopia primum, deinde fames esse coepit; et qui in urbe erant, *aut reconciliandam gratiam cum Perdicca, aut armis certandum esse*, censebant. Forte ita acciderat, ut qui in agris erant, populationem villarum vicorumque veriti, confugerent in urbem; oppidani, cum ipsos alimenta deficerent, urbe excederent; et utrique generi tutior aliena sedes, quam sua, videretur. Quorum consternationem Macedones veriti, in regiam coëunt, quaeque ipsorum sententia esset, exponunt. Placebat autem *legatos ad equites mitti de finienda discordia armisque ponendis.* Igitur a rege legatur Pasas Thessalus, et Amissas Megalopolitanus, et Perilaus: qui cum mandata regis edidissent; *non aliter posituros arma equites, quam si rex discordiae auctores dedisset*, tulere responsum. [4]) His renuntiatis sua sponte milites arma capiunt. Quorum tumultu e regia Philippus excitus, *Nihil*, inquit, *seditione est opus. Nam inter se certantium praemia, qui quieverint, occupabunt. Simul mementote rem esse cum civibus; quibus spem gratiae cito abrumpere, ad bellum civile properantium est. Altera legatione an mitigari possint experiamur: et credo,*

---

[2]) Ad mortis periculum adducere, in Lebensgefahr bringen, der L. aussetzen; instinctus, Antrieb; consilii inopem esse, sich nicht zu rathen wissen; quo — intenderat, womit — bedrohet hatte; incerta consilia volvere, unschlüßig, in Ungewißheit seyn; regiae species manebat, die Burg behielt ihr Aussehen.

[3]) Sed ingens etc., allein die von selbst entstandene außerordentliche Traurigkeit war ein Beweis von der äußersten Verzweiflung; adire p., sich nähern; secretas cogitationes inter se volvere, sich heimlich allerlei Gedanken, verschiedene Vorstellungen machen, in Geheim Verschiedenes bei sich denken; auspicium, Anführung; poenas expetere, sich rächen; animos exedere, sich quälen.

[4]) Gratiam reconciliare, sich aussöhnen; utrique generi, beiden Theilen; consternationem: seditionem; expono, sich äußern, erklären; mandata edere, die B. bekannt machen, sich des Auftrags entledigen.

*nondum regis corpore sepulto, ad praestanda ei justa omnes esse coituros. Quod ad me attinet, reddere hoc imperium malo, quam exercere civium sanguine: et si nulla alia concordiae spes est, oro quaesoque, eligite potiorem.* [5]) Obortis deinde lacrimis, diadema detrahit capiti, dextram, qua id tenebat, protendens, ut *si quis se digniorem profiteretur, acciperet.* Ingentem spem indolis, ante eum diem fratris claritate suppressam, ea moderata excitavit oratio. Itaque cuncti instare coeperunt, *ut, quae agitasset, exsequi vellet.* Eosdem rursus legat petituros, *ut Meleagrum tertium ducem acciperent.* Haud aegre id impetratum est. Nam et abducere Meleagrum Perdicca a rege cupiebat; et unum duobus imparem futurum esse censebat. Igitur Meleagro cum phalange obviam egresso; Perdicca, equitum turmas antecedens, occurrit. Utrumque agmen, mutua salutatione facta, coit in perpetuum, ut arbitrabantur, concordia et pace firmata. [6])

IX. Sed jam fatis admovebantur Macedonum genti bella civilia. Nam et insociabile est regnum, et a pluribus expetebatur. Primum ergo collegere vires, deinde disperserunt: et cum pluribus corpus, quam capiebat, onerassent, cetera membra deficere coeperunt; quodque imperium sub uno stare potuisset, dum a pluribus sustinetur, ruit. Proinde jure meritoque populus Romanus *salutem se principi suo debere* profitetur, cui noctis, quam paene supremam habuimus, novum sidus illuxit. Hujus hercule, non solis ortus, lucem caliganti reddidit mundo; cum sine suo capite discordia membra trepidarent. [1]) Quot ille tum exstinxit faces!

---

[5]) Nam inter se etc., denn Jene, welche sich ruhig verhalten, werden den Preis erhalten, um den man unter einander kämpft. Bedenket auch zugleich, daß man es mit Mitbürgern zu thun habe ihnen; die Hoffnung zur Versöhnung schnell rauben, das heißt, den Bürgerkrieg beschleunigen; justa, die letzte Ehre; imperium reddere, die Regierung niederlegen; potior, würdiger.

[6]) Indoles, gute Gemüthsart; instare, darauf dringen; M. tertium ducem, sc. cum Perdicca et Leonnato; abduco, abwendig machen; mutuam salutationem facere, sich gegenseitig begrüßen, bewillkommnen.

Inh. Perdiccas räumt den Meleager ungefähr mit drei hundert Anhängern auf eine geschickte Art aus dem Wege.

[1]) Sed jam etc., allein nach den Beschlüßen des Schicksals näherten sich die Bürgerkriege der Macedonier ihrem Ausbruche; insociabilis, unvereinbarlich, unverträglich; nam et insociabile etc., denn Viele strebten zugleich nach der Krone, obwohl sie nur Ein Oberhaupt besizzen konnte; collegere: conjunxere, uni summam imperii tra-

quot condidit gladios! quantam tempestatem subita serenitate discussit! Non ergo revirescit solum, sed etiam floret imperium. Absit modo invidia, excipiet hujus seculi tempora, ejusdem domus utinam perpetua, certe diuturna posteritas. Ceterum ut ad ordinem, a quo me contemplatio publicae felicitatis averterat, redeam; Perdicca unicam spem salutis suae in Meleagri morte deponebat: *vanum eundem et infidum celeriterque res novaturum, et sibi maxime infestum occupandum esse.* Sed alta dissimulatione consilium premebat, ut opprimeret incautum. Ergo clam quosdam ex copiis, quibus praeerat, subornavit, *ut quasi ignoraret ipse, conquererentur palam, Meleagrum aequatum esse Perdiccae.* [2]) Quorum sermone Meleager ad se relato, furens ira, Perdiccae, quae comperisset, exponit. Ille, velut novare exterritus, admirari, queri, dolentisque speciem ostentare ei coepit; ad ultimum convenit, *ut comprehenderentur tam seditiosae vocis auctores.* Agit Meleager gratias, amplexusque Perdiccam, *fidem ejus in se ac benevolentiam* collaudat. Tum communi consilio rationem opprimendi noxios ineunt. Placet *exercitum patrio more lustrari.* Et probabilis causa videbatur praeterita discordia. Macedonum reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissae canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab utraque abjicerentur parte; intra id spatium armati omnes starent, hinc equi-

---

dentes; dispergere, zerstreuen, sich trennen, — man überließ die Provinzen einzelnen Statthaltern; pluribus, sc. regibus; corpus (Staatskörper) st. regnum; deficio, unter der Last erliegen; sub uno stare, unter einem Oberhaupte fortbestehen; principi suo. Die Ansichten der Kritiker sind in Ansehung dieses Fürsten sehr verschieden, weil es unbekannt ist, zu welcher Zeit Curtius gelebt hat; salutem debere, die Wohlfahrt verdanken; cui (populo) noctis etc., ihm hat in der Nacht, welche wir beinahe für die letzte hielten, ein neues Gestirn geleuchtet. Seine Erscheinung, und nicht die der Sonne, war es in der That, welche dem in Dunkel eingehüllten Erdkreise das Licht wieder gab.

[2]) Viresco, grün werden, b) sich erholen; absit modo etc., und wofern es uns die Götter nicht mißgönnen, so wird auf dieses Jahrhundert eine, wo nicht immerwährende, welches wir wenigstens wünschen, jedoch langdauernde Nachkommenschaft aus diesem Hause folgen; ad ordinem redire, wieder auf das Vorige kommen, den Faden der abgebrochenen Erzählung wieder fortführen; deponebat: ponebat; vanus, aufgeblasen; occupo, zuvorkommen; alta d. consilium premere, seine Absicht sehr verborgen halten; opprimo, unterdrücken, stürzen; aequatum esse, gleichgestellt seyn, — dem Range nach.

tes, illinc phalanx. [3]) Itaque eo die, quem huic sacro destinaverant, rex cum equitibus elephantisque constiterat contra pedites, quîs Meleager praeerat. Jam equestre agmen movebatur, et pedites subita formidine ob recentem discordiam, haud sane pacati quidquam exspectantes, parumper addubitavere, *an in urbem subducerent copias?* quippe pro equitibus planities erat. Ceterum veriti, ne temere commilitonum fidem damnarent, substitere, praeparatis ad dimicandum animis, si quis vim inferret. Jam agmina coibant, parvumque intervallum erat, quod aciem utramque divideret. Itaque rex cum una ala obequitare peditibus coepit, *discordiae auctores*, quos tueri ipse debebat, instinctu Perdiccae *ad supplicia* deposcens: minabaturque *omnes turmas cum elephantis inducturum se in recusantes.* [4]) Stupebant improviso malo pedites: nec plus in ipso Meleagro erat aut consilii, aut animi. Tutissimum ex praesentibus videbatur, exspectare potius, quam movere fortunam. Tum Perdicca, ut torpentes et obnoxios vidit, CCC fere, qui Meleagrum erumpentem ex concione, quae prima habita est post mortem Alexandri, secuti erant, a ceteris discretos, elephantis in conspectu totius exercitus objicit; omnesque belluarum pedibus obtriti sunt, nec prohibente Philippo, nec auctore: apparebatque, id modo pro suo vindicaturum, quod approbasset eventus. Hoc bellorum civilium Macedonibus et omen et principium fuit. Meleager, sero intellecta fraude Perdiccae, tum quidem, quia ipsius corpori vis non afferebatur, in agmine quietus stetit: at mox, damnata spe salutis, cum ejus nomine, quem ipse fecerat regem, in perniciem suam abutentes videret inimicos, confugit in templum: ac ne loci quidem religione defensus, occiditur. [5])

---

[3]) Dolentis speciem ostentare, sich betrübt stellen; communi consilio rationem inire, nach einer gemeinschaftlichen Berathung den Entschluß fassen; discindo, zerschneiden; ultimo in campo, am Ende der Ebene.

[4]) Moveor, sich in Bewegung setzen; haud quidquam pacati, nichts Friedliches, nichts Gutes; addubito, im Zweifel stehen, nicht wissen, was man thun soll; pro equitibus esse, der Reiterei zu Statten kommen; fidem alicujus damnare, in Jem. Treue ein Mißtrauen setzen; animum ad dimicandum praeparare, sich zum Kampfe bereit halten; quos — debebat: quia per eosdem ad summam imperii provectus erat; ad supplicia, zur Bestrafung.

[5]) Nec plus in ipso M. etc., sc. quam in peditibus; ex praesentibus, bei diesen Umständen; videbatur, sc. Meleagro; fortunam movere, das G. versuchen; torpentes, sc. metu; obnoxius (injuriae accipiendae) ausgesetzt, preisgegeben; auctore: jubente.

X. Perdicca, perducto in urbem exercitu, consilium principum virorum habuit, in quo *imperium ita dividi placuit, ut rex quidem summam ejus obtineret; satrapes Ptolemaeus Aegypti et Africae gentium, quae in ditione erant, Laomedonti Syria cum Phoenice* data est: *Philotae Cilicia* destinata: *Lyciam cum Pamphylia et majore Phrygia obtinere* jussus *Antigonus: in Cariam Cassander, Menander in Lydiam missi. Phrygiam minorem Hellesponto adjunctam Leonnati provinciam esse* jusserunt. *Cappadocia Eumeni cum Paphlagonia* cessit. [1]) Praeceptum est, *ut regionem eam usque ad Trapezunta defenderet, bellum cum Ariarathe gereret.* Solus hic detrectabat imperium. *Pithon Mediam, Lysimachus Thraciam, appositasque Thraciae Ponticus gentes obtinere* jussi. *Qui Indiae, quique Bactris et Sogdianis, ceterisque aut Oceani aut Rubri maris accolis praeerant, quibus quisque finibus habuisset, imperii etiam jus obtineret.* Decretum est, *ut Perdicca cum rege esset, copiisque praeesset, quae regem sequebantur.* [2]) Credidere quidam, *testamento Alexandri distributas esse provincias*; sed famam ejus rei, quamquam ab auctoribus tradita est, vanam fuisse comperimus. Et quidem suas quisque opes divisis imperii partibus tuebantur: quas ipsi fundaverant, si unquam adversus immodicas cupiditates terminus staret.

---

— Man ersieht daraus, daß Philipp ein Mann ohne Willen war; apparebatque etc. und es erhellte daraus, daß Philipp für seine Person auf nichts Anspruch machen wollte, außer was ein glücklicher Erfolg krönte; id modo — eventus: Philippum nihil approbaturum tamquam se auctore factum, quam quod exitus felix approbaret. Edd. cum notis Var.; omen, Anzeichen, Zeichen, hier auch Vorspiel; spem salutis damnare, alle Hoffnung zur Rettung aufgeben; ne — defensus, ohne durch die Heiligkeit des Ortes geschützet zu werden.

Inh. Alexanders Reich wird zertheilt; die Krone behält Aridäus, die Verwaltung der Provinzen aber erhalten die Großen. Der königl. Leichnam wird einbalsamirt, und darauf nach Aegypten gebracht.

[1]) Placeo, für gut befinden, beschließen; summam imperii obtinere, die oberste Gewalt erhalten; in ditione alicujus esse, unter Jem. Herrschaft, o. Jem. unterworfen seyn; adjunctus, daran gränzend, stoßend.

[2]) Imperium Macedonum detrectare, sich der macedonischen Herrschaft nicht unterwerfen wollen; appositasque: finitimasque; qui Indiae etc., die bisher Statthalter von Indien, Bactrien, Sogdiana und über die übrigen Anwohner des Oceans oder rothen Meeres waren, sollten innerhalb der bisherigen Gränzen auch die Herrschaft erhalten; cum aliquo esse, bei Jem. bleiben.

Quippe paullo ante regis ministri, specie imperii alieni procurandi, singuli ingentia invaserant regna; sublatis certaminum causis, cum et omnes ejusdem gentis essent, et a ceteris sui quisque imperii regione discreti. Sed difficile erat eo contentos esse, quod obtulerat occasio: quippe sordent prima quaeque, cum majora sperantur. [3]) Itaque omnibus expeditius videbatur augere regna, quam fuisset accipere. Septimus dies erat, ex quo corpus regis jacebat in solio; curis omnium ad formandum publicum statum a tam sollemni munere aversis. Et non aliis quam Mesopotamiae regione fervidior aestus existit, adeo ut pleraque animalia, quae in nudo solo deprehendit, exstinguat; tantus est vapor solis et coeli, quo cuncta velut igne torrentur. Fontes aquarum et rari sunt, et incolentium fraude celantur: ipsis usus patet, ignotus est advenis. Ut tandem curare corpus exanimum amicis vacavit; nulla tabe, ne minimo quidem livore corruptum videre, qui intraverant. Vigor quoque, qui constat ex spiritu, non destituerat vultum. [4]) Itaque *Aegyptii Chaldaeique, jussi corpus suo more curare,* primo non sunt ausi admovere velut spiranti manus: deinde precati, *ut jus fasque esset mortalibus attrectare eum,* purgavere corpus; repletumque est odoribus aureum solium, et capiti adjecta fortunae ejus insignia. *Veneno necatum esse* credidere plerique: *filium Antipatri inter ministros, Jollam nomine, patris jussu dedisse.* Saepe certe audita erat vox Alexandri, *Antipatrum regium affec-*

---

[3]) Suas quisque opes tuebantur: h. e. habebant, suae parti praeerant. Sic saepe Curtius cornu dextrum laevumque tueri pro: cornu praefectum esse; fundaverant: fundaturi erant, fundare poterant. Sic supra 5. 9. Schmieder. Ministri: qui fuerunt Philippi Aridaei ministri; specie imperii alieni procurandi, unter dem Vorwande der Statthalterschaft; invadere, sich bemächtigen; regio, Gränzlinie, Gränze; sordeo, verachten, nicht zufrieden seyn, sich nicht begnügen.

[4]) Expeditius: facilius; solium, Thron, Sarg; statum publicum formare, den Staat einrichten; munus solemne, feierliche Pflicht; Mesopotamiae: h. e. Babyloniae, cujus ea pars, quae inter flumina est, saepius Mesopotamia adpellatur. Corpus Alexandri Babylone jacebat; exstinguo, tödten; torreo, versengen; corpus exanimum curare: cadaver expurgare, condire, odoribus imbuere; mihi (tibi etc.) vacat, ich habe Zeit, Muße; nulla tabe etc., so sahen die Eingetretenen, daß er nicht einmal das geringste Zeichen einer Fäulniß oder eines blauen Fleckes an sich hatte; vigor, lebhafte Farbe; qui constat ex spiritu: qui ex animae praesentia oritur. Edd. cum n. Var.

*tare fastigium; majoremque esse praefecti opibus, ac titulo Spartanae victoriae inflatum, omnia a se data asserentem sibi.* Credebant etiam, *Craterum cum veterum militum manu ad interficiendum eum missum.* [5]) Vim autem veneni, quod in Macedonia gignitur, talem esse constat, ut ferrum quoque exurat, ungulae jumenti dumtaxat patiens. *Stygem* appellant fontem, ex quo pestiferum virus emanat. *Hoc per Cassandrum allatum, traditumque fratri Iollae, et ab eo supremae regis potioni inditum.* Haec utcunque sunt tradita, eorum, quos rumor adsperserat, mox potentia exstinxit. Regnum enim Macedoniae Antipater, et Graeciam quoque invasit. Soboles deinde excepit, interfectis omnibus, quicunque Alexandrum etiam longinqua cognatione contigerant. Ceterum corpus ejus a Ptolemaeo, cui Aegyptus cesserat, Memphim, et inde paucis post annis Alexandriam translatum est: omnisque memoriae ac nomini honos habetur. [6])

---

[5]) Curare, einbalsamiren; mortalibus, ihnen als Sterblichen; aureum solium: loculum aureum, quem postea Ptolemaeus Cybiosactes abstulit, vitreo substituto. Strabo lib. 17.; fortunae insignia, die königl. Ehrenzeichen, — Scepter, Krone u. s. w.; Jollam: pincernam regium; regium fastigium adfectare, nach dem Throne streben; majoremque etc., er sey für einen Statthalter zu mächtig, und wegen des über die Spartaner davon getragenen Sieges aufgeblasen. S. B. 6. 1.; sibi asserere, sich anmaßen, zueignen, zuschreiben; eum: Antipatrum.

[6]) In Macedonia: Jam notarunt Freinshemius et Cellarius, non in Macedonia, sed prope Nonacrin in Arcadia Stygium hoc venenum gigni traditum esse; exuro, verzehren, durchfressen, zerfressen; ungulae jumenti patientem esse, sich in dem Hufe (Horne) eines Pferdes o. Esels halten lassen; adspergo, hinspritzen, bespritzen, b) treffen, beschuldigen; exstinguo, unterdrücken; soboles deinde (sc. eum) excepit, sein Sohn (Cassander) folgte ihm; longinqua cognatione aliquem contingere, mit Jem. entfernt verwandt seyn; omnem honorem alicui habere, Jem. alle mögliche Ehre erweisen.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Unter der Presse ist, und im Verlage des C. W. Enders erscheint:

Justini historiarum philippicarum ex Trogo Pompejo excerptarum Libri XLIV. ad optimas editiones et Pragensem codicem collati. Mit deutschen Inhaltsanzeigen, erläuternden Anmerkungen und den Varianten der Prager Handschrift, zum Gebrauche der Schulen, von J. Seibt.

---

Bei demselben Verleger werden nach und nach alle lateinischen historischen Klassiker, vom Herrn Seibt commentirt, zum Gebrauche der Schulen erscheinen.

Gedruckt in der Sommerschen Buchdruckerei.

